


Depositio Childerici.



Ludovici Pii Pœnitentia.



Henrici IV. Pœnitentia.




ARCANA JURIS CANONICI.

Excommunicatio Henr: V.



Reverentia Friderici I.



Coronatio Henrici VI.



Hostia Henrico VII. data.



Panis excommunicati Ludov. Bav.




JOHANNIS PAULI LANCELOTTI
JCTI PERUSINI
INSTITUTIONES JURIS CANONICI,
CUM NOTIS VARIORUM
PRÆCIPUE ARCANA DOMINATIONIS PAPALIS EPISCOPALIS ET CLERICALIS IN ECCLESIA ROMANA DETEGENTIBUS
IN USUM
AUDITORII THOMASIANI.
PARTES IV.
CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS,
PRÆMISSA SUNT:

I) Casp. Ziegleri dissertatio de origine & incrementis Juris Canonici.
II) Lancelotti Commentarium Juris Canonici.
III) Dedicatio operis.
IV) Prooemium Lancelotti ad Studiosos cum notis Ziegleri.
V) Index Titulorum.



HALÆ MAGDEBURGICÆ, A. 1717.
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.



PRÆFATIO.



1\. *Occaſio & ſcopus harum notarum.*

Ufficienter & diſtinčte demonſtravi alibi a) erroneę a celeberrimis quibusdam JCtis proteſtantibus hactenus fuiſſe defenſum, quod in terris Principum proteſtantium Jus Juſtinianeum magis in praxi obſervetur, quam Jus Canonicum, & quod b) ex hac errore ſua ſponte profluxerit communis neglectus ſtudii Juris Canonici in Academiis Principum Proteſtantium. Contra oſtendi, Jus Canonicum, uti integro ſeculo c) ante jus civile in fora Germanica olim fuit introductum, ita etiam hanc prærogativam Juris Canonici præ jure Juſtinianeo poſt reformationem non fuiſſe unquam immutatam. d) Fuerunt quidem, qui fundamentum aſſertionis meæ præcipuum, quod jus Canonicum integro ſeculo ante jns Juſtinianeum in foris Germaniæ in uſu fuerit, vel deſtruere, vel ſaltem rationibus quibusdam veroſimilibus in dubium vocare conati ſunt. Sed quid his reſponderi debeat, indicavi jam alibi, e) oſtendens quod

a) Cautel. circa præcognita Juriſpr. Eccl. c. 22. §. 14.

b) ibid. c. 23. §. 7. ſeq.

c) ibid. c. 21. §. 41.

d) c. 22. §. 3. ſeq.

e) in diſſert. de rite

quod etiam in primis Germaniæ Academiis & Facultatibus ibidem juridicis, juris Canonici poteſtas magna prærogativa gaviſa fuerit. Unde per ea, quæ ibidem adduxi non parum illuſtratur aſſertio ICti f) celebris, quod Ordinarii nomen vel titulus inde ortus videatur, quod olim lectio juris Canonici ordinaria vocari conſueverit, & primo ſemper ex anteceſſoribus ICtis tribui, cum reliquæ jurisprudentiæ partes pro arbitrio tractandæ diſtribuerentur, Canonicum vero Jus utramque faceret paginam. Simul vero quoad officium Profeſſorum juris monui, g) duo potiſſimum ipſis præjudicia eſſe vitanda, initio ne ſibi perſuadeant, jus canonicum non diſcendum eſſe, aut ſerio ipſis tractandum, utpote quod exiguum uſum habeat in foris Germaniæ, ſed ut potius ſerio adhortentur diſcentes, ut propter receptionem pene univerſalem juris Canonici, magis incumbant ſtudio juris Canonici, quam civilis, deinde ne ex altera parte ſibi perſuadeant, ſicubi videant, jus Canonicum, pene ubivis in foris, etiam proteſtantium, regnare, quaſi non opus ſit, illam receptionem ulterius examinare, an ea conveniat principiis moralibus, politicis, juris publici, ac confeſſioni eccleſiarum noſtrarum, ſed ut potius operam dare debeant, ut examine rite inſtituto, non attentis defenſionibus noſtratium vel excuſationibus, h) arcana politica papatus i. e. imperii clericalis & fucatæ pietatis, in Jure Canonico ubi vis obvia detegant ac demonſtrent, ut his probe cognitis, poſtea reliquiæ horum arcanorum apud Proteſtantes, & damna inde orta perſpicue intelligantur, & de horum emendatione tandem aliquando ſerio cogitetur. Quod primum mo-

form. ſtatu controverſ. An Legum Jur. Juſtin. ſit frequ. uſ. Pract. &c. §. 15.

f) Frid. Gottl. Struvii introd. ad Prax. Jur. Canon. P. 2. caſ. 29. p. 259.

g) d. cautel. c. 23. §. 10. & 11.

h) adductis & jam reiectis ibid. §. 3. & 4.

monitum attinet, docuit experientia, neglectum communem Juris Canonici in Academiis Protestantium magis docentibus quam discentibus esse adscribendum, cum hic in Academia nostra, lectiones tam publicæ quam privatæ in jus Canonicum a studiosa juventute cum multo applausu frequentari soleant, quem fervorem non parum auxit, quod honoratissimus Collega Dn. Böhmerus, usum juris Canonici in Foris Protestantium ad ordinem Decretalium secundum omnes titulos jam ante aliquot annos, edito eum in finem peculiari opere, ostendere cœperit, ac de ejus continuatione & absolutione adhuc sit strenue sollicitus. Quamvis vero Idem in hactenus edito volumine primo ad priores duos Decretalium libros hinc inde etiam admiscuerit nonnulla, quæ simul explicant arcana Papismi in jure Canonico latentia, cum tamen id faciendi non fuerit principalis Ejus intentio, atque etiam post cœptam jam a me publicationem notarum ad lib. I. Lancelotti, commentarius Böhmerianus comparuerit, non putavi, ab opere cœpto me desistere debere, cum ipse primario intenderit, docere usum practicum juris Canonici in foris Protestantium, & adeo inculcare necessitatem hujus studii, secundario quædam monere de arcanis politicis illius juris; contra scopus meus primario eo spectet, ut ostendam, quænam arcana politica Cleri Pontificii, intendentis, universum Laicorum cœtum occœcandi, & imperium politicum ex eorum manibus, ita tamen ut ipsi hoc non sentiant, extorquendi, in singulis juris Canonici capitibus sint occultata, eum in finem, ut partim Doctores Academici, Theologi pariter ac JCti, qui hactenus bona fi-

 de

de ſibi perſuaſerant, doctrinas ſuas ab omni fermento Papatus eſſe purgatas, viderent, guſtarent ac palparent, & odorarentur, quales ac quantæ reliquiæ Papatus adhuc in ſcholis Proteſtantium regnent, ac dominentur; ac ut poſtea Politici & Aulici ea de re ſerio cogitent, qua ratione & methodo ſecundum regulas genuinæ prudentiæ politicæ, abſque metu turbarum publicarum iſtæ reliquiæ Papatus, ſalva reverentia miniſterio Eccleſiaſtico jure debita, ex foro & praxi Eccleſiarum & Conſiſtoriorum noſtrorum extirpari debeant. De praxi vero ipſa & uſu harum reliquiarum apud nos primario non fui ſollicitus, etſi hinc inde etiam de hac nonnulla, ſed obiter quaſi, monuerim, & levi pede eam tetigerim, reſervans videlicet hanc curam peculiaribus lectionibus ſecundum ea quæ jam alibi i) de hac methodo dicta ſunt.

i) d. c. 23. §. ultim.

II. *De Franciſci Duareni libris de ſacris Eccleſiæ miniſteriis & beneficiis.* Quamvis autem Lancelotti inſtitutiones juris Canonici non ſint publica Pontificis autoritate approbatæ, & præterea Autoribus aliis clariſſimis v. g. Duareni, Cucchi, Corvini, aliorumve inſtitutiones magis placuerint, & magis commendari ſoleant; variæ tamen mihi fuere rationes, cur præ aliis Lancellotti inſtitutiones elegerim. Et quidem quod initio Franciſcum Duarenum attinet, etſi hic ſub titulo inſtitutionum juris Canonici nullum ſcriptum ediderit, conſtat tamen ex præfatione tractatui *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis & beneficiis* præmiſſa, & ex argumento, quod ante librum primum legitur, Duarenum primum fuiſſe, qui inſtitutiones juris Canonici edere voluerit, adeoque quod iſtud volumen jam anno 1550.

pri-

prima vice typis impreſſum fuerit, antequam fœtus Lancelotti lucem aſpiceret. *Cum enim multæ ſint juris Pontificii partes, quæ Eccleſiam peſſundant, & quas eſſe ſublatas pii omnes velint, nullam tamen eſſe quæ noceat magis, quam, quæ de beneficiis dicitur, ſtatuendum eſt. In hac enim & nervus regni Pontificii latet, & Eccleſiæ ruina atque peſtis. k)* Atque ob hanc rationem etiam veroſimiliter Paulus Sarpius, cum originem & progreſſum arcanorum Papatus oſtendere vellet, tractatus ſui titulum fecit de beneficiis. l) Unde forte quis inferre poſſet, melius me facturum fuiſſe, ſi Duareni illum tractatum notis illuſtraſſem, inprimis cum celeberrimus JCtus, Joh. Schilterus illos Duareni libros ſecundæ editioni ſuarum inſtitutionum juris Canonici adjecerit, præmiſſo hoc elogio: m) *Adjiciendas putavi Fr. Duareni libros, de S. S. Eccleſiæ miniſteriis, eosque cum indice ſingulari. Eſt enim hic primus, qui juri Canonico barbaram faciem abſterſit, & elegantiorem formavit: præterea & jus vetus Canonicum a noviore rite diſcernere didicit, atque ubique tandem judicium ſolidius formare anniſus eſt.* Adde, quod ipſe Zieglerus in notis ad Lancelottum paſſim n) Duareni verbis ex iſto tractatu utatur ad oſtendenda arcana politica papatus. Sed antequam rationes proferam, cur Duareni libri mihi haut placuerint, non injucundum erit lectori, ſi nonnulla ad eorum hiſtoriam & fata pertinentia præmittam, o) imprimis, cum ea pauciſſimis videantur eſſe cognita. Carolus Molinæus, JCtus Pari-

k) Reſponſum Chriſt. ICtorum ad Duareni Comment. de miniſt. Eccleſ. p. 27.

l) conf. not. 433. 434. ſect. 2. ad lib. I. Lancel.

m) in præf. dictæ edit. ſecundæ.

n) v. g. ad lib. I. not. 472. & lib. 2. not. 775.

o) deſumta ex Franc. Balduini ſchola Argentinenſi & reſponſo nomine Chriſtianorum ICtorum edito.

risiensis, variis in scriptis Pontificis Romani regnum circa medium seculi decimi sexti concutere cœperat, p) Huic alia scripta opposuere alii JCti quatuor, P. Lysetus, Ra. Ruffus, Petrus Rebuffus (in praxi beneficiaria) tandem Franciscus Duarenus edito hoc scripto de beneficiis. q) Dederat Evangelio nomen jam ante plures annos Duarenus, & Molinæum Genevæ exulantem inviserat, ac Calvinum salutaverat, aliaque multa specimina ediderat, ut initio crederent viri docti, istos Duareni libros nil minus agere, quam ut Caroli Molinæi doctrinam impugnarent. Accedebat, quod in illis Duareni commentariis multa sparsa essent, quæ ad Pontificiæ tyrannidis oppugnationem scripta esse videbantur; v. g. dum tyrannidem vocat factum Alexandri III. Pontificis, Friderico Imperatori insultantis; dum alibi explicando, quid olim satisfactio & indulgentia in Ecclesia esset, eo ipso evertit figmentum Pontificium de satisfactione operum, & indulgentiis Pontificiis; dum alibi indicat, Pontificum ipsorum quoque Dominos fuisse Imperatores, & magistratui subesse Clerum; dum alicubi non recusat, quin accusemus Pontificem, quod legibus omnibus & Canonibus quoscunque passim solvat; dum de artibus Romanæ curiæ, quam & hirudinem vocat, non pauca loquitur; dum Episcopos Pontificios fatetur indoctissimos esse, & abs religione alienos, & sacrarum literarum scientia cœteris ex populo longe inferiores, ut impudenter soli sibi arrogent, de rebus divinis judicium; dum indicat, Diaconos in Ecclesia oblationes non alio jure recipere, quam quod cura-

p) conf. Moreri diction. voce Moulin.

q) d. resp. Christ. JCtor. p. 7. seq.

ratores pauperum esse debeant, unde non obscure Beneficiarii sacrilegii convinci possunt; dum fatetur, Monachos esse latrones, si manibus non operantur, nec monasticum institutum cum ministerio Ecclesiæ conjungi potuisse; dum agnoscit, bona Ecclesiastica esse bona pauperum, nec alios Clericos ex iis alendos esse, quam qui abs parentibus vel amicis non habeant, unde vivant, alioqui esse sacrilegos; dum tradit, non uni Petro, datam esse potestatem ligandi & solvendi, sed toti Ecclesiæ; dum invehitur in avaritiam aulæ Pontificiæ, & ejus diplomata luem pestemque Ecclesiæ significat; dum Romanam aulam definit esse sacerdotiorum nundinas, & nihil in hoc genere ait illic denegari cuiquam, quamlibet indigno nebuloni, modo is numeret; dum Pontificum Principatum ait esse Circæum quoddum poculum &c. r) Sed tamen insidiose agere Duarenum, adeoque hoc scriptum cum cautione legendum, aliis videbatur, dum passim in eo timide oppugnat potestatem Pontificiam; dum non obscure præfatur, se juris Pontificii, quod a multis nunc accusari audiat, defensionem suscipere velle; dum valde commendat Gratiani volumen seu Decretum, nec ullum esse in hoc genere utiliorem librum ait, imo vero abundare plurimis præclaris aureisque sententiis, cum tamen nil aliud sit, quam farrago quoad majorem partem referta sordibus atque impudenter confictis imposturis; dum reliquos juris Pontificii libros, Gregorianos, Bonifacianos, Clementinos, minus quidem commendat, sed tamen in Ecclesia Christiana Pontifices ut legislatores audiri vult; dum in pra-

r) d. responsum a p. 10. ad p. 17. ubi adhuc plura referuntur.

præfatione ait, magnam ſpem eſſe, ut, quicquid verius & ſincerius ex canonicis libris colligi breviter poteſt, colligatur a Pontifice Julio III. ac de eo rumorem etiam eſſe dicit, ſerio cogitare, dictum Pontificem de ruinis Eccleſiæ fulciendis & reſtituendis canonibus antiquis, cum tamen ſciret, eo tempore, quo hæc ſcribebat, Regis edicto Julium illum accuſari, ut hominem omnium Barbarorum immanisſimum, eique bellum indici; dum denique ſimulat, quaſi de SS. miniſteriis Eccleſiæ præcipue tractare velit, cum tamen potiſſimus ejus ſcopus ſit, agere de materia beneficiaria, potiſſimo Papatus fulcro, adeoque liber potius inſcribi debuiſſet: *de Pontificum ludibriis atque ſacrilegiis &c.* s) Fuerat in Academia Bituricenſi, in qua florebat Duarenus, etiam Franciſcus Balduinus, & Duarenum valde honoraverat, t) qui tamen poſtea multis ſe a Duareno injuriis vexatum putans, u) ſive ut Duarenus dicebat, captans, quæ conſequi non poterat ſalaria beneficiaria, & Duareni in eo genere fruſtra ſuffragationem implorans, x) relicta Academia Bituricenſi, Argentoratum abiverat, conquerente Duareno, quod id ſe inſalutato feciſſet, ſed Balduino ſe excuſante, quod fas ſit, inſalutato inſidiatore effugere, & quod veluti fatale ſit, ut Duarenus ſuos Collegas divexet, niſi ſi turpiter & abjecte ipſi ſerviant. y) Hic Balduinus anno 1555. menſe Martio in nova ſchola Argentinenſi orationem habuerat. de introducenda in ſcholas jurisprudentia Chriſtiana, eamque orationem ſub titulo: *Juris civilis ſchola Argentinenſis* eodem anno ediderat. Locutus in ea oratione inter alia fuerat Balduinus de Epicuræis quibus.

s) dict. reſponſ. a p. 17. ad p. 33.

t) ibid. p. 135.

u) d. p. 135.

x) ibid. p. 139.

y) ibid. p. 142.

busdam Legulejis ſua commenta cœleſtem prope ali-
quam legem eſſe fingentibus, z) de Juris Conſultis, z)D. 1. b.
cum Eccleſiam quærant,ſepe aberrantibus & maxime
omnium cœcutientibus, & Eccleſiam regnis non diſ-
ſimilem ſibi confingentibus. Addiderat: *Jam vero de
Eccleſiæ miniſteriis,quales ii leges dabunt,qui neque quid
Eccleſia,neque quid ejus miniſterium ſit,ſciunt. Jus ſci-
licet nobis ſuum dictabunt Beneficiarium (ut appellant)
quod tamen, qui nunc inter eos aſtutiores leguleji viden-
tur,quantum poſſunt, condiunt, ne omnino inſulſum ſit,
licet eſſe aliud non poſſit, quam quod olim Romæ dice-
batur, nequam ſemper eſſe jus Verrinum. Neque hoc illi
fortaſſe ignorant,ſed juvat tamen eos,&,ut quæſtuoſum
eſſe ſentiant,ſic glorioſum eſſe putant,malos etiam coquos
imitari, qui multa jura miſcent.* a) Conqueſtus erat, a) D. 2. b.
magnam adoleſcentum Argentoratenſium gregem in D. 3. a.
ludis ſtultitiæ valde occupatæ, ab omnibus aliis me-
lioribus literis abductum, multos annos procul deti-
neri, ſed & ad impudentiam impietatis ſenſim pellici
& in Epicuri caſtra tandem perduci &c. Purpuram
induere, mulam conſcendere, ſedere in auditorio to-
gatum aliquem Epicurum,fermento inflatum & faſtu,
ut nova neſcio quæ & barbara decreta, juris prope
divini titulo atque autoritate donet, conceptisque
etiam verbis in eorum verba juvenes Argentoraten-
ſes, jurare juſſurum eſſe & ſic exornatos ad parentes
remiſſurum & diſcedentibus inſuſurraturum eſſe ar-
canæ & reconditioris ſuæ prudentiæ novas leges:
magnæ nunc ſapientiæ eſſe, animo contemnere o-
mne numen, corpore coram omnibus idolis dicis cau-
ſa procumbere: ſi qua de religione controverſia ſit

b ſpe-

b) hæc esse verba Duareni docebit respons. JCtor. Christ. p. 116.

c) Schola Argentin. E. 3. a. b. E. 4. a.

d) d. resp. JCt. Christ. a p. 120. ad p. 130.

e) ibid. p 125.

f) p. 135.

g) p. 136.

spectatorem esse fabulæ b) & utramque partem suaviter ridere; si quod jus sit, regnandi causa jus violandum esse. Loqui Balduinum de eo quod dicatur, quod audiverit, quod fiat, quod viderit. Mirari multos, quod discesserit ab illustri Galliæ Collegio, in quo multis jam annis docuerit liberali conditione, se vero mirari, quod in eo tamdiu manere potuerit. c) Hæc omnia (& quidem, ut hactenus excerpta docent, non sine ratione) de se dicta esse interpretatus erat Duarenus, & adeo edita epistola ad Franciscum Hotomanum, tum temporis etiam in Academia Argentinensi docentem multa contra in Balduinum & scholam Argentinensem scripserat. Non extat hœc epistola inter opera Duareni conjunctim edita. Ut tamen ex responsione Balduini d) patet, Sycophantam in ea, Apostatam, Antinovatianum, transfugam, Ecebolium vocaverat Balduinum; dixerat, eum peccare in Spiritum S. & crucifigere Christum; e) dixerat, eum supplicio esse dignum, f) dixerat, Balduinum lingua, collegas ejus auribus calumniatos esse. g) Igitur Balduinus occasionem sumsit, quamvis non apposito suo nomine isti epistolæ anno 1556. iterum respondere in libello cui titulus: *Responsio Christianorum ICtorum ad Francisci Duareni Commentarios de ministeriis Ecclesiæ atque beneficiis & alias ejus declamationes.* Uti vero in ejusmodi scriptis fieri solet, ut plura affectuum, quam genuinæ prudentiæ signa in illis appareant, ita & ex hoc scripto aliquo modo genuinum Balduini characterem divinare licet, dum malæ conscientiæ Duareni imputat, quod generatim in schola Argentinensi dicta, ac ipso non nominato, ad se tamen adplicaverit

rit

rit h) & dum affectata quamvis ubique modestiæ & moderationis simulatione; satyram tamen minatur, i) quæ in vulgus edat, quid in cubiculo Duareni multis jam annis fiat, in mensa dicatur, in porticu deliberetur, & dum alibi k) dicit, se mirari, cur Duarenus cœlebs, in commentariis de beneficiis, viduis tam iniquus sit, cum profecto domi causam habeat, cur iis aliquando faveat. Continentur tamen in illa responsione non pauca, quæ ad vitam Duareni, Balduini Hotomani, Corasii, Baronis, Contii &c. pertinent, & quæ paulo distinctius adversus varias doctrinas in istis commentariis de beneficiis contentas non inerudite disputant; nimirum quod Ecclesiam ita definiat Duarenus, ut proprias & veras ejus notas tam diligenter alioqui ab aliis explicatas, supprimat; l) quod, cum fateatur, Christum clare testatum esse, sacerdotes suos non habere jus gladii vel imperium, tamen impudenter subjiciat, non esse improbandum, quod nunc plerique sacerdotes imperium merum omnemque jurisdictionem exerceant; m) quod de excommunicatione obscure loquatur, saltem ut eam callide Pontificiis vindicet, Ecclesiis vero Protestantium eam adimere velit; n) quod in expositione hierarchiæ & doctrina de Archi Episcopis, Metropolitanis, Primatibus, Patriarchis, variis modis impingat; o) quod in demonstranda potestate Pontificis mire nugetur; p) quod, ubi de synodis agit, multa falsa veris immisceat; q) & alia plura. r) Utrum huic scripto Balduini Duarenus aliquid opposuerit, compertum non habeo. Si ex præfatione noviori editioni commentariorum suorum de anno 1557. præmissa conjectari licet,

h) p. 131. seq.
i) p. 148.
k) p. 102.
l) p. 36. seq.
m) p. 39. seq.
n) p. 41. seq.
o) p. 43. seq.
p) p. 49. seq.
q) p. 62. seq.
r) a p. 64. ad p. 115.

videtur non imprudenter omnia ulterius dissimulasse.

III. *Cur mihi Duareni Commentarii non placuerint.*

His ita de fato librorum Duareni præmissis, variæ quidem, sed duæ potissimum rationes præcipuæ fuerunt, cur mihi præ aliorum institutionibus minime placuerint commentarii Duareni. Primo enim verum quidem est, quod doctrina beneficiaria sit potissimum & præcipuum caput arcanorum pontificiorum, sed tamen non est solum. Vix ultra librum primum institutionum Lancelotti procedunt ea, quæ in octo libris suis de Ecclesiæ ministeriis & beneficiis tractavit Duarenus: Nihil enim habet de sacramentis Ecclesiæ, adeoque etiam nihil de pœnitentia, de matrimonio, de divortiis, de sepulturis, nihil de judiciis Ecclesiasticis, nihil de processu in causis civilibus, nihil de inquisitorio processu in causis criminalibus; nihil de criminibus Ecclesiasticis; nihil aut parum de censuris Ecclesiasticis, & de excommunicatione. Deinde nolo quidem partes Balduini adversus Duarenum in controversia modo memorata suscipere. Habuit enim & Balduinus suos nævos, & de constantia in agnitione veritatis gloriari non potuit, qui quam fortiter etiam commendet in istis duobus scriptis doctrinam Calvini, valde tamen mutatus postea in libellis vehementibus, adversus Calvinum & Bezam editis, monstravit, quod a moribus, quos Duareno exprobrat, non multum fuerit alienus. Interim tamen id satis ex istis, quæ hactenus de controversia inter Duarenum & Balduinum memoravimus, & ex inspectione ipsius Duareni patet, Duarenum non cordate sententiam suam de doctrina juris Canonici exposuisse, sed modo favisse Protestantibus, modo Ponti-

ti-

tificias hypotheses defendisse aut excusasse. Tales vero Doctores tepidi, & occultantes, quantum possunt, doctrinas juris Canonici, nec ad meum gustum, nec multum apti sunt ad demonstranda arcana politica sub iis latentia, quin potius illi, qui cordate ac bona fide agunt, ac doctrinas Juris Canonici, quas ipsi, etsi erroneæ sint, sibi tamen verissimas & sanctas persuadent, vel in sua ruditate ostendunt, vel cæcis etiam palpandas proponunt, ad istum finem magis idonei sunt. Non mirum vero est, quod Schiltero placuerit iste Duareni tractatus, quamvis alias huic JCto celeberrimo non parum debeamus, quod in tractatu de libertate Ecclesiarum Germaniæ multa aperuerit de origine ac progressu autoritatis juris Canonici in Germania. s) Præterquam enim, quod multa præjudicia erronea, ita videlicet a præceptoribus suis edoctus, in isto volumine fundamenti loco posuerit t) in ipsis institutionibus juris Canonici, ut recte Dn. Böhmerus notavit; u) incaute etiam secutus est principia Pontificiorum, seu potius reliquias arcanorum Papatus in nostris Academiis usque ad nostra tempora tantum non ubique regnantibus.

s) unde sæpe ad eum provocavi cap. 21. cautel. circa præcognita jurispr. Eccles.
t) vid. d. cap. 21. §. 8.
u) in præf. ad lectorem præmissa ejus Schiltero illustrato.

IV.
Cur neque Cucchi institutiones?

Porro quamvis alii M. Antonii Cucchi institutiones juris Canonici eodem fere tempore, videlicet anno 1564. cum institutionibus Lancelotti publicatas, & postea a Samuele Maresio eruditis notis auctas, propter brevitatem & propter majus quod spirant, judicium, Lancelotti institutionibus præferre videantur: x) Quemadmodum tamen illæ rationes non impedierunt Zieglerum, quo minus in commentandis institutionibus

x) vid. caut. circ. præc. Jurisprud. Eccles. c. 20. n. 28.

juris Canonici Lancelottum præ Cuccho elegerit; ita prolixitas Lancelotti in comparatione libelli Cucchiani nec nimia, nec tædiosa est, & forte alicubi majori perspicuitati ansam dedit. Quod judicium attinet, in methodo & ratiocinatione adhibitum, non video, cur Lancelotto præferatur Cucchus; quod si vero istud in Cuccho forte vocetur majus judicium, quod doctrinas juris Canonici rectæ rationi & sensui communi sæpe repugnantes non ita crudas, ut Lancelottus, sed bene coctas & conditas, proposuerit, aut etiam plane omiserit, jam ea quæ modo de Duareni commentariis notavimus, docebunt, cur ejusmodi judicium, astutum magis & callidum, quam sincerum, mihi displiceat.

V.
Neque Corvini.

Conscripsit Arnoldus Corvinus, cum adhuc sacris Reformatorum addictus esset, anno 1648. institutiones Juris Canonici, ut ex præfatione apparet, quæ simul non obscure docet, Corvinum jam illo tempore in mente habuisse apostasiam, cum religionis reformatæ plus una vice, frigide & tantum non contemtim mentionem faciat, & quod postea, cum ad Pontificios transierit, ac secunda vice ederet institutiones istas, nihil neque in ipsis institutionibus, neque in ipsa præstatione mutaverit, nisi quod in ingressu præfationis pro fide *Romana* fidem *Apostolicam Romanam*, in signum mutatæ religionis substituerit. y) Igitur eæ etiam approbationem a Censoribus Pontificiis impetrarunt, quod nihil videlicet in iis contineatur fidei Catholicæ adversum & adeo hoc intuitu ab institutionibus Lancelotti parum differunt, nisi quod hæ ab homine, qui publice profitebatur religionem Romanam, istæ vero ab eo, qui intus & in cute jam Papista erat

y) B. Stryk in præfatione ad edit. Hallens. Corvini.

erat, ſed tamen adhuc religionem Reformatam ſimulabat, conſcriptæ fuerint. Unde nec apparet, cur hæ Inſtitutiones præferendæ ſint inſtitutionibus Lancelotti, aut cur magis commendandæ ſint ſtudioſæ juventuti. Video equidem eum in finem afferri, quod compendium hoc Corvini *ad ductum Inſtitutionum Juſtiniani Imperatoris, materias juris Canonici non tantum ex Decretalibus, ſed etiam ex Decretis, & aliis hujus juris partibus ita perſpicue digeſſerit, ut præter ſingularum materiarum accuratas definitiones & diviſiones nihil eorum omitteret, quæ ad hujus juris ſuccinctam cognitionem deſiderari poterant.* z) Sed pariter non video, cur non hæc omnia etiam de Lancelotto dici queant. Etſi enim in notis ſubinde oſtenſum fuerit, deſiderari quandoque in Lancelotto definitiones terminorum obſcurorum, aut certe definitiones accuratas, tamen nec ab hoc vitio immunis eſt Corvinus. Ita v. g. definitio rerum ſpiritualium a) deſumta eſt ex Lancelotto; ita dum pœna dividitur in ſpiritualem, corporalem, realem & mixtam b) non ſolum multa de parum juſta oppoſitione harum quatuor ſpecierum opponi poſſent, ſed & maxime deſiderat lector definitionem pœnæ ſpiritualis. Adde, quod Corvinus, etſi in quibusdam magis diſtincte & ordinate tractet materias; (neque enim volumus ejus librum laude ſua privare, ſed ſaltem Lancelottum a contemtu vindicare animus eſt,) non tamen diffitendum eſt, quod etiam Lancelottus in primo libro ſit diſtinctior & fuſior, & quod in reliquis Corvinus, ſi non maximam, ſaltem magnam partem, videatur exſcripſiſſe Lancelottum. Neque putarem propterea præferendum Corvinum Lancelotto, quod Corvinus

z) dicta Præfatio Strykiana.

a) lib. 2. tit. 1. §. 3.

b) lib. 4. tit. 41. §. 4.

ex

ex Proteſtantium JCtorum numero fuerit, Lancelottus Pontificius, nam ad hoc ab initio hujus paragraphi reſponſum eſt, quod jam eo tempore intus & in cute Pontificius fuerit Corvinus. *Quicquid ergo* hujus *rei ſit*, continuari ſolet, *non ea propter laude ſua eſt privandus Auctor,* (Corvinus) *nec præferendos ex noſtris exiſtimo illos, qui dum jus Canonicum proponere cupiunt, nihil aliud agunt, quam, ut ubivis reprehendant Pontificem, Canonumque compilatores, & ita magis deſtruant, quam exponant jus Canonicum.* c) Niſi me omnia fallunt, feriunt hæc Ziegleri notas ad Lancelottum. Nam qui ex noſtris tum temporis inſtitutiones juris Canonici ſcripſerit, excepto Schiltero, neminem novi. At hic nihil minus egit, quam ut Pontificem Canonumque compilatores reprehenderet. Sed quod hanc objectionem attinet, reſpicit illa quidem Ziegleri notas ad Lancelottum, at Lancelotti inſtitutiones ferire nequit, adeoque etiam nihil vel parum conducit, ad tantam Corvini commendationem. Aliæ potius rationes tum ſuberant, Ziegleri notas ſuſpectas facere ſtudioſis, eosque a lectione earum amovere, quia videlicet tum temporis Doctores adhuc communiter confundebant duo maxime diſtincta; 1) ob uſum practicum juris Canonici exponendum id eſſe juventuti Proteſtantium, 2) Uſui practico valde obeſſe oſtenſionem iniquitatum hujus juris, quæ duo tamen differre ſupra docui. d) Poſſe vero ſimul exponi & deſtrui jus Canonicum, (quod Zieglerus fecerat in notis ad Lancelottum,) exemplo ſuo etiam confirmavit Dn. Böhmerus in notis ad ipſas Arnoldi Corvini inſtitutiones. Sed ut dixi, non intendo, ut lu-

c) dicta præfatio

d) ſupra §. 1.

lumina Corvini obſcurare, aut juventutem ab ejus lectione dehortari velim. Sufficit mihi, quod non videatur ejus libellus præferendus Lancelotto; & quod Corvinus etiam ex illa ratione mihi non placeret, quod non infrequenter poſitiones ſuas promiſcue ex jure pariter Civili & Canonico deduxerit, quæ mixtura variorum jurium, uti quidem frequens eſt in ſyſtematibus juris JCtorum Germanorum, ita tamen non ſine ratione diſplicere ſolet JCtis Belgis, certe inſtitutiones juris Canonici ab hac mixtura debuiſſent eſſe immunes.

VI. *Cur Lancelottus aliis fuerit prælatus.*

Expoſitis cauſis, cur Lancelotti inſtitutionibus neque Duareni neque Cucchi, neque Corvini compendia prætulerim, dicendum nunc etiam eſt, cur Lancelottum præ his omnibus elegerim. Feci id primario, quod in Lancelotti inſtitutionibus invenirem, doctrinas juris Canonici, contumeliam & præjudicium Laicorum, & ſuo modo etiam Cleri vulgaris una cum exaltatione poteſtatis Papalis ſuper omnia intendentis, non magis occultari aut palliari, quam in ipſis Epiſtolis Decretalibus Pontificum. At hoc ſcopo iſti meo magis inſerviebat, quam occultatio iſta & palliatio, aliorum. Accedebat, quod Lancelotti iſtæ inſtitutiones, etſi non fuerint confirmatæ a Pontifice, fuerint tamen juſſu Pontificis, a Commiſſariis ad id aptis examinatæ, atque maximam partem approbatæ; e) quod poſtea mox poſt publicationem earundem in ſcholis exponi & gloſſis adornari cœperint, ac ita tandem obtentum fuerit a Pontifice, ut illæ corpore juris Canonici adjicerentur. f) Imo cum deprehenderem, ipſum Zieglerum in notis ad Lancelottum, ſi non pleraque, multa tamen

e) vid. Lancelotti commentarium ad inſtitutiones ſuas lib. I.

men

f) Caut. circa præcog. Jurispr. Ecclef c. 20. §. 29. 30.

men ad fcopum meum, (id eft, ad arcanorum Politicorum fub affertis Juris Canonici latentium detectionem,) facientia jam occupaffe, & obfcuriora loca Lancelotti infuper erudite expofuiffe, non poteram nifi cum magna moleftia & labore iftas Ziegleri notas vel Cucchi vel Corvini compendiis applicare.

VII. *Refponfio ad Ziegleri cenfuram de prolixitate Lancelotti.*

Quodfi forte ofores Lancelotti objicere velint, ipfum Zieglerum annotaffe plus quam una vice, quod Lancelottus, ob nimiam prolixitatem in rebus non multum ad rem facientibus ineptus, fuerit ad inftitutiones confcribendas; factum non nego, fed potius fateor, me iftud Ziegleri judicium de Lancelotto, extans in priore editione g) data opera in præfentibus notis omififfe, non quod mala fide id fecerim, fed quod a Ziegleſro hac parte diffentiens putaverim, iftum locum commodius referri poffe in præfatione, uti etiam eum jam exhibeo. Poftquam Lancelottus dixerat fe *in tractatu de præbendis & dignitatibus, atque illarum provifionibus diffufe immoratum effe*, ita fubjicit Zieglerus: *Admodum diffufe, & pene ad faftidium. Inftitutionum, introductionum, & compendiorum hæ funt leges, ut elementa artis contineant, & prima quafi lineamenta, in ftudioforum animis ducant, quibus illi imbuti & inftructi non fine fructu in prolixioribus & difficilioribus libris deinde verfari poffint.*

g) ad lib. I. tit. 29. §. ult. p. 169.

Quicquid præcipies, efto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne fupervacuum pleno de pectore manat.

Id num præftiterit Auctor, vel ex unico de collationibus titulo judicare licebit. Ut jam taceam, ipfa tota tan-

tum

tum non ubique recitari constitutionum Pontificiorum verba quorum sensum enucleari oportuisset; siquidem institutionum nomen volumen hoc præ se ferre debuisset; Sed facile hic Lancelottus defendi potest. Est doctrina de præbendis & beneficiis potissimum fundamentum juris Canonici, unde & Duarenus loco institutionum juris Canonici septem libros de beneficiis dedit valde commendatos a Schiltero h) & inter illos tres agunt de collationibus. i) Etsi igitur forte lectio doctrinæ istius fastidium creare possit JCtis ex Protestantibus, quia videlicet præbendæ & beneficia ad sustentationem Cleri pertinentia, apud nos tam exigua sunt, ut tam prolixam tractationem eorum doctrina apud nos non mereatur, cogitare tamen debebat Zieglerus, longe aliam rationem esse Doctoris Pontificii. Cur vero Zieglerus Lancelotto improbet, quod ipsa constitutionum Pontificiarum verba retinuerit causam nullam video, cum potius Lancelottus studio id fecerit, & ex rationibus, quas in commentario suo k) passim explicat, & laudari adeo ea propter magis mereatur quam vituperari. Aut enim verba constitutionum Pontificis sunt perspicua, aut obscura. Si prius, non opus est, ut alia adhibeantur, si posterius, vitium hoc est Pontificum, non ejus qui constitutionum illarum compendium exhibet. Aliud est, institutiones juris, id est, compendia juris, scribere, aliud commentaria edere, quæ duo alias satis distincta videtur hic Zieglerus miscere. Hoc vero ita monstrato, sua sponte cadunt, quæ forte alibi, modo relatæ observationi parallela, de Lancelotto conquestus est Zieglerus, v. g. quando eum taxat, quod de percussione Clerici & qua-

h) repete supra dicta §. 2. ab initio & §. 3.

i) nimirum lib. 3. 4. 5.

k) lib. I.

quatenus percutiens excommunicationem ipſo facto incurrat,tam prolixe egerit,addens,illum ea traditione abſtinere potuiſſe, ſiquidem compendium conſcribere conſtitutum fuerat. l) Quomodo enim Lancelottus in hac materia poterat brevis eſſe, de qua multa capitula juris Canonici repleta ſunt. Eſto, quod (ut Zieglerus ibidem addit) ſolenne ſit Pontificiis,ut ſanctitatem ſuorum clericorum ubique deprædicent, ne chara capita, etſi meruerint maxime, unquam violentur,& ne deficiat illa in parte regnum Chriſti; vitium hoc eſt juris Canonici,non ejus, qui id in compendium redigit. Quin potius hæc prolixitas Lancelotti maxime conducit ſcopo notarum noſtrarum, ut eo facilius arcana Politica ſub excommunicatione latentia detegantur.

l) vid. not. Ziegl, ad lib. 4. tit. 13. §. 3.

VIII.
Cur ad priores quinque titulos libri primi notæ Ziegleri non appareant integræ,

Cum igitur deprehendiſſem, inter JCtos Proteſtantes neminem magis quam Zieglerum obſervaſſe arcana Politica Papatus, & doctrinas rectæ rationi, ac principiis genuinæ Politicæ adverſas, conſtitueram initio, ſolum ex Zieglero excerpere illas notas, quæ ad hunc ſcopum pertinent,omiſſis iis, quæ explicationem textus ſpectant, ut videlicet volumen Zieglerianum paulo craſſius ſub compendioſiore forma, ad faciliorem uſum ſtudioſæ juventutis exhiberetur.Quæ cauſa eſt, cur in notis ad libri primi titulos priores quinque non integras Ziegleri notas adduxerim, ſed ſolum eas propoſuerim, quæ ad iſtum ſcopum facerent. Cum tamen Zieglerus in notandis technis Juris Pontificii non omnia obſervaverit, ſed ſaltem glaciem fregerit,adeoque obſtrictus eſſem,ut partim per obſer-

obſervationes aliorum, partim per proprias defectum illum ſupplerem, atque ita mox appareret, quod hoc modo impoſſibile eſſet, ut notæ hæ conjunctæ non excederent magnitudinem voluminis Riegleriani, & præterea Lancelottus hinc inde videretur explicatione Ziegleri opus habere, iſtæ etiam explicationes Ziegleri non raro exponerent origines & progreſſus variarum materiarum ad jus Canonicum pertinentium; mox mutavi conſilium, & a titulo ſexto libri primi omnes & integras Ziegleri notas, pauciſſimis exceptis (quarum videlicet contenta in adjunctis notis continerentur) exhibui.

IX. *Cur notæ quædam ex tractatu Ziegleri de Epiſcopis ſint deſumtæ.*

Porro, cum probe gnarus eſſem, multos ægre ferre, quod errores communis doctrinæ tam in jure quam in Philoſophia ſæpius a me hactenus fuerint detectæ ac publicatæ, quodque tales plurimi, interque eos Viri etiam in Aulis & Academiis magna auctoritate pollentes, ob auctoritatis præjudicium, cui a prima juventute immerſi ſunt, doctrinas veras & utiles facilius ferre poſſent, modo non a me, (quem pro novatore habent,) ſed ab aliis viris eruditione claris provenirent, ut horum etiam imbecillitati me commodum præberem, maximopere incubui, ut ſi non ubique, ſaltem plurimis in locis alienas magis, quam meas doctrinas afferrem, atque ita defectum notarum Ziegleri ſupplerem. Et cum Zieglerus ipſe hactenus, ſi non unicus JCtorum Proteſtantium, ſaltem primus fuerit, qui antiquitates hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cum ſtudio juris majori cum diligentia conjunxerit, & ita in arcana Juris Canonici profundius penetraverit,

rit, atque post notas ad Lancellottum insignem ac prope incomparabilem tractatum de Episcopis, per plurima & præcipua capita juris Canonici se diffundentem, ediderit; credidi multum lucis accessurum esse, & ad intellectum Lancellotti, & ad eo distinctius percipienda illa arcana, si vel summam singulorum, non quidem omnium, præcipuorum tamen capitum tractatus illiusZiegleriani in notis exhiberem, aut ubi fieri id commodum esset ipsa integra Ziegleri ex illo tractatu verba apponerem,

X.

Alia vero ex Brunnemanni Jure Ecclesiastico & notis in illud Stryki.

Recordabar etiam, B. Brunnemannum crabrones multorum JCtorum Protestantium, glebæ juris Canonici adscriptorum, irritasse, quod in opere de jure Ecclesiastico non paucas taxaverit reliquias juris Pontificii in Ecclesiis nostris, etsi demum post mortem id publicatum fuerit a Genero B. Strykio, etsi hic in notis, passim censuras illas Brunnemanni verbis dulcioribus attemperaverit. Nec hoc mirum, cum meminerim, ipsum Zieglerum etiam non pauca, dum viveret, passum esse a Collegis quibusdam, potissimum ob eam causam, quod non idolotatrico cultu Jus Canonicum adoraret, & reliquias Papatus in Ecclesiis nostris passim etiam notaret. Sed cum hodie per Dei gratiam alia sit rerum facies, & ministri Principum agnoscere incipiant, quantum Respublica tam Politica quam Academica Ziegleris & Brunnemannis debeat, hodierno gustui non adversum fore credidi, si ex Brunnemanni jure Ecclesiastico & notis in id Strykianis loca quædam adjungerem notis Ziegleri.

Edi-

Edidit præterea Samuel Maresius, Theologus XI.
reformatus, Groningæ anno 1660. scholia & animad- *Rursus aliæ*
versiones in M. Antonii Cucchi institutiones juris Ca- *ex Maresii*
nonici, eisque dissertationem de jure Canonico præ- *notis in Cucchi institutiones.*
misit. Fatetur in ea, m) *studium juris Canonici multis usibus posse inservire: latere in illo sterquilinio multas gemmas, sive sint cognoscenda, quæ ad regimen veteris Ecclesiæ & decentem formam Ministerium sacrum exercendi & obeundi pertineant; sive doctrinæ Catholicæ veritas contra Pontificios veniat adstruenda; & vel ex solo Decreto Gratiani posse universum Papismum expugnari.* n) *Præterea ex jure hoc Pontificio evidenter plurimarum sordium convinci Ecclesiam Romanam; mirari se, quod Reinkingius absolute statuat, tanquam axioma certum, quod in rebus spiritualibus, & conscientiam concernentibus, vel quando agitur de peccato vitando, attendendum sit jus Canonicum potius, quam civile,* o) *cum tamen jus Canonicum ea faciat peccata, quæ lege Dei & jure naturæ peccata non sint, ut, dum usuras absolute & omnino prohibet, & peccatis laxat habenam in iis quæ repugnant juri Divino & Civili, ut dum parentum consensum ad nuptias filiorum saltem de honestate non vero de necessitate requirit. In illo quoque luculenter apparere sedis Romanæ malam fidem, dum plurima adscribit veteribus, quæ nunquam illis in mentem venere, & inter ea etiam fictam donationem Constantini. Denique nullum luculentius speculum posse exhiberi mysterii iniquitatis, quam jus istud Canonicum in quo suam purpuratam auctoritatem omni molimine conati sint adstruere Pontifices Romani, illaque axiomata proponere, quorum Catalogum exhibeat Sleidanus,* p)

quæ

m) §. 25. seq.

n) Sed vide etiam notata in Caut. circa præcogn. juris pr. Ecclesi. cap. 20. §. 7. 8. 9.

o) conf. dict. caut. cap. 21. §. 49. 50.

p) lib. 3. de quat. imperi.

quæ ſoli Anti-Chriſto poſſint convenire. &c. Tales conceptus de jure Canonico (veros omnino & cum ratione recta & hiſtoria omnium ſeculorum convenientes,) cum ad lectionem Cucchi & notas ei ſubjiciendas attulerit Mareſius, facile prævidere potui, me in iſtis ſcholiis multa inventurum eſſe, quæ ſcopo meo valde inſervirent, ut ex excerptis inde ac in notas ad Lancellottum relatis cuilibet patebit.

XII. *Recenſio præcipuorum Autorum, quorum ſententiæ vel etiam integri tractatus in meis notis referuntur.*

Imo etiam ex illis notis, quibus meum nomen adſcriptum eſt, apparebit, quod in plerisque earum, ut me, quantum fieri potuit, præjudicio autoritatis non adverſum præberem, tantum non aliorum virorum famigeratiſſimorum ſententias excerpſerim aut in compendium retulerim. Ita v, g. tot notæ nihil aliud quam compendia ex plerisque capitulis tractatus Ziegleriani de Epiſcopis referunt, aliæ recenſent contenta tractatus Ziegleriani de Diaconis & Diaconiſſis, q) diſſertationis de tonſura clericali, r) tractatuum de rabuliſtica & cujus titulus eſt, Dicaſtice, s) diſſertationis ad canonem redintegranda cauſa tertia, quæſtione prima. t) Aliæ exhibent ſynopſes u) tractatuum Dallæi de vero uſu patrum & de confeſſione auricuiari, x) Nicolai Desnos de Canonico ſeculari & regulari, y) Hoſpiniani de origine & progreſſu monachismi z) (ex quo etiam non pauca ſunt excerpta) a) item de templis, b) Homoboni de caſibus reſervatis. c) Pauli Sarpii Veneti tractatus de beneficiis ſæpius in ſubſidium eſt vocatus, & ejus potius verbis qvam meis doctrinam veritatis proferre ama-

q) lib I. not. 312. ſ. 2. 313. 314. 315. 316. 317. ſ. 2. 318. 319. ſ. 2. 320. 322. 323. ſ. 2. 325. ſ. 2. 328. ſ. 2. lib. 4. not. 495. ſ. 2.
r) lib. I not. 591. ſ. 2.
s) lib. 3. not. 148. & 455.
t) lib. 3. not. 381.
u) lib. I. not. 38. ſ. 2.
x) lib. 2. not, 135.
y) lib. I. not. 437. ſ. 2. z) lib. I. not. 588. ſ. 2. a) ad tit. 30. lib. I. b) lib. 2. not. 631. c) lib. 2. not. 167.

amavi. d) Fuerunt etiam ex aliorum Romano-Catholicorum ſcriptis adducta teſtimonia, v. g. ex Hieronymi a Coſta libello de origine & progreſſu redituum Eccleſiaſticorum; e) ex Launojo de Romanæ Eccleſiæ circa Simoniam traditione; f) ex Moreau de Simonia. g) Potiſſimam multarum notarum partem obtinent excerpta ex Martini Schookii exercitationibus variis; h) ex Chemnitii examine concilii Tridentini; i) ex Linckio de juribus templorum; k) ex Basnagii Hiſtoria Eccleſiæ, gallice ſcripta l) ex Voetii Politia Eccleſiaſtica; m) ex Maſtricht deſuſceptoribus; n) ex Linckero de Baptismo; o) ex Böhmeri Diſſertationibus ad Tertullianum, p) & jure Eccleſiaſtico Proteſtantium; q) ex Burneti Hiſtoria reformationis Anglicanæ r) ex Limborchii hiſtoria inquiſitionis; s) ex Becmani diſſertatione de judiciis Dei; t) ex Titii jure privato u) &c. Neque enim omnium Autorum, qvorum verba aut ſententias adduxi in notis meis, indicem hic exhibeo, ſed præcipuos ſaltem, & quorum vel magna vel non levis eſt in orbe literario auctoritas.

d) l. 1. n. 434. ſ. 2. 465. 473. 488. 512. ſ. 2. 523. ſ. 2. 583. ſ. 2. 611. ſ. 2. Lib. 2. n. 689. ſ. 2. 777. 806. ſ. 5. 807. ſ. 2. 849. 872. 898. Lib. 3. not. 1. Lib 4. not. 93. & 424.
e) Lib. I. not. 558. ſ. 2. Lib. 2. not. 777. 842. ſ. 2.
f) Lib. 4. not. 76. 78. 88. 93. 101.
g) Lib. 4. not. 76. 136. 142.
h) vid. paſſim notas ad Lib. I. Tit. 2

i) Lib. 2. not. 19. 21. 56. 377. k) Lib. 2. not. 39. l) Lib. 2. n. 41. ſ. 2 m) Lib. 2. not. 44. 62. 63. 64. 80. 81. n) Lib. 2. not. 58. ſ. 2. o) Lib. 2 not. 62. p) Lib. 2. n. 93. ſ. 2. q) ex quo potisſimum libro tertio plura loco integra paſſim ſunt deſcripta, ut ex allegationibus in fine variarum notarum apparet. r) Lib. 2. not. 250. 343. ſ. 2. 366. 431. 743. 753. ſ. 1. 776. Lib. 3. n. 9. Lib. 4. n. 154. 161. s) Lib. 4. not. 25. 56. 156. 159. 167. 173. 174. 204. 206. ſ. 2. 208. 209. 212. 215. t) Lib. 4. n. 39. u) Lib. 4. n. 154. 159. 217. 226. 244. 250. 412. 503. ſ. 2.

XIII. *Index præcipuarum obſervationum in meis notis contentarum.*

Non diffiteor equidem, inter obſervationes iſtas, quæ meum nomen adſcriptum habent, exiſtere aliquot, in quibus a vulgo trita via etiam noſtratium, vel abeo

 vel

vel certe arcana politica, quæ ſub doctrinis juris Canonici larva pietatis obtecta ſunt, paulo diſtinctius quam communiter fieri ſolet, explico. Sed tamen & in his operam dedi, ut vel rationes quibus utor, teſtimoniis aliorum illuſtrem, vel oſtendam, ſententiam ipſam, vel ante vel poſt me, etiam aliis non fuiſſe improbatam, quod facile patebit ei, cui libuerit evolvere notas ſequentes: de tribus gradibus arcanorum politicorum Papatus & in ſpecie de diſtinctione inter
x) Lib. I. n. 41. ſ. 2. Clericos & Laicos; x) tum de ſecundo Papatus fulcro, imperio videlicet Epiſcoporum in reliquum Clerum, &
y) Lib. I. n. 44. ſ. 2. arcano Hierarchiæ; y) de arcano regni Papalis, quod ſcholarum curam ad ſe traxerint Epiſcopi & Clerici cum excluſione vel certe ſuppreſſione Magiſtratus
z) Lib. I. not. 344. ſ. 2. Politici; z) cur in jure Canonico non tractetur ſeparatim de jure Laicorum; a) cur tractetur in ſpecie
a) Lib. 2. n. 1. de rebus Eccleſiaſticis; b) de homonymia & definitione
b) Ib. n. 2. rerum Eccleſiaſticarum a Lancelotto omiſſa; c) de
c) Ib. n. 3. ambiguitate termini ſpiritualis, & arcanis Papatus hoc
d) Ib. not. 4. termino varie ludentis; d) de diverſis plane ſignificatibus rerum ſpiritualium in ſacris literis, & in jure
e) not. 5. Canonico; e) de obſcuritate definitionis rerum ſpiri-
f) not. 6. tualium; f) de inconcinna oppoſitione rerum ſpiritualium & temporalium, & quod res temporales etiam
g) not. 8. 9. ſint ſpirituales ſecundum canoniſtas; g) de fraudibus Canoniſtarum intuitu rerum, quæ in jure conſiſtunt,
h) not. 13. h) de variis contradictionibus in Canoniſtarum divi-
i) not. 11. & 15. ſione rerum latentibus, i) de arcanis politicis ſub diviſione rerum in ſacras, ſanctas, & religioſas occultatis;
k) not. 16. k) jus Canonicum non curare ſpiritualia, etſi de iis ſem-
l) not. 17. per loquatur; l) de Pontificiorum variatione circa de-

finiti-

finitionem ſacramenti & hujus variationis ratione ac
intereſſe; m) de occaſione controverſiæ de Pædoba- m) not. 19.
ptismo, & fatis ejusdem; n) de genuina natura veræ n) Lib. 2.
pœnitentiæ, & quam ob cauſam pœnitentia a Cano- not. 54.
niſtis in pœnam fuerit mutata; o) de clave ligante & o) Lib. 2. not.
ſolvente ejusque nova explicatione valde rationali 117.
Dallæi & Carpzovii; p) de abuſu diſtinctionis peccato- p) L. 2. n.
rum in mortalia & venialia; q) de irrationabilitate 154. ſ. 2.
communis doctrinæ noſtratium, quod quivis miniſter q) L. 2. n. 213. ſ. 2.
Eccleſiæ aliquem privata auctoritate excludere poſſit
ab uſu ſacræ cœnæ; r) de hiſtoria variantis doctrinæ r) Lib. 2. n.
aut certe malæ cohærentis noſtratium in quæſtione, 218.
an matrimonium ſit ſacramentum, cum adjunctiis evi-
dentibus ac palpabilibus veritatibus doctrinæ de ma-
trimonio, item de criteriis Papiſticarum doctrinarum,
ex hypotheſi de ſacramento matrimonii profluenti-
um, & de arcanis Politicis ſub doctrina de ſacramento
matrimonii latentibus; s) de origine & progreſſu ſen- s) Lib. 2. n.
tentiæ, quod polygamia juri naturæ non repugnet; t) 250.
de variis erroribus admixtis, communi doctrinæ de t) Lib. 2. n. 395. ſ. 2.
favore & honore matrimonii; u) de regulis quibus- u) Lib. 2.
dam ſenſibilibus, ex dictamine rectæ rationis, circa quæ- n. 476. ſ. 2.
ſtionem de ſolubilitate aut diſſolubilitate matrimonii,
& inde deductis reſponſionibus adverſus communem
doctrinam, etiam noſtratium; x) de columna tertia arca- x) Lib. 2, n.
norum Papatus, videlicet de diſtinctione judicio- 503. 504. 505
rum in ſecularia & Eccleſiaſtica, ut & de origine ju- y) Lib. 3. n.
riſdictionis Eccleſiaſticæ; y) de cavenda diſtinctione 1. 3. 4. z) Lib. 3.
regiminis Eccleſiaſtici in internum & externum; z) n. 8. ſ. 2. &
de multis reliquiis Papatus apud Proteſtantes in do- n. 9.
ctrina de judiciis & de cauſis Eccleſiaſticis; a) de frau- a) Lib. 3.

de ſub regula juris Canonici, de ſervandis juramentis, quæ ſalva ſalute æterna ſervari poſſunt, occultata; b) de diſtinctione inter hæreticos improbiores & moderatiores; c) de reliquiis doctrinæ de ſacramento matrimonii in foro Proteſtantium; d) de differentia inter denuntiationem & inquiſitionem, & de denuntiationis, etiam Evangelicæ, irrationabilitate; e) de origine & irrationabilitate proceſſus inquiſitorii; f) de purgatione vulgari a Clero vel introducta vel olim approbata; g) de origine & abuſu diſtinctionis criminum in ſecularia & Eccleſiaſtica, & arcanis politicis ſub hac diſtinctione involutis; h) de diſtinctione criminum innotoria & occulta; i) de emendatione doctrinæ communis de crimine Simoniæ; k) de rationibus evidentibus refutandi doctrinam communem, quaſi hæreſis ſit crimen; l) de crimine hæretificii; m) de vero & falſo conceptu criminis ſortilegii & magiæ; n) de variis cautelis circa doctrinam de crimine blaſphemiæ; o) de controverſia, an uſuræ ſint crimen? De hujus controverſiæ, origine & progreſſu: de arcanis politicis ſub doctrina Canoniſtarum de uſuris occultatis; p) de moralitate mendacii ac ſecretione genuinarum doctrinarum circa hanc quæſtionem ab hypocriticis Canoniſtarum aſſertis; q) de probe intelligendo ſenſu diſtinctionis criminum in atrocia & levia; r) de controverſia circa originem animæ humanæ & de pœna abortus; s) de diſtinctione pœnarum in ſeculares & Eccleſiaſticas; de horum terminorum ambignitate; item de pſeudo ſpiritualitate cen-

b) L. 3. not. 185.
c) Lib. 3. n. 402. ſ. 2.
d) Lib. 3. n. 635. ſ. 2.
e) Lib. 4. n. 5. 6. 13. 18. 22.
f) Lib. 4. n. 20. 23. ſ. 2. 25.
g) Lib. 4. n. 39. 41. ſ. 2.
h) Lib. 4. n. 59. 63.
i) Lib. 4. n. 64.
k) Lib. 4. n. 66. 75. 76. 77. 78. 88. 96. &c.
l) Lib. 4. n. 154. 159. 160. 196. 206. ſ. 2.
m) Lib. 4. not. 226. conf. l. 1. not. 183. circa finem
n) Lib. 4. n. 234. 239. ſ. 2.
o) Lib. 4. n. 250.

p) Lib. 4. n. 275. 303. 304. 307. q) Lib. 4. n. 294. ſ. 4. r) Lib. 4. n. 313. ſ. 2. s) Lib. 4. n. 388. ſ. 2.

censurarum Ecclesiasticarum; t) de distinctiore propositione doctrinæ de excommunicatione hactenus confuse traditæ; de historia controversiæ; de definitione excommuncationis; de ejus pseudo spiritualitate, quodque excommunicatio sit, si non nicum, certe præcipuum fulcrum jurisdictionis Ecclesiasticæ, adversus magistratum Politicum; u) denique de novis quibusdam monitis circa doctrinam meam de tribus Papatus gradibus. x)

t) Lib. 4. n. 410. 411. 412.
u) Lib. 4. n. 415. 416. f. 2. 424. 473. 503. f. 2. 516. f. 2. 525. f. 2.
x) Lib. 4. n. 566.

XIV.
Monita quædam adversus malevolos.

Uti vero ex istis monitis perspicue apparet, quod quoad primum gradum, distinctionis videlicet in Clericos & Laicos, non intendam tollere distinctionem inter Ministros vel Doctores Ecclesiæ, vel honorem ministris Ecclesiæ debitum, aut confusionem vel mixturam officiorum utriusque ordinis introducere; quoad secundum gradum, eminentiæ scilicet & potestatis Episcopalis in Clerum inferiorem, quod non sit animus, asserere, ac si jurisdictio Episcopalis & ordo Hierarchicus, (modo dependeat a potestate magistratus politici,) sit jure divino prohibitus & religioni Christianæ adversus; ita credo me omnem justam causam ademisse inimicis ex nostratibus, in posterum me calumniandi, acsi sim osor sacri Ministerii, & nihil aliud quæram doctrinis meis, quam, ut confusio Statuum distinctissimorum, atque hoc modo vel Libertinismus, vel Qvackerismus introduceretur. Ipsa scripta mea pro me loquuntur, ut non opus sit vel verbulum ad defendendam innocentiam meam addere. Quod vero eos, qui Romanæ religioni sunt addicti, concernit, illos rogo, ut non continuent querelas suas, quasi detegendo nævos

Clericales & Episcopales violem leges Imperii Germanici, atque nihil aliud intendam, quam ut non solum Pontifices, sed etiam Episcopos ac universum ordinem Hierarchicum calumniis traducam & contumelia afficiam. Nihil minus. Ipsi cordatiores aut sinceriores ex Romano-Catholicis, etiam ex ipso Clero, & ordine Episcopali, credo, de innocentia mea erunt persuasi; Imo & hic iterum scripta mea me defendent. Nemo negare potest; juris Canonici professionem ante reformationem in Academias eum in finem fuisse introductam, ut partim prærogativa Cleri, & exemptio ejus a potestate civili; partim potestas Papæ in Imperatorem & omnes Reges ac Principes Christianos, omnium Laicorum animis firmiter, ut articulus fidei, imprimeretur; partim denique, ut falsæ & noviores doctrinæ theologicæ, scripturæ sacræ & rectæ rationi adversæ, sub auctoritate Patrum Ecclesiæ & falsarum Epistolarum, Doctoribus Ecclesiæ primitivæ affictarum, ipsis etiam Politicis & Ministris Magistratus Politici firmiter persuaderentur. Unde non sine causa Samuel Maresius studium juris Canonici dixit esse magis Theologicum, quam juridicum. y) *Nam, inquit, & Canones Ecclesiasticos nosse, tam veteres quam recentes, pertinet potissimum ad eos, qui in Ministerio Ecclesiastico versantur, & in veteribus Academiis Facultas Decretorum Theologiæ proxima est, & in regno Pontificio æque frequens est Doctura Theologicæ & Canonicæ combinatio, ac in nostris Academiis, conjunctio juris Civilis & Canonici,* Neque id Maresium scripsisse credo animo indignabundo, quod Doctura juris Canonici JCtis tribuatur, ut eum intellex-

y) Differt. de jure Canonico th. 24.

lexit Zieglerus, z) imprimis cum Maresius eodem loco disertis verbis contestetur, quod *non invideat JCtis nostris Docturam Juris Canonici;* Sed, quod nec Theologi nostri debeant negligere studium Juris Canonici, nec JCti debeant omittere studia, quæ apud nos erronee solis Theologis propria & utilia esse creduntur, & tamen utrique ordini tam Theologorum quam JCtorum maxime necessaria sunt adversus Papismum,(& ejus reliquias hodiernas apud nos etiam,)videlicet studia sacrarum literarum & historiæ Ecclesiasticæ, sed genuinæ;& quod adeo neutra ex istis duabus Facultatibus superioribus Academicis alteri debeat vitio vertere, sed potius se invicem adjuvare, aut certe non impedire, si in arcanis istis detegendis omnem curam ac diligentiam adhibeant, dum quotidiana experientia doceat, tantum non omnes JCtos, & ex Theologis nostris multos, utilitatem non parvam Juris Canonici & praxeos ejusdem in foris Principum Protestantium sibi polliceri. a) Et forte inter Protestantes Zieglerus primus fuit, & hactenus solus, qui cum explicatione juris Canonici conjunxit examen ejusdem ad regulas principiorum politicorum, b) ut adeo ipso tanquam instrumento primo usa fuerit divina providentia, professionem juris Canonici, ad oppugnanda jura Principum circa sacra & omnium Laicorum inventam, adhibendi ad defensionem eorundem. Cum igitur is semel glaciem fregerit, & notæ ejus ad Lancelottum jam per integros fere quinquaginta annos publicæ luci fuerint expositæ, non credo, crimen me commisisse, quod in eadem pro-

z) Differt. de orig. & increm. Juris Canonici th. 24.

a) conf. Ziegl. d. l. §. 66.

professione constitutus, notis istis Ziegleri, a nemine, quod sciam, refutatis, aut saltem accusatis, post tantum temporis spatium elapsum, similes aliorum JCtorum observationes, & meas etiam, jungam ac iterum publici juris faciam. Postulavit id officii mei ratio, postulavit id obligatio, qua Deo, qua Regi, qua studiosæ juventuti sum obstrictus, veritates utiles & salutares in expositione juris Canonici ipsis proponendi, easque non occultandi. Causas amoris aut odii humani nullas habui, quæ ad id opus me impellerent. Pontifex, Episcopi ac Clerus universus Pontificius nec injuria, nec beneficio mihi cogniti sunt; Veneror Pontificem, ut magnum Italiæ Principem; Veneror Episcopos & Abbates Romanæ religioni addictos in Principali dignitate fulgentes. Universo Clero ad omnia justitiæ & humanitatis officia me obstrictum sentio. Si non omnes, plerosque tamen ex illis, bona fide errare credo. Idem ut de me, si alicubi erravero, sibi persuasum habeant, rogo, & si errorem mihi perspicue monstraverint, grata mente id me agniturum esse promitto. Non equidem invideo, quod exemtionem a potestate Magistratus Politici & absolutam potestatem in Laicos, data occasione arripuerint, miror magis, qui fieri potuerit, ut Laici juribus istis se privari passi fuerint, & arcana illa hic detecta per tot secula, & per tanta incrementa studii historiæ Ecclesiasticæ nondum senserint ac intellexerint.

XV. *De terminis & phrasibus in notis occurrentibus.*

Quod modum proponendi, item terminos & phrases in ipsis notis adhibitas attinet, nihil mutavi

in notis, quæ Zieglerum, Brunnemannum, Strykium, Maresium, Dn. Böhmerum auctores agnoscunt, aut in verbis auctorum aliorum in meis observationibus descriptis. Neque enim id ad me pertinere arbitratus sum, cum & horum scripta publice prostent, & adeo, si forte alicubi durius fuerint locuti, credam Pontificios Doctores id non ægre esse laturos, dum ipsimet, quoties de nostris doctrinis loquuntur, easque examinant, durioribus loquendi modis utuntur. Quodsi insuper ipsis placuerit conferre terminos & phrases nostrorum Doctorum, cum terminis & phrasibus Petri de Ferrariis JCti Catholici, qui diu ante reformationem anno videlicet 1413. floruit, deprehendent, nostros Doctores non plus, sed multo minus sibi indulsisse, quam illo tempore, ubi dominatus Pontificis adhuc universalis erat in orbem Christianum, fecerat JCtus ille celeberrimus. Neque me hic aliquid falsi asserere, cognoscent, si modo ipsis placuerit ea perlegere atque cum dictis nostratium conferre, quæ ex Practica Petri de Ferrariis in notis suis illustrationis gratia adduxit Zieglerus, ubi videlicet agit de ingratitudine Paparum erga Principes, c) de injustitia multarum decretalium d) de distinctione inter Clericos & Laicos; e) de multiplicatione monasteriorum, f) de absurditate cognationis spiritualis, g) de abusu asylorum apud Pontificios, h) de Cleri avaritia, i) de abusu bonorum Ecclesiasticorum, k) de ampliatione irrationali potestatis Pontificis; l) & alibi passim.

c) Lib. 1. n. 19. f. 1.
d) Lib. 1. n. 34.
e) ibid. n. 41.
f) ibid. n. 629.
g) Lib. 2. n. 437.
h) ibid. n. 603.
i) ibid. n. 753. f. 1. k) ibid. n. 846. l) lib. 3. n. 326.

Ubi vero meam ſententiam meis verbis propoſui, ubique operam dedi, ut ea in factum temperarem, quamvis non diffitear, me ſæpe ſcapham, ſcapham appellaſſe, more doctorum, qui id ante omnia conari debent, ut non obſcuris & dubiæ interpretationis terminis, lectoris animum involvant. Abſtinui tamen ab imputatione criminum & terminis injurioſis modo ne quis verba præter bonam fidem captet. Dominatus enim (ut mentem meam exemplis declarem) vocabulum mihi nihil aliud denotat, quam in ſenſu politico abſolutam aut independentem poteſtatem, idem etiam de tyrannidis voce tenendum eſt, quæ in genuino ſignificatu apud Græcos nihil amplius, quam unius poteſtatem abſolutam ſignificat. Hypocriſeos, aut Phariſaiſmi termini communiter quidem pro crimine accipiuntur, ſed oſtendi tamen alibi, m) hypocriſin non crimen ſed vitium humano generi commune eſſe, quo quis bona fide in electione mediorum ad acquirendam veram quietem, & tranquillitatem animi aberrat, ac ſibi perſuadet, quod committendo actiones, etſi ſcripturæ ſacræ & rectæ rationi omnino adverſas, tamen faciat opus Deo maxime placens, uti de Phariſæis ipſe Salvator noſter loquitur. Idem ſentiendum eſt, ubi de ambitione, avaritia, luxuria, libidine, gula, invidia, partis adverſæ loquor. Sunt enim hæc vitia omnibus hominibus communia. At Clerus omnis ad humanum genus pertinet imo teſte ſcriptura, inter ſanctos DEI nullus eſt, qui absque vitio vivat. Ut taceam, in Eccleſia Roma-na,

m) caut, circa præcogn. Jurispr. c. 19. n. 54. ſeq.

na neminem, & ne ipſos quidem Pontifices, in hac vita pro ſanctis haberi, ſed tum demum, poſtquam a Pontifice aliquo certis adhibitis ſolennitatibus in numerum ſanctorum quis receptus eſt. Quodſi denique forte Anti-Chriſti vox, quamvis non recorder, a me alicubi ſit adhibita, declaro, me ea voce non uti in ſenſu Theologico in diſputationibus adverſus Papam, ſed in ſenſu vulgari, quo id Anti-Chriſtianum eſt, quod cum doctrina Chriſti & Apoſtolorum pugnat; & ſoleo ſæpius auditoribus meis inculcare, ne Anti-Chriſtum Romæ aut Conſtantinopoli quærant, ſed ut potius eum expellant ex cordibus propriis.

XVI. *Supplementa quædam.*

Denique in ſecundis curis deprehendi varias obſervationes aliorum auctorum, quæ vel ad confirmandos vel ad illuſtrandas doctrinas noſtras multum facere poterant, quas paucis hic indicabo. Ad explicationem eorum, quæ notantur ad libri I. titulum 2. & 3. de jure Divino, conſuetudine & conſtitutionibus, item de Eccleſiaſticis conſtitutionibus multum conducet, ſi quis jungat lectionem colloquii Eraſmiani, cui titulus: ἰχθυοφαγία n) cujus ſcopum ſequentibus verbis ipſe Eraſmus explicat. o) *In Ichthyophagia tracto quæſtionem de conſtitutionibus humanis, quas quidam prorſus rejiciunt, multum aberrantes a recta ratione: quidam propemodum anteponunt divinis legibus: rurſus alii abutuntur & divinis & humanis conſtitutionibus ad quæſtum ac tyrannidem. Conor itaque partem utram-*

n) Inter Lanionem & ſalſamentarium p. 446. ſeq. edit. Roterod. 1664.

o) in diſſert. de utilitate colloquiorum ibid. p. 777.

que ad moderationem temperare, inquirens, unde natæ ſint, & quibus gradibus hucusque progreſſæ conſtitutiones humanæ; quos & quatenus obligent, ad quid conducant, quantum diſtent a divinis, obiter indicans præpoſtera mortalium judicia, quibus jam olim mundus plenus eſt, & unde totus hic orbis tumultus natus eſt. Hæc ideo quoque tractavi copioſius, quo doctis ſuppeditarem occaſionem, accuratius hisce de rebus ſcribendi. Nam quæ adhuc prodierunt, non ſatisfacient curioſis. Traducere ſcortationem, temulentiam, adulterium, non perinde ad rem pertinebat; quando quidem hæc mala nullum fallant: ſed ex his eſt periculum veræ pietatis, quæ vel non ſentiuntur, vel ſanctimoniæ fallaci ſpecie blandiuntur. Quodſi quis calumnietur, perſonis ſordidis affingi Theologicam diſputationem; ab his talia nunc in omnibus conviviis diſputantur, & hujusmodi perſonis opus erat, familiarius craſſiusque rem tractaturo. Dum Lancelottus, ubi de vita & honeſtate Prælatorum agit, inter alia etiam commendat eorum pie ſævientem diſciplinam, p) oſtendi in nota ſubjuncta, q) ſævitiam & pietatem eſſe res non combinabiles. Poſtea in lectione hiſtoriæ judaicæ celebris Baſnagii inveni eruditam obſervationem, r) in qua diſputat contra doctrinam Pontificiam, quaſi ſcilicet coactiones crudeles careant violentia & ſint pro perſuaſionibus blandis habendæ. Johannis Dallæi & Joh. Benedicti Carpzovii novam explicationem clavis ligantis & ſolventis a me relatam ad titulum de poenitentiis, s) confirmabunt

p) Lib. I. tit. 12. §. 3.
b) not. 182. p. 158.
r) Hiſt. des Juifs Tom. V. c. 11. a §. 5. ad 9. p. 1667. ſeq.
s) lib. 2. tit. 5. n. 154. p. 718.

mabunt rationes ab eodem Basnagio, pro adstruenda ea doctrina in eodem tractatu allatæ. t) Porro quis crederet, in transsubstantiationis dogmate, u) latere arcanum politicum exemtionis Cleri a potestate civili, & a fidelitate Magistratui politico debita. Sed ut videas, quam apte sint Canonistæ, ut ipsis omnia in bonum inserviant, considera quæso sequentia verba Ziegleri: x) *Ne vero temere prohibitionem istam factam, quis diceret, conquirendæ sunt rationes, sed quæ non tam ipsum promissæ fidelitatis actum, quam ritum aliquem extrinsecus adhibitum odiosum redderent. Sic enim refert Rogerius Hovedenus.* y) Urbanus Papa tertia hebdomade Paschæ magnum concilium tenuit Romæ, in quo excommunicavit omnes Laicos, investituras Ecclesiarum dantes, & omnes easdem investituras de manibus Laicorum accipientes, nec non omnes in officium sic dati honoris consecrantes. Excommunicavit etiam eos, qui pro Ecclesiasticis honoribus Laicorum homines fiunt, dicens nimis execrabile videri, ut manus, quæ in tantam eminentiam excreverunt, ut quod nulli Angelorum concessum est, Deum cuncta creantem, suo signaculo creent, & eundem pro salute totius mundi Dei Patris obtutibus offerant, in hanc ignaviam vel stultitiam detrudantur, ut ancillæ fiant earum manuum, quæ diebus ac noctibus, obscœnis contactibus inquinantur, sive rapinis ac injustæ sanguinis effusioni addictæ maculantur. Et ab omnibus est acclamatum: fiat, fiat, & in his consummatum est concili-

t) Hist. des Juifs Tom. 3. lib. 5. c. 5. §. 15. seq. p. 567. seq.

u) cujus sedes est lib. 2. tit. 6. §. 6.

x) de Episcopis lib. 2. c. 2. §. 89. p. 310. quæ saltem summatim excerpsi ad lib. 1. n. 106. in fine p. 86.

y) Annal. Part. 10. ann. 1099.

um. *Eandem rationem adduxit Papa Paschalis II. per interpretem Episcopum Placentinum, cum Trevirensis Archi-Episcopus nomine Henrici Imperatoris inveteratum jus de investitutis & fidelitatis juramentis allegasset* &c. De crudelitate Cleri commendantis Laicis, ne hæreticorum sanguinem effundant, non solum obiter actum, in aliquot notis ad librum primum, z) sed & postea suo loco, ubi de hæresi ex professo tractatum est, aliorum autorum varia testimonia adduxi. a) His addi merentur, quæ disserit Basnagius jam aliquoties citatus. b) Denique id monendum; quamvis multa a me disputata fuerint, & prope ad nauseam, contra excommunicationem tam majorem, quam minorem c) & nostrates etiam in libris symbolicis majorem excommunicationem fateantur esse inventum pure Papisticum; cum tamen excommunicationem minorem plurimi ex nostris defendant, & ejus frequentiorem usum introduci optent, doctrina mea multum roboris accepisset, si tum inspexissem ea quæ Dn. Böhmerus docuit, d) ex Espenio, hanc excommunicationem minorem demum invaluisse seculo decimo tertio, occasione confessionis auricularis &c. Scribeb. in Academia Fridericiana d. 2. Jan. 1717.

z) videlicet not. 182. p. 158. & n. 298. sect. 3. p. 271.

a) lib. 4. n. 174.

b) Hist. des Juifs Tom. V. c. 21. §. 28. p. 1909.

c) in notis pluribus ad lib. 4. tit. 12. §. 2. & tit. 13. §. 1.

d) Schilt. illustr. l. 2. c. 3. §. 7. p. 228. conf. eundem tit. 5. p. 234. seq. & in origin. præcip. mater. jur. Canon. ibi adjunctis c. 21. p. 429. seq.

EX-

EXPLICATIONES SIGNORUM.

Z. Si ſimpliciter in fine notæ appareat, denotat Ziegleri notas ad Lancelottum.

Quodſi adjunctam habeat allegationem: *de Epiſc. II.* 1. *41.* ut *p. 66.* aut absque allegatione ſaltèm tres numeros. v. g. *Z. II. 4. 1.* ut *p. 89.* tum denotatur tractatus Ziegleri de Epiſcopis, & primus quidem numerus librum notat, ſecundus caput, tertius paragraphum.

B. Si absque allegatione libri ſaltem ſequantur tres vel quatuor numeri ut *p. 11.* B *I. III* 2. intelligitur Brunnemanni opus de jure Eccleſiaſtico, ita ut primus numerus librum, ſecundus caput, tertius paragraphum; quod ſi vero quatuor ſint numeri, tertius membrum capitis, & quartus paragraphum, deſignent.

Quodſi poſt literam B. allegentur rubricæ titulorum ex Decretalibus, v. g. *ad tit. de arbitris* §. 2. aut ſimpliciter B. *de procurat.* §. *6.* tum nota deſumta eſt ex Dn. Böhmeri Jure Eccleſiaſtico Proteſtantium. Potiſſimum vero ejusmodi excerpta occurrunt in notis ad lib. 3. Lancelotti.

S. Sive


S. Sive ſtatim tres numeri ſequantur ut p. 11. S. *I. III.* 2. ſive ſaltem pagina allegetur v. g. S. *p. 340.* utrobique indicantur B. Strykii notæ ad Brunnemanni jus Eccleſiaſticum.

M. Cum pagina v. g. M. *p. 67.* ſignificat Samuelis Mareſii notas ad Cucchi inſtitutiones juris Canonici.

T. Eſt ſignum notarum Thomaſianarum.



PRÆ-



CASPARIS ZIEGLERI
DISSERTATIO
DE
ORIGINE ET INCREMENTIS JURIS CANONICI.

SYLLABUS
Eorum, quæ in Dissertatione de Origine & incrementis Juris Canonici continentur.

Canonis vox apud Architectos denotat regulam rectitudinum. I. *Eius significatio Ecclesiastica pro Scriptura* II. *Librorum Canonicorum scripturae significatio olim laxior.* III. *Tempore Augustini adhuc vsitata.* IV. *Scilicet pro libris Scripturae non solum fidei sed & morum regulam exhibentibus. Noua extensio pro Decretis Conciliorum, quæ tamen sunt regula plane inferior intuitu Scripturae.* V. *Unde ortum nomen & materia Juris Canonici. Huius variae appellationes.* VI. *Comparatio Ecclesiae Orientalis & Occidentalis intuitu jurium.* VII. *De Canonum Apostolicorum autoritate contradictio Isidori.* IIX. *Eorum Autor non est Clemens Romanus, nec autoritate Apostolorum conscripti sunt.* IX. *Tempus quo sint scripti incertum, quamuis sint vetusti. Videntur etiam successiue aucti.* X. *Imo etiam corrupti. Forte olim Apostolicorum Canones vocati.* XI. *Incertitudo de eorum autoritate.* XII. *& numero.* XIII. *imiliter Constitutiones Apostolicæ su postitiae sunt. Incertitudo de earum tempore* XIV. *De quibusdam nouioribus canonum collectionibus & Codicibus.* XV. *Codex canonum Ecclesiae uniuersae.* XVI.

 No.

Noua editio Canonum ex versione Dionysii Exigui. Huius additiones & mutationes. XVII. XIIX. *Aliae accessiones juris Canonici, Johannis Scholastici Nomocanon.* XIX. *Martini Duniensis noua collectio in Hispania.* XX. *Obiectum iuris Canonici olim arctius, nec tum quicquam decretum de processu judiciario.* XXI. *Initia potestatis Pontificiae seculo septimo.* XXII. *Photii Patriarchæ Constantinopolitani Nomo-Canon.* XXIII. *Huius inimicus Nicolaus I. Papa, qua occasione & quomodo Romanæ Ecclesiæ potentium augere cœperit.* XXIV. *Isidori collectio Pseudodecretalium a Nicolao I. commendatur ac defenditur.* XXV. *Isidorus Mercator vel Peccator quis, & eius fraudulentia.* XXVI. *Prodierunt ex Moguntina Ecclesia illæ Epistolæ, nec earum mentio facta ante annum 830.* XXVII. *Potissima causa receptionis quærenda in barbarie illorum temporum, ac nequitia Pontificum.* XXIIX. *Burchardi Wormatiensis collectio Canonum seculo 11.* XXIX. *Iurisdictio per subiectionem Episcoporum Pontificiæ potestati valde turbata. Obstabat ei investitura Episcoporum per Imperatores, & juramenta his ab illis praestita.* XXX. *Ablata Laicis inuestitura Episcoporum per Gregorium VII. Laus & vituperium huius facti.* XXXI *Et per excommunicationem Imperatoris dominatus Papalis summum fastigium attigit.* XXXII. *Dictatus Gregorii VII. quibus pristinum Jus Canonicum valde mutatum.* XXXIII. *Primatus tamen Pontificis Romani a Græcis non receptus. Leonis Allatii, Petri Arcudii, Johannis Zonaræ, Theodori Balsamonis scripta.* XXXIV. *Jvonis Carnotensis Nomocanon, Decretum, Panomia seculo 12.* XXXV. *Gratiani Concordia discordantium Canonum eodem seculo.* XXXVI. *Gratianus, Lombardus, & Comestor an fratres spurii?* XXXVII. *Operis Gratiani defectus ac naui.* XXXIIX. *Huc refertur etiam usus breviarii Aniani præ Codice Theodosiano,* XXXIX. *De autoritate operis Gratiani dissensus Dd. varius.* XL. *Sententia aliorum non magis cohærens ad jus consuetudinarium id referentium.* XLI. *Judicium de Barbosæ sententia quatuor classes in Decreto distinguentis.* XLII. *In specie I. de Dictis Patrum rationes dissentientium.* XLIII. *Ut & de canonibus conciliorum & decretis Pontificum.* XLIV. *II. De verbis intercalaribus ipsius Gratiani.* XLV. *III. De autoritate Palearum. Harum denominatio unde?* XLVI. *IV. De Legibus Ciuilibus a Gratiano relatis. Quid accedat decreto per confirmationem Gregorii. XIII.* XLVII. *Promotio monarchiæ Papalis per opus Gratiani secundum barbariem illorum temporum.* XLIIX *Papæ se opposuerunt Waldenses, his vero Fratres Minores & Prædicatores oppositi. Quatuor Apostoli Satanæ.* XLIX. *Doctores Decretistæ: occasio creandi Doctores utriusque juris, & Decretalium multiplicatio.* L. *Nouæ collectiones quinque Decretalium. Johannis Semecæ commentarius in Decretum.* LI. *Alia seculo 13. Decretali-*

lium compilatio per Raymundum de Penna forti jussu Gregorii IX. Naui eiusdem & defectus. LII. *Artificia & scopus Pontificis in publicatione harum Decretalium.* LIII. *Accessit eodem seculo Sextus Decretalium Bonifacii IIX. Pontificis auari, ambitiosi, turbulenti.* LIV. *Eius litigia cum Philippo Pulchro. Unde iste liber in Gallia non receptus.* LV. *Laus Regum Galliæ ob contemtas Decretales & spretum Papæ dominatum.* LVI. *Clementinarum a Johanne XXII. facta publicatio anno* 1317. LVII. *Extravagantium privata quidem autoritate publicatarum cur tamen tanta sit autoritas.* LIIX. *Æmulatio juris Canonici cum Ciuili. Augmenta noua. Glossæ & commentarii in illud.* LIX. *Rationes variæ cur Jus Canonicum Nouum in tantam excreverit molem.* LX. *Seculo* 14. & 15. *varia cœperunt Juris Canonici decrementa. Marsilii Patavini Defensor Pacis, & Concilia Constantiense & Basileense impugnarunt dogmata de infallibilitate Papæ eiusque supra concilia autoritate.* LXI. *Decretales Isidori impostoris falsitatis convictæ per Nicolaum de Cusa, Turrecrematam, Espencæum, Covarruviam, Contium, Baronium, Blondellum.* LXII. *Totum jus Canonicum rejiciendum ducuit seculo* 16. *Lutherus & Georgius Wicelius & ante Lutherum Keisersbergius.* LXIII. *Idem Lutherus Wittebergæ Jus Canonicum publice combussit.* LXIV. *Ægre ferentibus id factum ICtis Gœdenio & Schurffio, contra idem defendente Ulrico ab Hutten.* LXV. *Non est tanta utilitas Juris Canonici, quantam sibi pollicentur ICti & Theologi. Decretum Gratiani pluribus laborat defectibus* LXVI. *Decretalium pleræque corruptelis & impietatibus infectæ. Processualia melius petuntur ex ordinationibus provincialibus.* LXVII. *Usus septuplex doctorum juris utriusque & Professionum Juris Canonici.* LXIIX. *Respondetur Marefio, studium Juris Canonici magis ad Theologos quam ICtos pertinere docenti.* LXIX. *Illustratio hactenus dictorum ex Henrico Cornelio Agrippa,* LXX.

§. I.



Anonis vocabulum Architectis est familiare, & denotat regulam siue instrumentum, quo fabri utuntur ad rectitudines expendendas & a quo lineamenta artis & structuræ petunt, velut a lege quadam, ut certo ordine & debita ratione conficiatur & absolvatur. Regula enim usus est ad discernendum rectum ab obliquo & inflexo sicut docet Aristoteles *l. 1. de anim. cult.* τῷ εὐθεῖ καὶ αὐτὸ, καὶ τὸ καμπύλον γινώσκομεν, κριτὴς γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανών. Quibus verbis,

Canonis vox apud Architectos denotat regulam rectitudinum.

bis, quod priore loco rectum dixit, posteriore κανόνα appellat.

Ejus significatio Ecclesiastica pro Scriptura. §. II. Vocabuli istius usus in aliis etiam negociis invaluit, ita ut omne rectum, quatenus rectum, κανὼν diceretur, ad recta ab incurvis dignoscenda. Specialiter vero Ecclesia sibi nomen istud vindicavit, & munita autoritate Scripturæ *Gal. VI. 16. 2. Cor. X. 13. Philipp. III. 16.* canonem dixit fidei & morum, quam observare jussa est, cynosuram. In duobus enim his omnis Christianorum vita consistit, & ut recte credatur, & ut pie vivatur, cui utrique Scriptura sacra veluti regula & norma præfixa est, ut deflectere inde nemini liceat unquam. Elegans est B. Chemnitius *in exam. Concil. Trid. pag. 45.* in explicatione metaphoræ & similitudinis, quæ inter Canonem & Scripturam sacram intercedit: *Est enim Ecclesia*, inquit, *domus DEI viventis, cuius ædificatio est ex DEO, & architecti sunt ministri verbi. Ut autem structura illa ministerio verbi seu prædicatione doctrinæ recte inchoetur, justo ordine, & debita ratione conficiatur & absolvatur, opus est certo canone seu regula, ad quam architecti opus suum exigant, ne ædificatio a justo ordine & debita ratione exorbitet. Et regula illa est doctrina Apostolorum Psalm. 19. Quia vero illa, quantum & satis & necesse est, scriptis est comprehensa, Scriptura vocatur Canonica, libri canonici sive canon Scripturæ, quia est talis regula, ad quam structura fidei Ecclesiæ formanda & aptanda est, ita, ut quicquid ad illam regulam convenit, rectum, sanum & Apostolicum judicetur, quicquid vero non quadrat, sed ab illa regula sive in excessu, sive in defectu exorbitat & aberrat, judicetur supposititium, adulterinum, erroneum &c.*

Librorum Canonicorum scripturæ significatio olim laxior. III. Quandoquidem autem Scriptura Sacra ex pluribus constat partibus integrantibus, atque illæ non uniusmodi sunt, sed nonnullæ autoritate prævalent, factum hinc est, ut solum ista scripta, quorum autores cogniti, & autoritas in Ecclesia indubitata semper fuit & recepta, scripta vere canonica & libri canonici, reliqua autem, quorum de autoritate in Ecclesia semper dubitatum fuit, Ecclesiastica sive apocrypha dicerentur. Sciendum tamen est, Canonici vocabulum etiam de libris Scripturæ non omni tempore eodem modo usitatum fuisse. Sub initium enim seculi V. Innocentius I. scri-

ſcribens ad Exuperium Tholoſanum, libros Tobiæ, Judith & reliquos catalogo Canonicorum inſeruit. Eosdem Canonicorum titulo dignatur Auguſtinus *lib. 2. de doctr. Chriſt. c. 8.* quem ſequuntur alii plures. Verum hi omnes latius aliquanto vocabulum Canonis acceperunt, non tantum pro iis libris, qui ſunt θεόπνευστοι, & ad controverſiarum deciſionem adhibentur; verum etiam pro iis, qui ſunt Eccleſiaſtici, & ad mores formandos in Eccleſia leguntur. Conf. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. pag. 53.* And. Rivet. *in Iſagog. c. 7. p. 85.* Et hinc nata eſt diſtinctio, per quam illi primario, hi vero, quatenus libris plane rejectitiis opponuntur, ſecundario Canonici ſive Deuterocanonici dicuntur. Quam tamen diviſionem eo, quod non ſit generis in ſuas ſpecies, ſed tantum æquivoci in ſua æquivocata, excuſandam potius, quam ſimpliciter defendendam eſſe, ſtatuit Jacobus Martini *diſp. VII. de princip. ſid. pag. 168.* præſertim cum per eandem non autoritatis & veritatis, ſed cognitionis ac temporis gradus diſtinguere velit Sixtus Senenſis *bibl. lib. 1. c. 1.* Eam vero haud paulo rigidior Johannes Rainoldus *prælect. 38. 35. p. 3.* ut abſurdam omnino explodit. Sequitur Andr. Rivetus *in Iſagog. d. l. pag. 90.*

IV. Quicquid ſit de iſta diſtinctione, propter quam nemini nunc litem movere volumus, manet tamen, ætate Auguſtini apud nonnullos e Latinis appellationem Canonicorum librorum ita uſurpatam fuiſſe ut Eccleſiaſticos etiam comprehenderet, ſecus quam vel ab antiquioribus Latinis hactenus factum fuerat, vel a Græcis unquam factum fuit Ejus rei originem Johannes Rainoldus *prælect. 39. pag. 364.* petit ex eo, quod exemplaria Bibliorum, quibus Eccleſiæ tunc temporis utebantur, Latine facta eſſent ex Græca interpretatione LXX. in quibus habebantur hi libri ſine aliqua evidenti nota diſcriminis. Etſi vero tum canonici tum apocryphi iſti libri in Eccleſia legerentur, nunquam tamen horum tanta, quam illorum, in confirmandis fidei articulis fuit autoritas. Diſerte Hieronymus *præfat. in lib. Salom. Nonnulla volumina legit Eccleſia ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam.* Et Ruffinus presbyter Aquilejenſis *in explic. Symb. Apoſt. c. 36. ſciendum eſt*, inquit, *quod & alii libri ſunt, qui non canonici, ſed Eccleſiaſtici a*

Tempore Auguſtini adhuc uſitata.

majoribus appellati sunt, quos legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam.

Scilicet pro libris Scripturæ non solum fidei sed & morum regulam exhibentibus. Nova extensio pro decretis Conciliorum, quæ tamen sunt regula plane inferior intuitu Scripturæ.

V. Patet vero hinc, Canonis vocabulum pluribus libris Scripturæ adaptatum fuisse, qui tantum κατά τι canonici dici poterant, quatenus scil. normam vitæ & morum præscriptam continerent, cum canonici proprie dicti etiam fidei regulam exhiberent. Extensus vero est istius vocabuli usus deinceps in latiore significatione etiam ad alia scripta & monumenta, quæ in Scripturæ Sacræ nomenclaturam non veniebant, sed ab Ecclesia in conciliis conficiebantur, &, ut regula essent, constituebantur. Cum enim vel in fide, vel in moribus & disciplina Ecclesiastica talia sæpe occurrerent, quæ a regula deflectere videbantur, & sæpe tamen ista acerrimos defensores reperirent, factum est, ut coadunatis sententiis, & rogatis suffragiis in conciliis decreta conficerentur, quæ deinceps regulam præstarent ab omnibus observandam & custodiendam. Decreta illa canones dicebantur, quod & ipsa regulam aliquam & normam exhiberent, sed multo inferiorem, quam est Scriptura sacra, imo nec normam quidem, si utriusque comparatio instituatur. Concilii enim etiam sanctissimi definitio nequaquam est prætoria, sed tantum declaratio & indicium ejus, quod DEUS judicat & jubet credere ac facere. Multo minus est absoluta Hæc enim soli DEO competit, cujus est præscribere fidei & vitæ normam, ita ut nulli alii fas sit credere aliud aut agere. Optime igitur se habet decisio Ecclesiæ, sicubi ea Scripturæ conformis est, pessime, sicubi ei non convenit. Nec enim ulla in conciliis revelatur decisio divina ante non extans in sacro Codice, sed fertur tantum sententia de sensu & intellectu revelationis jam ante de tali quæstione factæ & in codice sacro consignatæ. Quicquid igitur ita in concilio a Patribus decretum fuerit, non tam norma est & regula, quam normatum. Etsi enim de sensu definiat concilium, eundemque talem vel talem in Ecclesia posthac sequendum præcipiat, non tamen eo ipso aliud statuitur principium, præter Scripturam sacram, quod veluti regula Laicorum esse deberet, & veluti concausa roborandi fidem divinam. In adiaphoris vero & ritibus Ecclesiasticis definiendis, tum & aliis, quæ libertati humanæ reliquit Majestas divina, maior est Ecclesiæ autoritas

tas & poteſtas, ita ut quicquid ab ea definitum fuerit, pro ratione loci & temporis, regulam præſtet & normam proprie ita dictam.

VI. Ex his canonibus natum eſt & nomen & materia Juris, uti hodie vocatur, Canonici, quod ab initio canonibus in concilio confectis, & eorum collectione conſtaret. Cumqne ab initio codex tantum aut collectio Canonum diceretur, ſucceſſu temporis JURIS vocabulum ſubſtitutum eſt, ad æmulationem ſcil. juris civilis, præſertim poſtquam ad imitationem Imperatorum Pontifices novas quotidie conderent conſtitutiones; atque hinc JUS CANONICUM auguſtiore vocabulo ſed ambitioſo dici cœpit. Præivit circa Hadriani I. & Karoli Magni tempora Iſidorus Mercator, qui, poſtquam, & ipſe privata opera collectionem canonum jam ex multis conciliis auctorum confeciſſet, uti infra dicemus, & jam in juſtum librum collectio excreviſſet, non codicem amplius aut collectionem, ſed CORPUS CANONUM dicere maluit. Ex quo facile deinceps CORPUS JURIS CANONICI ad imitationem corporis Juris civilis appellari potuit. Ut vero juris hujus fontes atque origines, tnm & progreſſum accuratius exquiramus, paulo altius & ex primis Eccleſiæ Chriſtianæ ſeculis repetere rem oportet.

Unde ortum nomen & materia juris Canonici. Hujus variæ appellationes.

VII. *Eccleſia Chriſtiana*, inquit Chriſtophorus Juſtellus *in præfat. ad Cod. can. Eccleſ. univ. duplici jure olim regebatur, divino & Canonico. Ac divinum quidem jus codice ſacræ Scripturæ; canonicum vero codice Canonum continetur. Itaque in conciliis illi duo Codices in medio conſeſſus poni ſolebant, ut ex eorum jure Epiſcopi inter ſe dogmata pietatis explorarent, obortas hæreſes refutarent, & controverſias ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſacramque πολιτείαν pertinentes dirimerent.* Hic vero breviter obſervari volo, quod enucleate notat Petrus de Marca *de concord. ſacerdot. & Imp. lib. 3. cap. 2.* aliam fuiſſe rationem Eccleſiæ occidentalis, aliam vero orientalis. Occidentalis Eccleſia ante Concilium Nicænum nullos canones noverat, ſed autoritate Scripturæ Sacræ, moribus, & jure non ſcripto ſive conſuetudine regebatur. Deinde ſolos Synodi illius Oecumenicæ canones amplexa eſt, usque ad tempora Innocentii I. qui in epiſtola ad Clerum Conſtantinopolitanum ejus rei teſtis eſt omni exceptione major

Comparatio Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis intuitu jurium.

apud

apud Sozom. *lib. 8. c. 26.* Orientalis vero Ecclesia non Nicænos tantum, sed alios etiam vetustiores & plurium Synodorum canones receperat. Quin & particulares Ecclesiæ in Oriente non jure tantum communi tenebantur, sed sua sibi decreta duæ tresve dioeceses conjunctis suffragiis constituerant, quibus in disceptandis negotiis suis uterentur, uti id exemplis conciliorum Ancyrani, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiocheni, & Laodiceni plenius ostendit Petrus de Marca *d. l. 3. c. 3.* Postquam vero utrique Ecclesiæ, Orientali & Occidentali sæpenumero adversus eundem hostem communem standum erat, & ipsæ quoque inter se controversias haud raro movebant, cœpit etiam Occidentalis Ecclesia ad vetustiores canones attendere, eosque ad usum suum recipere.

De Canonum Apostolicorum autoritate contradictio Isidori.

VIII. Vetustissimi omnium qui extant sunt CANONES qui dicuntur APOSTOLICI. De quorum & autore & autoritate & numero multa semper lis fuit inter eruditos, & ipsos etiam Pontificios. In decreto Gratiani diversissimæ & plane contrariæ sub eodem titulo referuntur Isidori sententiæ, *c. canones 1. & c. placuit 3. dist. 16.* Atque istas cum conciliare non posset Antonius Contius, in editione, quæ Parisiis anno M. D. LXX. prodiit, ad marginem textus prioris hæc annotavit verba: *Non invenitur in principio conciliorum Isidori in his libris scriptis & impressis, quos legere potuit, quin & infra ead. dist. c. 5. contrarium scribit.* Atque hinc Cardinalis Baronius *ad ann. CII. sect. 11. & 12.* postquam priorem illum textum falsi postulasset, expungendum eum, & solum illum, qui in *can. placuit.* continetur, retinendum autumat. Sed enim qui authoritate Gregorii XIII. Pontificis Decretum Gratiani a mendis purgarunt & suæ integritati restituerunt, hæc annotarunt ad *d. can. 2. verba: Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem Conciliorum, quæ in Bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ descripta Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgatæ Isidori collectioni, de qua initio dictum est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. placuit hac eadem dist. si modo est idem Isidorus.* Suboluit emendatoribus & revisoribus, non esse eundem Isidorum utriusque Canonis autorem, quanquam eundem statuant tum Baronius *d. l.* tum Antonius Posse-

vi-

vinus *in apparatu*, ille quidem Isidorum Mercatorem, hic vero Isidorum Hispalensem. Neutri nos adstipulamur, sed potius Christophoro Justello, qui in *præfat. ad Cod. Can. Eccles. univers.* prioris canonis autorem facit Isidorum Hispalensem, posterioris vero Isidorum Mercatorem. Eum sequitur Andreas Rivetus *in Critic. sacr. lib. 1. cap. 1.* præsertim ex eo, quod Isidorus posterior mentionem fecerit concilii Toletani XI. anno DCXXV. celebrati, quo tempore prior ille Hispalensis jam defunctus fuerat.

Eorum Autor non est Clemens Romanus, nec autoritate Apostolorum conscripti sunt.

IX. Canonum istorum autorem nonnulli dicunt esse Clementem Romanum, de cujus in Ecclesiam meritis insignia testimonia collegit Patricius Junius *in Clement. Epist. ad Corinth.* quam Oxonii anno MDCXXXIII. edidit. *Canones hos*, inquit Franciscus Longus a Coriolano *in Summ. Concil. autoritate Apostolorum conditos eorumque traditione nobis traditos, Clemens Romanus sancti Petri discipulus græce conscripsit.* Idem statuit Sixtus Senensis *lib. 2. biblioth. sub nomine Clementis.* Sed negat Apostolorum autoritate eos conditos esse, & diserte contrarium defendit Gabriel Albaspinæus Episcopus Aurelianensis *lib. 1. Observ. 13.* ubi, cum de celebritate & jejuniis Sabbathorum tum apud Græcos tum apud Latinos aliqua notasset, occasione data de canonibus Apostolorum hæc facit verba: *Certe si quis esset, qui Canones Apostolorum & D. Clementis constitutiones Apostolorum autoritate sancitas, publicatasque certo affirmaret, imperitus censeretur, nam qui antiquarum consuetudinum gnari, quo quidque tempore aut loco observari desitum sit, aut mutari cœptum, norunt, de iis ne dubitare quidem possunt. Et vero, quæ mox dicam, ita clara sunt, ea ut revinci a nullo possint. Multa sunt in iis adeo clare dilucideque explicata & constituta, ut de eorum sensu dubitari non possit, quæ tamen tertio quartoque seculo summa contentione disputata sunt. Hujusmodi sunt Sabbathorum jejunia, pœnitentium, h. e. adulterorum, sicariorum & idololatrarum, receptio. De baptismo hæreticorum. Si canones isti constitutionesque ab Apostolis probatæ, sancitaque fuissent, quis existimet ea in dubium fuisse revocanda, quæ ab Apostolis decreta sancitaque fuissent. An adeo ignorantes erant illius ætatis patres, ut, si extitissent illi Apo-*

Apostolorum canones, eos continuo non produxissent? Idem argumentum erudite urget circa materiam de baptismo hæreticorum Petrus de Marca *de concord. sacerdot. & imp. lib. 3. cap. 2. n. 5. Nihil*, inquit, *opportunius accidere poterat hac disputatione* (quæ Cyprianum in Africa & Firmilianum in Cappadocia cum Stephano summo Pontifice de baptismo hæreticorum commisit) *ad citandos in testimonium canones apostolicos, si ea tempestate* (circa annum Christi CCLVII.) *compacta fuisset collectio, qua hodie utimur &c.*

Tempus quo sint scripti incertum, quamvis sint vetusti. Videntur etiam successive aucti.

X. Liquidum ergo hinc fit, non pertingere istos Canones ad ætatem Clementis, quippe qui circa finem seculi ~~primi~~ Romanum Episcopatum adiisse, & ineunte seculo secundo diem suum obiisse dicitur. Sed esse tamen eos pervetustos, nemo est, qui negat, & vel ex eo patet, quod antiquissimi scriptores eorum mentionem faciant & ad eos provocent, uti id ad oculum ostendit Petrus de Marca *d. l. n. 2 & 3.* A quo tamen & quando illi conscripti fuerint, plane incertum adhuc est, nisi quod circa tempus conjecturis indulgere plurimi solent. Putat Marca *d. l. n. 5.* controversiam de baptismo hæreticorum inter Stephanum & Cyprianum atque Firmilianum agitatam collectionis huius occasionem præbuisse, &, ut Romanæ Ecclesiæ traditio & autoritas a Stephano prolata, objecto veluti clypeo repelleretur, collectioni isti canonum Apostolicorum nomen inscriptum fuisse. Idque factum autumat, a Christianis Orientalibus. Sed alii adhuc recentiores eos faciunt quibus post Concilium demum Antiochenum natos & conscriptos fuisse persuasum est, ex eo argumento, quod multa inter Canones Antiochenos legantur similia; non autem verosimile sit, Antiochenos patres inde aliqua sumpsisse, atque id dissimulasse, quod majorem inde suis sanctionibus ac decretis autoritatem conciliare potuissent. Ita Guil. Whitakerus *cont. 1. q. 6. c. 12.* Joh. Rainold. *in cens. apocryph. tom. 1. prælect. 44.* Sequitur eos Robertus Parkerus *de polit. Eccles. lib. 2. c. 13.* Dorscheus *ad Concil. Nicen. diatypos. de cœn. sect. 3. §. 5. pag. 99.* Quibus unicum istud obstare videtur, quod Antiocheni patres *can. 9.* ad antiquam a patribus anterioribus regulam constitutam, & *can. 23.* ad regulam Ecclesiasticam provocent, quibus verbis canones apostolicos

34.

34. & 76. denotari existimat Marca *d. l. n. 3.* Non insubidum, quod putat Gabriel Albaspinæus *lib. 1. obs. 13.* canones istos ab initio numero paucos, temporis successu auctos fuisse, addidisseque identidem Græcos alios novos & uno volumine complexos fuisse cum antiquos canones, tum recentes, nulla concilii, temporis, autorumque mentione facta. Et hinc collectionem istam esse velut farraginem plurium canonum diversis temporibus editorum.

XI. Natales igitur horum canonum dum incerti plane sunt, non major de eorum autoritate haberi poterit certitudo, præsertim postquam depravati illi & corrupti fuerunt. Observat enim Jacobus Usserius Archi-Episcopus Armachanus *in annotat. ad Ignatii Epist. cap. 6.* interpolatorem quendam, ut canones isti vere crederentur esse apostolici, in canone XXX. unicum tantum verbum addidisse, ita, ut cum antea legeretur: *A communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus a Petro*, post interpolationem deinceps verba ultima cum additamento hoc expressa fuerint: *sicut Simon Magus a me Petro*, uti etiamnum in editionibus quibusdam corporis juris civilis (quibus canones isti inserti sunt) legi solet. Conf. Sixt. Senens. *in biblioth. sub nom. Clementis.* Similem depravationem ex collatione exemplarium etiam in canone quinquagesimo idem observat Usserius *ibidem.* Retinuerunt tamen isti canones nomen Apostolorum in fronte, sed & hoc depravate, uti notat Gabriel Albaspinæus *d. l. 1. obs. 13.* *Existimo*, inquit, *eos ita appellatos esse ab antiquitate, nam cum eorum aliquot ab Apostolorum successoribus, qui teste Tertulliano de præscriptionibus Apostolici viri nominabantur, facti essent, Apostolicorum primum canones, deinde nonnullorum Latinorum ignorantia, aliquot literarum detractione Apostolorum dicti sunt.* Et apud Græcos quoque res ita processisse videtur.

Imo etiam corrupti. Forte olim Apostolicorum Canones vocati.

XII. De autoritate horum Canonum cum in utramque partem disputasset Cardinalis Bellarminus *lib. de Scriptor. Eccles. sub nomine Clementis*, sic tandem rem conciliat, canones legitimos esse solum quinquaginta priores, reliquos non esse legitimos, quamvis a Græcis recipiantur. Sed Jacobus Usserius Archi Episcopus Armachanus *d. l.* & ipsa illa, quæ a Bellarmino pro autoritate canonum

Incertitudo de eorum autoritate.

ſtabilienda adducuntur argumenta, ſingulatim exagitat, & rationem conciliandi minime accuratam eſſe docet. Sane Gelaſius Papa *in c. ſancta 4. diſt. 15.* cum libros & ab Eccleſia receptos, & apocryphos recenſere conſtituiſſet, de canonibus his ita cenſet: *Liber canonum Apoſtolorum apocryphus.* De toto libro id aſſerit Gelaſius, non tantum de certo canonum aſſutorum numero. Et probandum erat, librum iſtum eo tempore plures quam quinquaginta canones continuiſſe. Præſertim cum Dionyſius Exiguus, qui non ita multo poſt canones iſtos in Latinum ſermonem tranſtulit, non plures in codice ſuo, quam quinquaginta invenerit, addito hoc in præfatione, quam ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum ſcripſit, elogio: *In principio Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de græco tranſtulimus: quibus quia plurimi conſenſum non prabuere facilem, hoc ipſum veſtram noluimus ignorare ſanctitatem: quamvis poſtea quadam conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus adſumpta eſſe videantur.* Sed nec ipſos illos quinquaginta priores Eccleſia Romana ſemper recipit, certe non Baronius, qui de ſexto eorum agens, *apocryphorum*, inquit, *non eſt tanta autoritas, ut, quæ ſunt tam certa, rata atque confirmata, convellant, ad ann. LVIII. n. 23.* Et pauciſſimos, imo vix ſex aut octo in Eccleſia Latina obſervari, teſtes ſunt Michael Medina & Martinus Pereſius apud Robert. Coc. *in cenſur. pag. 7.* Add. Caſaubon. *exercitat. XVI. n. III.*

31 numero. XIII. Tam exigua cum ſit canonum horum inter ipſos Pontificios autoritas, neceſſe non eſt, ut de numero eorum multum ſimus ſolliciti. Numerantur in vulgatis hodie editionibus plerumque LXXXV. Sed jam anteverti dicere, circa initium ſeculi ſexti Dionyſium Exiguum, qui primus eos Latinis videtur communicaſſe, in exemplaribus Græcis non, niſi quinquaginta inveniſſe. Ex quo conficit Jacobus Uſſerius *d. l.* poſt ipſum illud tempus a falſario quodam triginta quinque alios additos fuiſſe, ſecus atque putat Petrus de Marca, qui loco ſæpe citato *num. 7.* conſulto Dionyſium pauciores canones & quinquaginta tantum communicaſſe ſcribit, ut aliquam rationem haberet Concilii Romani, cujus interdictio in triginta quinque omiſſis locum haberet. Cujus tamen interdictionis, nemo eſt,

est; qui hactenus ostendere potuerit aliquod vestigium. Id enim, quod ex Gelasii verbis adducunt, violentum est, & nullum meretur assensum. Circa exitum vero seculi septimi omnes LXXXV. Canones recepti & confirmati fuerunt in Synodo Trullana sive in Trullo habita, quæ alias πενθέκτη sive quinisexta dicitur, ideo, quia bis & diversis temporibus congregata fuerat, sed pro eadem tamen Synodo habebatur. Verba ejus concilii refert Gratianus *c. 5. dist. 16. Placuit huic sanctæ Synodo, ut a modo confirmata & rata sint Canonum Apostolicorum LXXXV. capitula.* Synodi istius autoritatem plane deprimunt Pontificii; sed id eum ob finem fit, ut canones de æqualitate Episcopi Romani & Constantinopolitani, de ministrorum Ecclesiæ cœlibatu, & similes suspectos reddant. Nos ut ejus hic Autoritatem stabiliamus, nulla urget necessitas, cum ex ea nihil quicquam Canonum Apostolicorum autoritati accedat, & incerta adhuc maneat eorum origo, certa vero corruptela. Putat vero etiam Franciscus Longus a Coriolano *in summ. concil.* duos tantum canones, sexagesimum quintum scil. & ultimum excipi & rejici debere, reliquos omnes vel Romanorum Pontificum autoritate, vel aliorum Conciliorum decretis vel quorundam Patrum sententiis confirmatos & approbatos esse, ut hinc jure merito omnes, præter prædictos duos, inter authenticos haberi possent ac deberent. Fruatur enimvero ille sua authentia. Nos ut scriptis suppositiis eam induamus, persuaderi nondum possumus.

XIV. Non melioris notæ sunt CONSTITUTIONES, quæ dicuntur APOSTOLICÆ eidem Clementi Romano tributæ & olim cum canonibus in uno volumine comprehensæ, ita ut constitutionum liber canones integros capite ultimo recensitos contineret. Eas jam diu rejecit Athanasius in Synopsi, nec recipere voluit Synodus Trullana *can. 2.* Ipse Bellarminus *lib. de Scriptor. Eccles. pag. 39.* nullum fere in Ecclesia Latina eas nomen habere dicit. Easdem ut adulterinas impugnant Petrus Halloixius *in not. ad vit. Polycarpi c. 6. & ad vitam Ignatii c. 2.* Dionysius Petavius *lib. 2. de doctr. temp. c. 57.* nec diffitetur Baronius *ad ann. XXXII. n. 18. & ad ann. XLVI. n. 13.* eas apocryphas esse. Et quanquam pro earum fide & au-

Similiter Constitutiones Apostolicæ suppositiæ sunt. incertitudo de earum tempore.

authentia multa congesserit Franciscus Turrianus Jesuita, *non tamen*, inquit Antonius Possevinus *in apparat. verb. Clemens*, apud omnes effecit, aut evicit, constitutiones istas esse Apostolicas & legitimas a Clemente ipso perscriptas. Plurima νοθείας argumenta erudite mundo exposuit Jacobus Usserius *in annotat. ad Ignat. epist. cap. 7. seqq.* Antiquas eas esse nolumus negare, nec tamen de ætate aut prima origine certum quid asserere licet. Hugo Grotius *lib. 1. de jur. bell. & pac. cap. 2. in not. ad §. 9.* videri sibi ait scriptum istum librum finiente seculo secundo. Ad annum vero a Christo nato CCLXXX. natales ejus refert David Blondellus *in apol. de Episc. & presbyt. sect. 3. p. 231.* Ad seculum quintum Dn. Herm. Conring. *in animadv. de purgator. n. 32.* ad sextum Jacobus Usserius *d. l. c. 6.* Sed nec certum forte tempus definiri potest, quia credibile est, ut ait Petrus Halloixius *notat. ad vit. Polycarp. c. 6.* illas non ab uno homine, nec uno tempore, sed a diversis hominibus & variis temporibus fuisse conflatas, quæ eadem etiam Gabrielis Albaspinæi *l. 1. Observ. 13.* est sententia.

De quibusdam novioribus canonum collectionibus & Codicibus.

XV. Post dubia vero hæc & sublestæ fidei initia haud paulo solidiora fundamenta accepit jus Canonicum. Postquam enim non particularia tantum in Oriente Concilia quamplurima, sed illustre etiam & generale CCCXVIII. Patrum in Nicæa urbe habitum, & in unoquoque canones summa cum dexteritate & prudentia conditi fuissent, ne illi aliquando perirent, aut hominum memoria exciderent, novæ collectiones conscribi cœperunt. Ad particularia singula & codices speciales ut longa tractione nunc excurramus præter institutum est. Sufficit hic notare illos, qui maxime illustres extiterunt, quibusque tota tum Orientalis tum Occidentalis Ecclesia usa fuit. In Concilio Chalcedonensi habito anno CCCCLI. recitati sunt quatuor canones concilii Antiocheni ultra centum annos antiquioris, habiti scil. anno CCCCLI. suppresso tamen nomine concilii, & sub longe alio numero, quam illi in ordine istius concilii tenent, ita ut canones Antiocheni quartus & quintus sub numero octogesimæ tertiæ & octogesimæ quartæ regulæ recitentur, decimus sextus vero & decimus septimus numerum nonagesimum quintum & nona-

gesimum sextum conficiant. Ex quo colligunt Cardinalis Baronius, Antonius Augustinus, Jacobus Leschasserius, Christophorus Justellus & alii plures, extitisse jam ante Concilium Chalcedonense certam canonum collectionem, seu corpus regularum ac definitionum, ex certis conciliis, certo etiam & continuato numerorum ordine collectum, illudque pone Scripturam sacram in medio consessus & congregationis patrum conciliis positum fuisse. Sed hic tamen notandum, Codicem illum in Orientali primum Ecclesia invaluisse & lingua Græca conscriptum fuisse, & quidem, ut videtur, post tempora demum concilii Constantinopolitani primi, h. e. post annum Christi CCCLXXXI. Qui enim a Synodis antecedentibus Ancyrana, Neo Cæsariensi, Gangrensi, Antiochena & Laodicena confecti fuerunt canones, non obligabant omnes Ecclesias Orientales, sed illas tantum quarum suffragiis erant decreti, quippe quod vix ex duabus aut tribus Orientis diœcesibus oppido pauci & vix XVI. aut XVIII. Episcopi convenissent. At in Constautinopolitano Concilio quia ex omnibus Orientalibus Ecclesiis Episcopi congregati fuerunt, canones etiam, qui ibi conditi fuerunt, ad omnes pertinuerunt. Nec tamen de retro congregatis conciliis particularibus, & receptione canonum in illis decretorum quicquam definitum tum fuit. Ipsa etiam Constantinopolitani Concilii decreta Ecclesias occidentales nequaquam tum adstringebant, neque ab illis recepta erant. Vid. Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imper. lib. 3. c. 3.*

XVI. Post illud tempus Episcopus quidam, quem Stephanum Ephesinum fuisse, Justelli fide memorat Marca *d. l. num. 4.* Reip. Ecclesiasticæ maxime studiosus, privata industria omnes illos canones, qui ex diversis conciliis nunc extabant, Nicenos scil. Ancyranos, Neo-Cæsarienses, Gangrenses, Antiochenos, Laodicenos & Constantinopolitanos numero centum sexaginta quinque continuata serie in unum corpus collegit. Quod utrum ex decreto concilii alicujus orientalis factum fuerit, non ausim asserere. Id tamen certum est, eam collectionem ita se illico commendasse, ut etiam in concilio Chalcedonensi ad eam provocaretur, & ex ea canones legerentur. Tum vero primum & ab orientali Ecclesia Synodorum

Codex canonum Ecclesiæ universæ.

rum particularium supra recensitarum canones, & ab occidentali non illi tantum, sed etiam Constantinopolitani, recepti & probati fuerunt, atque sic ab universa Ecclesia in collectionem hanc canonum consensum fuit, ut deinceps CODEX CANONUM ECCLESIÆ UNIVERSÆ merito diceretur. Sic enim se habet canon primus concilii Chalcedonensis: *A sanctis Patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatas regulas tenere statuimus.*

Nova editio Canonum ex versione Dionysii Exigui. Hujus additiones & mutationes.

XVII. Postquam ita consensum in concilio Chalcedonensi fuisset, canones Græci occidentalibus communicati latinitate donati sunt, adque id non semel. Additi fuerunt ipsius Concilii Chalcedonensis canones; successu temporis etiam alia, quæ ex usu cujusque Ecclesiæ videri poterant. Ex quo factum, ut in ipsis etiam CLXV. canonibus modo confirmatis per versiones numeri mutarentur alicubi, uti id exemplis demonstrat Jacobus Leschasserius ICtus *in consultat. de controv. inter Paul. V. & Remp. Venetam*, & ex collatione canonum Græcorum, & versionis Dionysii Exigui, tum & Codicis Romani veteris Moguntiæ editi ad oculum patet. Meminit etiam novæ canonum collectionis autoritate Leonis I. Papæ compositæ Stephanus Baluzius *in addit. ad Petr. de Marca d. l. post num 6.* Cum vero versiones illæ confusæ essent & parum accuratæ, operam hanc suscepit Dionysius Abbas Romanus, cognomento Exiguus, natione Scytha, sed moribus Romanus, doctrina & sanctitate maximus, uti eum laudat Bellarminus *de script. Eccles.* & ad cohortationem Laurentii Ecclesiæ Romanæ Presbyteri novam plane adornavit versionem, quam post initium huius seculi edidit Christophorus Justellus. Addidit Dionysius, imo præmisit canones Apostolorum, & subjunxit canones Concilii Sardicensis & quorundam conciliorum Africanorum. Edidit etiam Pontificum Romanorum, Siricii scil. Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Leonis I. Gelasii & Anastasii spacio centum annorum facta decreta, sive Decretales Epistolas, quarum tamen titulos tantum exhibet editio Justelli. Videtur vero mihi ita Dionysius duas juris Canonici partes constituisse, unam qua decreta conciliorum, alteram, qua decretales Epistolæ Romanorum Pontificum continerentur, & hinc exemplum præ-

præbuisse Gregorio IX. Pontifici, ut ipse quoque de collectione decretalium decreto Gratiani addenda cogitaret. Seculo nono, tempore scil. Leonis IV. Pontificis aliæ adhuc accesserunt Pontificum Romanorum decretales, illæque jam cum canonibus supra recensitis unum volumen constituebant. Discere id licet ex ipsis Leonis verbis, quæ refert Gratianus *c. de libellis 2. dist. 20. De libellis*, inquit, *& commentariis aliorum non convenit aliquos judicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, quæ habentur apud nos simul cum canonibus, quibus in omnibus Ecclesiasticis utimur judiciis, id est, Apostolorum, Nicenorum, Ancyritanorum, Neo-Cæsariensium, Gangrensium, Sardicensium, Aphricanensium, Carthaginensium: & cum illis regulæ Præsulum Romanorum, Silvestri* (huius nomen vitio exscriptoris in textum irrepsisse, & propterea expungendum esse, quod ea tempestate Sylvestri canones recepti non fuerint, docet Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imper. l. 3. c. 4. n. 5.*) *Cyrici, Innocentii, Zozimi, Cælestini, Leonis, Hilarii, Gelasii, Ormisdæ, & Gregorii junioris. Isti omnino sunt, & per quos judicant Episcopi, & per quos Episcopi simul & clerici judicantur &c.* Et paulo post *illa*, quæ prædixit, *sanctorum patrum statuta* appellat, *quæ apud nos canonum nomine prætitulantur.* Bonifacii primi & Anastasii secundi, quorum Dionysius mentionem facit, nomina vel auctori, vel librariis exciderunt.

XVIII. Dionysii Exigui versio, de qua diximus, postquam prodiit, quod factum circa annum DXXVII. in occidentalibus Ecclesiis maximo cum applausu recepta est. De Romana Ecclesia M. Aurelii Cassiodori, qui Dionysii σύγχρονος fuit, hæc sunt verba, *cap. 23. divin. lect. Ex Græcis exemplaribus* (Dionysius) *canones Ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus, magna eloquentiæ luce composuit, quod hodie usu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur.* Usus autem est Dionysius exemplari Græco, quod in Constantinopolitani concilii canonibus finiebatur, cuique deinceps seorsim non continuato numero canones Chalcedonenses additi fuerant. Ita enim ipse in *præfat. ad Stephan. Episc. Salonitan. Deinde regulas Nicenæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, sive*

C quæ

quæ ante eam, sive quæ postmodum facta sunt, usque ad synodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, a primo capite usque ad centesimum sexagesimum quintum, sicut habetur, in græca autoritate digessimus. Tum sancti Chalcedonensis concilii decreta subdentes, in his græcorum canonum finem esse declaramus. Ephesini concilii, quod anno CCCCXXXI. habitum fuit, & canonum ibi conditorum nullam plane facit mentionem, & nec de suo quidem addidit, uti addidit canones Sardicenses & Africanos, cum tamen concilium istud & antecesserit Chalcedonense, & unum ex quatuor principalibus fuerit. Inserti vero inveniuntur canones Ephesini codici græco, quem anno MDCX. edidit & Latina versione atque notis illustravit sæpe nobis laudatus Christophorus Justellus. Atque hunc potius, quam illum confirmasse videtur Justinianus Imperator *in Novell. 131.* quæ edita est anno DXLI. si modo de certo codice verba accipienda fuerint. *Sancimus*, inquit, *vicem legum obtinere sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor conciliis expositæ sunt aut firmatæ* (hac voce comprehendi vult Justellus cætera concilia, quæ una cum ipsis quatuor œcumenicis eodem Codice Ecclesiæ universæ comprehenduntur, & quorum canones ab eadem Ecclesia, eadem numerorum serie cum canonibus quatuor conciliorum devinciuntur, ut unum & idem corpus juris constituerent.) *hoc est, in Nicena trecentorum decem & octo, & in Constantinopolitana Sanctorum centum quinquaginta Patrum, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonia, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipimus & regulas sicut leges observamus.* Ephesinæ igitur Synodi canones cum tantæ autoritatis apud Justinianum fuerint, cur decennio ante tanti non fuerint æstimati a Dionysio, ut ab eo codici suo adderentur, causam ego nullam invenio.

Aliae accessiones juris Canonici, Johannis. XIX. Post editos istiusmodi codices nova quotidie juri Canonico accesserunt incrementa. Et jam diximus, tempore Leonis IV. Pontificis circa annum Christi DCCCL. corpus canonum plurimis De-

Decretalibus auctum, easque canonibus conciliorum pari jure exæquatas fuisse, uti loquitur Gratianus *c. 1. dist. 20.* De aliis enim, quæ interea temporis breviarii, epitomes, synagogæ aut compendii nomine privato studio ab Alexio Aristeno, Theodoreto, Cresconio, Ferrando Diacono, Johanne Scholastico, & aliis conscripta fuerunt, cum tantam autoritatem in Ecclesia nunquam habuerint, ut probationes solidæ inde peterentur, necesse non est, ut multa hic addamus. Fecit & horum & aliorum mentionem Antonius Augustinus *in præfat. ad antiq. decretal. collect.* tum & Christophorus Justell. *in præfat. ad Cod. canon. Eccles. univers.* De Johanne tamen Scholastico, Patriarcha Constantinopolitano, quo vivente Justinianus Imp. diem suum obiit, notare operæ erit pretium, primum eum & antiquissimum esse, qui collationem Legum, præsertim Novellarum Justiniani Constitutionum, atque Ecclesiæ canonum instituit. Id genus librorum Nomocanones appellarunt posteriores Scriptores, uti in sequentibus audiemus. Et quanquam ista Johannis collectio, quæ in quinquaginta titulos digesta fuerat, ab initio usum aliquem præbuerit, sua tamen ætate nullo fere loco habitam fuisse testatur Theodoretus Balsamo *in supplem.* quod per Photii Nomocanonem & uberiorem & utiliorem plane obfuscaretur. *Scholastici Nomocanon.*

XX. Omnibus vero illis scriptis, quantacunque cum diligentia fuissent elaborata, quia autoritatem in publico Concilio non acceperant, semper antepositus fuit, de quo dixi, codex Canonum Ecclesiæ universæ, & quidem in Ecclesiis occidentalibus ex versione Dionysii Exigui, quem propterea commendat Cardinalis Baronius *ad ann. CCCXXV. num. 123.* In Hispania tamen circa annum DLXX. nova prodiit collectio, quæ non exiguam in isto Regno habuit autoritatem. Martinus enim Dumiensis monasterii Abbas ac deinde Ecclesiæ Bracarensis Episcopus, qui e Græcia in Hispaniam migraverat, contractis in pauca canonum verbis unum capitulum ex variis locis interpolavit, totamque suam istam collectionem in duas partes divisit, ita ut qui ad clericos pertinerent canones, in prima parte, qui ad Laicos, in secunda comprehenderet, addiditque identidem ex Toletanis conciliis nonnulla, quæ ad utilitatem Ecclesiarum *Martini Dumiensis nova collectio in Hispania.*

Hiſpanicarum conſtituta fuerant. Collectionem ita congeſtam & digeſtam miſit ad concilium Lucenſe, quod tum congregatum fuit in Gallæcia, ubique ut videtur aſſenſum impetravit. Sed ea extra Hiſpaniam forte nullum præbuit uſum, niſi quod illuſtramenti loco quandoque adhibita fuerit.

Objectum iuris Canonici olim arctius, nec tum quicquam decretum de processu judiciario.

XXI. Hic vero etiam illud obſervatione dignum eſt, quod iſtis temporibus, de quibus hactenus diximus, Objectum juris canonici tam diffuſum non fuerit, quam eſt hodie poſt uſurpatam illam Pontificum immenſam potentiam. Legantur tituli decretalium, quos concinnavit Dionyſius Exiguus, & ad oculum patebit, de cauſis tantum aut perſonis Eccleſiaſticis pleraſque omnes eſſe compoſitas, nullam ibi fieri mentionem ſolennitatis aut ordinis judiciarii, litis conteſtatæ, & aliarum ſubtilitatum forenſium, de quibus tum nequicquam ſolliciti erant Epiſcopi. Et quanquam ex conceſſione Imperatorum etiam Laicorum cauſæ ab illis haud raro deciderentur, non aliarum tamen, quam legum civilium tum erat uſus. Præcipue vero ſecundum Novellas Juſtiniani Imp. judicia formabantur Eccleſiaſtica. Ita enim Gregorius Magnus *l. XI. Epiſt. 54.* apud Gratianum *c. d. perſona 11. qu. 1. de perſonæ presbyteri hoc attendendum eſt, ſi quam cauſam habuit, non ab alio teneri, ſed Epiſcopum ipſius adire debuit, ſicut Novellarum conſtitutio manifeſtat*, &c. Idem teſtatur Ivo Carnutenſis *epiſt. 280. Dicunt inſtituta Legum Novellarum, quas commendat & ſervat Romana Eccleſia* &c. Idem etiam Hincmarus Epiſcopus Remenſis *Opuſc. c. 17. Sed & leges Romanæ ab Imperatore Juſtiniano promulgatæ, quas probat Eccleſia, decernunt* &c. Conf. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccleſ. lib. 6. cap. 6. n. 28.* Petr. de Marca *de concord. ſacerd. & imp. l. 4. cap. 20. n. 6. 7.* Quin utplurimum ex æquo & bono abſque ſolennitate proceſſus lites ab Epiſcopis terminabantur. Et quia ex compromiſſo partes judicium iſtud elegerant, & propter ejus integritatem atque ſinceritatem nulla ſuſpicio oboriri poterat, facile in deciſione facta acquieſcebant. Videtur igitur eo tempore tota iſta juris canonici pars, quæ de proceſſu judiciario agit, abfuiſſe. Imo primis temporibus usque ad ætatem Conſtantini Magni etſi ad Epiſcopos eundi mos uſurparetur, ea tamen

vis

vis non fuit judiciorum & decisionum Episcopalium; ut a judicibus executioni tradi oporteret. Sequioribus temporibus, etsi ab Imperatoribus haud paullo maior decisionibus Episcopalibus tribueretur autoritas, nemo tamen Pontificum audientiam Episcopalem mutare & in tribunal convertere, atque speciali jure vallare hactenus audebat.

XXII. Jacta quidem post obitum Gregorii Magni ineunte seculo septimo fuerunt semina immensæ illius & infinitæ potestatis, quæ deinceps Romæ invaluit, & succrevit. Contendebant inter se de primatu Episcopus Constantinopolitanus & Romanus atque eum ex benignitate Phocæ Imperatoris cum obtinuisset Romanus, non continere se amplius poterat, sed ex inordinato plane appetitu universam Ecclesiam Christianam sibi uni subjicere, se solum caput nominare, reliquos Episcopos & Patriarchas omnes infra se deprimere, summam & illimitatam in Ecclesiasticis potestatem sibi vindicare, tum & dominia terrarum, urbium & provinciarum sibi acquirere enixe studebat. Favebat ei rei promovendæ occasio maxime opportuna ex absentia Imperatorum nata, quippe qui Constantinopoli dum degerent, ea, quæ Romæ & in Italia agebantur, parum attendebant, nec attendere satis prompte poterant. Audacior inde factus Pontifex Romanus, populum Romanum, quo vellet atque visum esset, flectebat. Cumque non apud Longobardos tantum, qui Italiam invaserant, sed apud Exarchos etiam, qui Ravennæ Imperatoris partes tuebantur, & ipsos denique Imperatores maximam honoris reverentiam haberet, adaucta hinc ei quotidie est & dignitas & auctoritas, sed & audacia aggrediendi nefandissima quæque & exercendi. Quia tamen Roma Imperatores adhuc usque ad seculi octavi finem dominos agnoscebat, nec proinde obsequium denegare poterat, leges eorum intervertere & novo juri condendo animum adplicare verebantur Pontifices. Quale igitur tum fuerit jus canonicum, & quibus constiterit partibus, usque ad medietatem seculi IX. hactenus deduximus.

Initia potestatis Pontificiae seculo septimo.

XXIII. Seculo hoc nono vixit celeberrimus ille Photius Patriarcha Constantinopolitanus, homo Bellarmini judicio magnæ eru-

Photii Patriarchæ Constanti-

nopolitani Nomo-Canon. ditionis. Sed idem ille Bellarminus, tum & Baronius & plerique omnes Pontificii acerbissimis haud raro ei insultant verbis, quem tamen identidem defendit Richardus Montacutius Episcopus Norvicensis in Anglia. Scripsit ille exemplo Johannis Scholastici, de quo supra diximus, Nomocanonem, sive collationem canonum & Legum civilium. Dum enim leges Imperatorum, qui Ecclesiæ saluti studebant, secundum canones jam ante conditos scribebantur, aliaque insuper addebantur, quæ pro ratione temporis ad regimen Ecclesiasticum necessaria erant, & hinc canones majorem vim a legislatoria potestate accipiebant, non insubidum hoc visum fuit, si, quantum ex canonibus, quantumque ex legibus Ecclesiæ consultum fuerit, per harmoniam quandam exponeretur. *Ad gloriam magni DEI*, inquit Johannes Scholasticus *in præfatione sua* apud Petrum de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib. 2. cap. 11. num. 4. & Servatoris nostri Jesu Christi, quæ nunc collata sunt cum sacris Canonibus sanctorum & beatornm Apostolorum, & qui eorum vestigia secuti sunt per unamquamque synodum sanctorum Patrum, transscripsi e novellis Constitutionibus a Justiniano felicis memoriæ post Codicem sparsim editis. Quæ quidem non solum sequuntur Orthodoxorum nostrorum Patrum Canones, sed etiam ex principis imperio auctoritatem illis largiuntur* (in græco textu dicitur: ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ βασιλικῆς ἰσχύος αὐθεντίαν χαρίζονται, qualia verba hodierni Canonistæ nunquam facient sua, quod impium ipsis videatur asserere, canones aliquam ex legibus civilibus accipere αὐθεντίαν) *una cum adjectionibus quibusdam legitimis & DEO gratis, quæ commodis hominum ad exemplum DEI consulunt &c.*

Hujus inimicus Nicolaus I. Papa, qua occasione & quomodo Romanæ Ecclesiæ potentium au- XXIV. Romanam sedem eo tempore tenuit Nicolaus I. Pontifex, qui, ut ait Rhegino Abbas Prumiensis, doctissimus simul & nobilissimus Germaniæ Chronographus, *Regibus ac Tyrannis imperavit, eisque ac si dominus orbis terrarum autoritate præfuit.* Ille cum vidisset, se apud omnes tantam nominis famam comparasse, quantam vix ullus Paparum anteriorum, Romanæ sedis potentiam adaugere impense studuit. *Hujus temporibus*, inquit Anastasius Bibliothecarius, *tot tantæque diversarum provinciarum cognita luce cla-*

clarius doctrina præclari dogmatis eius, ad sedem Apostolicam con- gere cœpe- sultationes directæ sunt, quantas nunquam penitus quis reminiscitur rit. a priscis temporibus pervenisse. Consilia ista deinceps in decreta mutata sunt, & Gratiano amplissimam præbuerunt materiam concinnandi voluminis. Idem vero Nicolaus, ut Romanam sedem firmaret magis, ejusque potentiam auctiorem redderet, per occasionem oborti inter Ignatium & Photium schismatis, Ecclesiam Constantinopolitanam & Græcos imperio suo subdere conatus est: Ignatium ipsum & Photium Romam evocavit, ut causa cognosceretur, & sedis Romanæ autoritate decideretur. Ad Episcopos Græcoss de epistola sibi a Michaele Imperatore missa sibique parum grata proterve & impudenter scripsit: *Ipsam epistolam in stirpe videntibus cunctis suspensam, vasto supposito foco, ad vituperium Imperialis apicis coram omnibus nationibus, quæ penes memoriam S. Petri multiplices inveniuntur, extremæ perditioni donabimus: quatenus his rite patratis discat pius, quod amet, & crudelis, quod timeat.* De ejus tyrannide quæ ab Italiæ Episcopis ad Ecclesias Orientales missæ fuerint literæ, legi potest ipsius Photii epistola secunda, quæ est Encyclica ad Archi Episcopales thronos per Orientem *pag. 59.* cui addi potest Guntharii Coloniensis ac Theutgaudi Trevirensis Archi Episcoporum ad ipsum Nicolaum invectiva apud Pithæum *in annal. Franc. ad ann. DCCC LXIII.* Talis cum fuerit Nicolaus, mirum non est, Photium injuriis ejus irritatum alieniore fuisse in Ecclesiam Romanam animo. Et forte ipsa hæc, quæ tum mota fuit, controversia Photio ansam dedit accuratius inquirendi in antiquos Ecclesiæ canones, & hinc conscribendi istum, de quo dixi, Nomocanonem.

XXV. Prodierant isto seculo primorum Pontificum, Anacleti, Evaristi, Alexandri, Sixti, Telesphori, Hygini, Pii, Aniceti, Soteris, Eleutheri & aliorum Epistolæ Decretales, quas simul cum Pseudo Constantini donatione atque aliis decretis Ecclesiasticis in unum volumen compingens Isidori ementito nomine farraginem illam venditavit planus post natos homines nequissimus & improbissimus, uti ait Jacobus Usserius *de Christian. Eccles. success. & stat. c. 2.* Quia ve-

Isidori collectio Pseudo decretalium a Nicolao I. commendatur ac defenditur.

vero illæ[1] ex ultima Christiani nominis antiquitate maximum stabiliendæ potentiæ pontificiæ videbantur afferre momentum, non receptæ tantum fuerunt & probatæ a Nicolao, sed aliis etiam, & Gallis inprimis, ut idem facerent, obtrusæ. Cumque exciperent Galli, ideo eas dubiæ esse fidei, quod in codicem Canonum nunquam antehac fuerint relatæ, nec proinde recipiendas esse, prolixe respondet Pontifex apud Gratianum *cap. 2. dist. 19. Si ideo*, inquit, *decretales Epistolas priscorum Pontificum Romanorum non esse admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptæ: ergo nec sancti Gregorii, nec ullius alterius, qui ante ipsum fuit, vel post ipsum est ad aliquod institutum vel rescriptum recipiendum est, eo quod in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinam eorum & sanctiones, quæ ab omni lingua veneratur, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, de codicibus suis abradant. Ut quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptæ. Sed quare multum immoremur, cum nec ipsas divinas scripturas veteris & Novi testamenti jam recipiemus, si istos dixerimus esse audiendos? etenim neutrum horum in codice canonum Ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui ad resistendum potius quam ad obediendum parati sunt, dicentes: quod inter canones inveniatur capitulum sancti Innocentii Papæ, cujus autoritate doceatur, a nobis utrumque testamentum esse recipiendum, quanquam in ipsis paternis canonibus nullum eorum ex toto contineatur insertum. Quibus ad hæc respondendum est, quoniam, si vetus novumque testamentum sunt recipienda, non quod codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quod de his recipiendis sancti Papæ Innocentii prolata videatur esse sententia, restat nimirum, quod decretales epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiendæ, etsi non sunt codici canonum compaginatæ, quoniam inter ipsos Canones unum beati Leonis papæ capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicæ custodiri mandantur* &c. Non poterat tamen id persuaderi Hincmaro ArchiEpiscopo Rhemensi, viro in jure canonico ejus seculi versatissimo & emunctæ naris. Movebatur controversia inter Hincmarum hunc Rhemensem & nepotem ejus Hincmarum Laudunen-

nonsem, quem ille educaverat, in Episcopum ordinaverat, & dehinc, quod in officio deliquisset, justa animadversione corripuerat. Provocat hic ad Hadrianum II. Papam, qui Nicolao successerat, & scripto causam suam agit adversus avunculum, suosque excessus autoritate Epistolarum istarum decretalium, quæ per Gallias jam disseminatæ fuerant, defendit. Sed respondet Rhemensis *in opusc. cap. 24. Si ideo talia, quæ tibi visa sunt de præfatis sententiis & sæpe memoratis epistolis, collegisti, quia forte putasti, neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas præter te habere, & idcirco talia libere te existimasti posse colligere, res mira est; cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut & de libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus Episcopus in huiusmodi, sicut & in capitulis regis, studiosus obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit. De cuius Isidori dictis, sed & de epistola Damasi, quam suæ præfationi supposuit, & collectioni præposuit, quædam possem prolixius ostendere.* &c.

Isidorus Mercator vel Peccator quis, & ejus fraudulentia.

XXVI. Ex his Hincmari verbis & tempus innotescit, quo primum claruere istæ epistolæ, & earum compilator. Dicit, collectas eas esse ab Isidoro. Sed ne Isidoro Hispalensi eas tribuas, facit præfatio decretalibus istis præmissa, in qua mentionem facit autor Synodi sextæ Constantinopolitanæ & Agathonis papæ. At Constantinopolitanum hoc Concilium habitum fuit anno Christi DCLXXX. & Isidorus Hispalensis diem suum obiit anno DCXXXVI. atque ita Isidorus supra annos quadraginta ante istud concilinm inter vivos esse desiit. Quomodo igitur Isidorus Hispalensis potuit mentionem facere Concilii, quod longe post obitum ipsius habitum fuit? Alius igitur, necesse est, ut hic intelligatur Isidorus. Scribit Cardinalis Baronius *in not. ad Martyrolog. ad d. 4. April.* legisse in quodam manuscripto exemplari, hunc Isidorum dictum esse Mercatorem, etsi in impressis exemplaribus non Mercator, sed peccator inscriptus reperiatur, secundum morem nonnullorum antiquorum patrum, qui ex humilitate peccatoris appellationem nomini suo adjunxerint, se vero putare, vitio amanuensium irrepsisse Mercatoris dictionem. *Sed si peccatorem se vocaverit*, inquit Joh. Rainoldus

d *de*

de libr. apocr. prælect. 179. potuit sane meritissime, atque utinam peccator non fuisset; Mercatorem si se vocaverit, fuit ex illo genere, qui nihil se putant proficere posse, nisi splendide mentiantur. In bene constituta Rep. Magistratus curare debet, ne in iis rebus, quæ in commercio sunt, fraus aliqua a venditoribus committatur, neve corruptæ merces pro incorruptis vendantur. Et JCtorum definitio est, eos, qui piperi pulverem, farinæ arenam, vino calcem, butyro sevum miscent, qui summa parte sacci vel calathi poma decumana collocant, in ima putria & acerba, stellionatus crimen committere & gravi animadversione dignos esse, *l. 3. §. 1. ff. de Stellionat.* Jac. Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 382. num. 3.* Tabor. *in racemat. tit. de crim. stell. num. 9.* Anton. Matthæ. *de crimin. tit. de fals. n. 15.* Nemo unquam universo humano generi tam callide & subdole imposuit, quam Mercator hic Isidorus. Rancidas & putidas suas merces, quas ipse confecit, aliis adscribit, & sub eorum nominibus pessimus mango exponit, non animadvertens, crebras a se committi ἀνιστορησίας innumeros παραχρονισμοὺς, & ex æquabili, sed ubique sordida dictione, quam in omnibus istis epistolis adhibuit, manifestam fieri fraudem, dum saltem inveniant Lectorem aliquid auris habentem. Inæstimabilem ea in re præstitit diligentiam David Blondellus in *Pseudo Isidoro*, ubi & Turrianum Jesuitam, acerrimum Isidori Hyperaspisten eleganti examine confutat, & unde Isidori merces desumptæ sint, accurate ostendit.

Prodierant ex Moguntina Ecclesia illæ Epistolæ, nec earum mentio facta ante annum 839.

XXVII. De tempore, quo primum luci expositæ fuerunt istæ Decretales, dicit Hincmarus, eas a Riculpho Episcopo Moguntino ex Hispania primum allatas esse. Riculphus iste vivere desiit anno post Christum natum DCCCXIV; Sed observat David Blondellus *in prolegom. ad Pseudo-Isidor. cap. 5.* inveniri in isto Codice epistolas quasdam, quæ sententias Concilii Parisiensis anno DCCCXXIX. habiti contineant, atque hinc putat Riculpho vel integram pseudoli mercatoris collectionem vel saltem epistolas aliquot, quales nunc habemus, incognitas fuisse, neque Hispanos ei aliquid contulisse, Hincmarum vero, ulteriore veritatis inquisitio-

ne

ne insuper habita, ita credidisse. Non audet tamen Blondellus Riculphum omnino absolvere, ut maxime Benedictum Ecclesiæ Moguntinæ Levitam præcipuum fuisse dicat, qui aut confinxerit Epistolas, aut sub incudem revocaverit, & tandem in unum corpus redegerit. Ipse Benedictus in præfatione farragini suæ præmissa profitetur, inserta a se fuisse plurima, quæ in Moguntiacensis Metropolis Ecclesiæ scrinio a Riculpho ejusdem sedis Metropolitano recondita & demum ab Autcario secundo ejus successore atque consanguineo inventa fuerint. Quicquid vero hujus sit, in confesso est, apud omnes, ex Moguntina Ecclesia primum prodiisse istas epistolas, & quidem ante annum DCCCXXX. nullam earum a quoquam mentionem factam fuisse.

XXVIII. Simulatque vero partus ille adulterinus in lucem editus fuit, aderant illico, qui eum suscipiebant, quique ut pro legitimo agnosceretur, conquisitis rationibus urgebant. Venerat jam seculum istud, quo caput extollebat, & non Ecclesiasticam tantum, sed civilem etiam & secularem potestatem, eamque immensam plane nullisque finibus limitatam & absolutissimam affectabat Pontifex Romanus. Et quia amplificando huic dominatui maxime faciebant Decretales istæ supposititiæ, non fovebat modo eas curia Romana, & Ecclesiæ obtrudebat, sed & plerique omnes, quod oppido pauci essent, qui fraudem animadverterent, atque hi nec hiscere quidem auderent, facile sibi imponi patiebantur. Incessebat pedetentim animos hominum barbaries quædam & veluti stupor, qui omnem accuratiorem latinæ dictionis & antiquitatis tum Ecclesiasticæ tum politicæ cognitionem excludebat. Et ne quidem credebant tum illi, qui eruditi dicebantur, cum severiori doctrina delicato sermoni convenire posse. Si qua occurrebant vel ex antiquis moribus, vel ex prisci ævi memoria, rebusque gestis, ea nunc omittebant fœdissima ignoratione, nunc ad sui seculi rationem detorta fictitiis sensibus corrumpebant. *Mirum est*, inquit Sabellicus *Ennead IX. lib. 1. quanta omnium bonarum artium oblivio per id tempus mortalium animis obrepserit, ut ne in Pontificibus quidem cæterisque principibus quicquam elucesceret, quod vitam juvare pos-*

Potissima causa receptionis quærenda in barbarie illorum temporum, ac nequitia Pontificum.

possit; non salubria instituta, non templorum refectiones, non ulla pietatis exempla, non liberalium artium affectationes, sed stupor & amentia quadam oblivioque morum invaserat hominum animos. Pontifices vero id tantum agebant, ut summos se in universo terrarum orbe, & ἀνυπευθύνες esse omnes intelligerent, etsi delicta commisissent omnium atrocissima. *Vix ullum peccatum cogitari potest,* ait Thomas Stapletonus *relect. controv. 1. q. 5. art. 3. quo Romana sedes turpiter maculata non fuerit, maxime ab anno octingentesimo.* Et Cardinalis Baronius, postquam dixisset, seculo hoc nono in cathedram Petri intrusos esse homines monstruosos, vita turpissimos, moribus perditissimos, usquequaque fœdissimos, sic tandem concludit *ad ann. DCCCCVIII. n. 4. Cæterum cum hujusmodi invasores Sedis Apostolicæ invaluere quid adeo mirandum sit, si inconcessa sacris legibus ab illis tentata fuerint & usurpata? quid minus habet alienorum invasor a grassatore? At ab istis quis justa legitimaque requirat? nam tales sedis Apostolicæ invasores non Apostolicos sed apostaticos esse dicendos, ecclesiastica bene disposita censuit disciplina.* In isto corrupto & depravato rerum statu mirum non est, decretales illas Isidori epistolas maximam probandi vim accepisse, & homines atra caligine suffusos ac veluti infatuatos nullam de earum autoritate curam suscepisse, sed cœca obedientia omnia & singula Romani præsulis postulata acceptasse.

Burchardi Wormatiensis collectio Canonum seculo XI.

XXIX. Duravit iste caligantis Ecclesiæ torpor per annos quamplurimos, & fortassis ante seculum decimum quintum nemo fuit, qui veritatis radios admitteret. Interea vero in augendo jure Canonico strenue fuit laboratum. Seculo enim undecimo circa annum MX. Burchardus Wormaciensis Episcopus novam conscripsit Canonum collectionem, quam ex seculi sui sensu ὑποβολιμαίοις istis primorum pontificum epistolis auxit, additis etiam ex Augustino, Hieronymo, Gregorio & Isidoro nonnullis sententiis. Jam enim apud omnes, & ipsos etiam Gallos, quibus ab initio suspectas fuisse dixi, antiquæ istæ receptæ fuerant Decretales. Quin & ex pœnitentialibus libellis aliqua adjecit Burchardus, quæ libro ejus decimo nono inveniuntur, sequioris scil. Ecclesiæ placita, & do-

ctri-

ctrinæ Apostolorum minus conformia. Ipsi vero purioris & antiquioris Ecclesiæ Canones quam parum observati tum fuerint, ex præfatione Burchardi, ad Brunichonem Wormaciensis Ecclesiæ præpositum conscripta patet, in qua hæc leguntur verba: *Et id quidem vel ea ratione maxime flagitare videbaris, quod canonum jura atque pœnitentium forma in nostra quidem diœcesi adeo confusa sint, atque inter se discrepantia, ut aut ex toto neglecta, aut omni pene auctoritate destituta, vel modice in Ecclesiastica disciplina institutis apparere possint.*

XXX. Sumpserat sibi hactenus Episcopus Romanus ope istarum Epistolarum duo potissimum, quibus ad summitatem in rebus Ecclesiasticis sibi viam paraverat. Primo quod nullam amplius synodum, nec provincialem quidem, sine autoritate sua cogere licebat; & deinde quod nulla synodus provincialis inconsulta Romana sede causas Episcoporum criminales definire poterat. Et hac ratione Episcopi nulli amplius Synodo provinciali aut nationali, sed ipsi Romanæ sedi immediate subjiciebantur. Id quod materiam jurisdictionis in jure Canonico pessime turbavit. Duo tamen adhuc obstare videbantur, quæ summitatem istam labefactabant, quibusque abolendis & removendis omnis posthac vertebatur Pontificum cura. Primum erat, quod Episcopi noviter constituti Regibus suis, non in Germania tantum & Gallia, sed in ipsa etiam Italia sacramentum dicerent; Alterum, quod ab illis etiam investirentur. Consuetudo hæc, quæ inveterata erat, ut tolleretur, omnem movebant lapidem Pontifices. Quid enim poterat sedes Romana, si postulatis ejus ob juramentum Imperatori præstitum vel non parere Episcopis, vel intervenire liceret Imperatoribus? Nec ergo summa adhuc aut absoluta dici poterat potestas, quæ tamen ut Romanæ sedi competeret, ex re videbatur Pontificum. Duo igitur adhuc necessaria erant, ut ad ἀκμὴν perduci posset dominatus Papæ universalis. Primum investituræ illæ prohibendæ, & si impetrari id non posset, extorquendæ erant Principibus. Deinde ipsi etiam principes ita subjugandi erant, ut agnoscerent, omne suum imperi-

Jurisdictio per subjectionem Episcoporum Pontificiæ potestati valde turbata. Obstabat investitura Episcoporum per Imperatores, & juramenta his ab illis præstita.

um & potestatem ab arbitrio dependere pontificis, & ipsius solius esse sceptra dare & adimere.

Ablata Laicis investitura Episcoporum per Gregorium VII. Laus & vituperium hujus facti.

XXXI. Utrumque hoc postulatum strenue executus est ipso hoc seculo undecimo Gregorius VII. Papa, Hildebrandus antehac dictus, homo vaferrimus, audacissimus & turbando orbi Christiano natus, pestis & pernicies & Ecclesiæ & Reip. Primus ille sine consensu Imperatoris, secus ac fieri antea consueverat, Papam se constituit; primus publico decreto omnes investituras laicales proscripsit & prohibuit: primus Imperatorem excommunicavit, & imperio exuit. Quanta vero hinc nata fuerint incendia, quibus totum fere occidentale Imperium conflagravit, ex historia ejus temporis abunde constat. De his tamen ausibus maxime gloriantur Pontificiæ sedis assentatores, & Gregorium immensis extollunt laudibus. Aggressum eum dicit Baronius *ad annum MLXXVII.* constanti animo, invinctoque plane ac sacerdotali robore controversiam, cujus causa sciret omnes se passurum Christianos principes adversarios. Baptista Platina *in ejus vita* eum dicit fuisse Deo gratum, prudentem, justum atque unicum Ecclesiæ Romanæ fortissimum & acerrimum defensorem. Prudentiores vero qui fuerunt, quique Ecclesiæ Christianæ gubernacula, quousque se extendant, accuratius examinarunt, ita de Gregorio verba fecerunt, ut facta hæc ejus minus excusari posse non obscure innuerent. Sic enim *libro quinto annalium* scribit Johannes Aventinus: *Hildebrandus, qui & Gregorius VII. primus imperium Pontificium condidit, quod successores per quadringentos quinquaginta continentes annos, invito mundo, invitis Imperatoribus adeo auxere, ut inferos superos in servitutem redegerint atque sub jugum miserint, atque cuncta fulmine perterritent. Utcunque libet, de cælo ad inferos præcipitant, rursus ex inferis ad astra tollunt. Jam Imperator Romanus nihil amplius, appellatio modo est, sine corpore sine specie.* Et Johannes Trithemius Abbas Spanhemensis *in Chronico Hirsaug. ann. MCVI.* hæc habet verba: *Ipse primus est inter omnes Imperatores per Papam depositus. Scholastici certant & adhuc sub judice lis est, utrum Papa Imperatorem possit deponere. Quam quæstionem, cum ad nos*

nos non pertineat, indiscussam relinquamus. At putabam ego, sufficienter jam eam controversiam ipso hoc Gregorii facto decisam esse, ut adeo videatur mihi Trithemius de Gregorii infallibilitate & hujus facti justitia dubitasse. Pari modo Sigebertus Monachus Gemblacensis, Hildebrandi coætaneus, vir iis temporibus eruditus & judicio pollens, doctrinam istam novitatem & hæresin appellat. Et Leodiensis Ecclesia *novellam traditionem*, & porro, *Hildebrandus* inquit *primus se & exemplo suo alios Pontifices contra Imperatorem accinxit gladio belli, primus levavit lanceam sacerdotalem adversus diadema regni.* Cumque non haberet Episcopus tum temporis Metensis, quo excusare & probare illam Papæ sublimitatem posset, *postulavit* ab ipso Hildebrando *scriptis juvari & præmuniri contra illorum*, ut loquitur, *insaniam, qui garriunt, auctoritatem sanctæ & Apostolicæ sedis non potuisse Regem Henricum excommunicare, nec quenquam a Sacramento fidelitatis ejus absolvere.*

XXXII. Ut vero clarius constet, quanta per hunc Gregorium tam in Ecclesia, quam Republica contigerit mutatio, adscribam verba Onuphrii Panvinii, quæ leguntur *in descript. vit. Greg. VII. Huic uni*, inquit ille, *cum omnes Latinæ Ecclesiæ, tum præcipue Romana acceptum referre debet, quod libera sit & ab Imperatorum manu eruta, quod tot divitiis, opibus & prophana ditione locupletata; quod Regibus, Imperatoribus, Christianis Principibus sit præfecta: a quo postremo, ut omnia verbo uno complectar, maximus iste eximiusque status, in quo Ecclesia Romana est omnium Christianorum domina; cum antea tanquam vilis ancilla non ab Imperatoribus modo, sed a quovis principe Romani Imperatoris præsidiis fulto, premeretur, ab hoc maximæ illius & omni seculo tremendæ venerandæque Romani Pontificis & infinitæ pene potestatis jus manavit. Nam etsi ante Romani Pontifices, tanquam religionis Christianæ capita, Christique Vicarii & Petri successores colerentur; non tamen eorum auctoritas ultra protendebatur, quam in fidei dogmatibus vel asserendis vel tuendis. Cæterum Imperatoribus suberant; ad eorum nutum omnia fiebant: ab eis creabantur: de eis judicare vel quicquam de-*

Et per excommunicationem Imperatoris dominatus Papalis summum fastigium attigit.

decernere non audebat Papa Romanus. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII. armis Nortmannorum fretus, opibus Comitissæ Mathildis mulieris per Italiam potentissimæ confisus, discordiaque Germanorum Principum bello civili laborantium inflammatus, præter majorum morem contempta Imperatoris auctoritate & potestate, cum summum Pontificatum obtinuisset, Cæsarem ipsum (a quo si non electus, saltem confirmatus fuerat) non dico excommunicare, sed etiam regno imperioque privare ausus est. Res ante ea secula inaudita. Nam fabulas quæ de Arcadio, Anastasio & Leone Iconomacho circumferuntur, nihil moror. Unde Ottho Frisingensis horum temporum Scriptor: Lego, inquit, & relego Romanorum Regum & Pontificum gesta, & nusquam invenio aliquem eorum ante hunc Henricum a Romano Pontifice excommunicatum vel regno privatum &c.

Dictatus Gregorii VII. quibus pristinum Jus Canonicum valde mutatum.

XXXIII. Mutato rerum statu, novæ conscribendæ erant Leges statui novo accommodatæ. Propter Ecclesiam enim quia canones constituti sunt, facile intelligere licet pro diversa rerum & temporum cognitione ipsos quoque mutari oportere. Nec igitur ex Gregorii sententia servari poterant aut debebant ulterius de investituris, de principum in Clericos jurisdictione, de ipsius Pontificis Romani constitutione, quæ hactenus prodierant constitutiones aut pacta conventa. Sed ista omnia nunc abolenda, & ab Ecclesia, rerum omnium tam spiritualium & Ecclesiasticarum, quam temporalium nunc domina, leges audiendæ erant, non humilitatem amplius, sed sublimitatem spirantes. Ipse igitur Gregorius *in media quadragesima*, sunt verba ejusdem Onuphrii Panvinii *d. l. Romæ Basilica Lateranensi, quæ Constantiniana appellatur, primo synodum generalem multorum Episcoporum, Abbatum & aliorum Prælatorum congregavit; in qua circa XXX. edidit capitula seu canones, quos* DICTATVS *appellavit: quorum major pars antea parum in usu fuerat, & a nemine prædecessorum suorum unquam attentata: verum ad firmissimum*

Eccle-

Ecclesiæ statum faciendum & ad omnia tentanda, quæ animo agitabat, idonea. Dictatus istos recenset Baronius *ad annum MLXXVI. num.* 31. quo anno eos putat esse editos; sed Onuphrius conjicit in annum MLXXIV. Et quia ex illis primo intuitu patet, quantum tunc juri Canonico vel additum vel detractum fuerit, ordine hic eos adscribam. Sunt autem numero XXVII.

Quod Romana Ecclesia a solo Domino sit fundata.

Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur universalis.

Quod ille solus possit deponere Episcopos vel reconciliare.

Quod Legatus ejus omnibus Episcopis præsit in concilio, etiam inferioris gradus & adversus eos sententiam depositionis possit dare.

Quod absentes Papa possit deponere.

Quod cum excommunicatis ab illo, inter cætera, nec in eadem domo debemus permanere.

Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere, & e contra, divitem Episcopatum dividere, & *inopes unire.*

Quod solus possit uti Imperialibus insigniis.

Quod solius Papæ pedes omnes Principes deos culentur.

Quod illius solius nomen in Ecclesiis recitetur.

Quod unicum est nomen in mundo, Papæ videlicet.

Quod illi liceat Imperatores deponere.

Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.

Quod de omni Ecclesia quocunque voluerit, Clericum valeat ordinare.

Quod ab illo ordinatus alii Ecclesiæ præesse potest, sed non militare; & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.

Quod nulla synodus absque præcepto ejus debet Generalis vocari.

Quod nullum capitulum, nullusque liber Canonicus habeatur absque illius autoritate.

Quod sententia illius a nullo debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit.

Quod a nemine ipse judicari debeat.

Quod nullus audeat condemnare Apostolicam sedem appellantem.

Quod majores causæ cujuscunque Ecclesiæ ad eum referri debeant.

Quod Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura teste, errabit.

Quod Romanus Pontifex si canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur sanctus, testante sancto Ennodio Papiensi Episcopo & multis sanctis Patribus faventibus, sicut in decretis beati Symmachi Papæ continetur.

Quod illius præcepto & licentia subjectis liceat accusare.

Quod absque synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare.

Quod catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ.

Quod a fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.

Hi sunt isti novi Dictatoris vere tyrannici DICTATUS, universo orbi formidabiles. Fastigium jam tum tenebant Pontifices summæ in rebus spiritualibus potentiæ, sed parum hoc ipsis videbatur & fortunam suam deplorare poterant, nisi de capitibus Imperatorum, Regum ac principum omnium tam libere possent statuere, quam poterant de statu & fortunis suorum Clericorum pro lubitu disponere. Etsi igitur dictatuum illorum materia ab anterioribus etiam Pontificibus mente agitata forte fuerit, ante Hildebrandum tamen nemo tam audax fuit, ut aperte eam profiteri & publice proponere intenderet. Vid. Isaac. Casaubon. *exercitat.* 15. *n.* 15.

Jvonis Carnotensis Nomocanon, Decretum, Panomia seculo 12.

XXXIV. His vero sententiis atque decretis jus canonicum in occidentali tantum Ecclesia auctum fuit, quippe quæ sola jugum illud Pontificis Romani subiit. Et hinc merito jus Canonicum JURIS PONTIFICII nomen, quod illi vulgare hodie est, sustinet. Græcæ enim & Orientales Ecclesiæ adigi huc nunquam potuerunt, ut eundem cum occidentalibus statuerent Episcopi Romani primatum. Et quanquam tum Leo Allatius, tum ante eum Petrus Arcudius multa de Ecclesiæ occidentalis atque orientalis perpetua consensione magnifice prædicent; negare tamen nequit ipse Allatius, Græcos semper fuisse detestatos hanc de primatu Papæ doctrinam. Imo vero acutiorum quorundam sententia est, Allatium per integrum opus nihil

hil aliud egisse,quam ut utriusque Ecclesiæ perpetua dissidia illustrius ob oculos poneret, magisque ea conspicua redderet. Talis ergo cum esset status Ecclesiæ Latinæ, non immerito Græci suos retinebant codices canonum, & videtur inprimis apud eos in usu tum fuisse Photii Patriarchæ Nomocanon supra, a nobis laudatus, quem proinde seculo duodecimo circa annum Christi MCXVIII. Johannes Zonaras Monachus Græcus, & circa annum MCXC. Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus commentariis illustrarunt.

Gratiani Concordia discordantium Canonum eodem seculo.

XXXV. Hujus Nomocanonis usus in Oriente excitavit Ivonem Carnotensem in Gallis Episcopum, ut & ipse simile scribendi genus aggrederetur, & cum canonibus leges civiles Romanas, quæ tum quidem parum in usu erant, jungeret. Ei alias duo adscribuntur volumina, alterum quod Decretum dicitur, idque uberius est & prolixius, alterum quod vocat Panormiam, rectius πανομίαν, quod alterius quasi Epitome quædam est. Ultimum hoc negat esse Ivonis Bellarminus *de scriptor. Eccles. sub vocab. Ivonis & sub vocab. Gratiani*, & Ivonem facit Sigeberto anteriorem, ne utriusque consensus sibi objici queat, quod scil. uterque canones istos, qui apud Gratianum inveniuntur *c. 22. & 23. dist. 63.* eodem modo recenseat, ideoque dicit, canones istos a Sigeberto esse confictos, Panomiam autem non esse Ivonis, sed autorem ejus recentiorem esse, Ivoni autem ideo adscribi, quia maximam partem ex decreto Ivonis sit composita: Referri autem in ea multa etiam Innocentii secundi decreta, qui tamen Ivone fuerit posterior. De canonibus illis a Gratiano adductis nolo jam litem movere, quod jam satis eos vindicaverit Dn. Conring. *de German. Imp. Rom. cap. 6. & in exercitat. de constitut. Episcopor. Germ. n. 27.* Id tantum nunc urgeo, nondum probasse Bellarminum, Innocentium II. & Sigebertum Ivone esse posteriores atque recentiores. Dicit Ivonem vixisse ad annum usque millesimum centesimum decimum quartum. Sed neque hoc quidem probat. Certe Antonius Contius JCtus Celeberrimus, dum verba facit de iis, qui ante Gratianum canones Ecclesiasticos collegerunt, dicit, Ivonem utrumque volumen scripsisse circa annum Christi MCXXXVI. At Innocentius II. Papa factus est anno MCXXX. & Sigebertus Gembla-

censis ex ipsius Bellarmini sententia obiit tempore Paschalis secundi circa annum Domini MCXII. Potuerunt ergo ab Ivone & Innocentii II. decreta & Sigeberti historiæ adduci. De utroque hoc Ivonis volumine ita porro Contius: *Secutus est Ivo*, inquit, *Episcopus Carnotensis, qui in certos quidem locos & titulos canones ab Isidoro & Burchardo editos digessit; sed multa tamen similia, multa inter se pugnantia in suum librum transtulit, & librum suum Pannomiam inscripsit. Ceterum duplex ejus volumen hoc titulo insignitum reperi. Unum majus & magnitudine sua longe excedens Gratiani volumen, quod ex Bibliotheca S. Victoris Parisiensis nobis aliquando communicatum est. Huic volumini inscriptum titulum hunc invenimus, DECRETA JOVINIANI. Verum hanc inscriptionem falsam esse puto, & ignorantia librariorum adscriptam, cum eadem illic sit præfatio, quæ apud Ivonem in minore volumine Panomiæ, & idem fere ordo, nisi quod illud volumen multo plures habet partes, & titulos, & canones, in septendecim quippe partes divisum. Aliud vero minus volumen, quod & in eadem Bibliotheca extat, & passim in aliis, cujus etiam manuscriptum exemplar nobis comparavimus (nam & olim in Germania impressum est sed mendosissimum) in septem duntaxat partes est divisum. Inscribitur autem hoc volumen inprædicta Bibliotheca DECRETA PARVA IVONIS.* Hactenus Contius. Non dubito plura ab eodem notata fuisse in præfatione, quam præmittere voluit editioni Juris Canonici, sed quæ injuria maleferiatorum censorum resecta & abolita est, de qua re videri potest Johannes Rainoldus *in colloq. cum Hart. cap.* 8. *sect.* 3.

Gratianus, Lombardus, & Comestor an fratres spurii?

XXXVI. Recensuimus hactenus, quid quantumque in jure Canonico vel concinando vel augendo & explicando ad seculum usque duodecimum a Collectoribus præstitum fuerit. Dubium autem non est, posteriores Scriptores a seculo potissimum nono in occidentali Ecclesia, fictitiis istis Decretalibus sæpenumero seductos & deceptos fuisse, neque hinc verum & genuinum eorum canonum, qui a puriore Ecclesia editi sunt, sensum percipere semper potuisse. Etsi vero omnes sedulam navaverint operam, & communi utilitati inservire contenderint; omnium tamen eorum luminibus, ipso hoc

hoc ſeculo duodecimo, obſtruxit GRATIANUS patria Hetruſcus, Monachus Benedictinus, qui circa annum MCL. cum animadvertiſſet, nunc ſupervacua, nunc etiam contraria in collectionibus hactenus editis ſæpiuſcule inveniri, ipſe, ut ſub nitidiore methodo juris canonici corpus proſtaret & contrarietas omnis tolleretur, novum compilavit volumen, quod CONCORDIAM DISCORDANTIUM CANONUM inſcripſit, ideo ſcil. quod diſſidentes inter ſe canones ipſe interpoſita ſua Epicriſi & reſponſione conciliaverit. Cui inſtituto anſam videtur præbuiſſe Ivo, de quo modo dixi, in præfatione ſua, dum certas aliquas præſcribit regulas, ſecundum quas conciliari poſſunt canones diſcordantes. Eam igitur provinciam ſibi relictam putavit, & pertinaci ſtudio aggreſſus eſt Gratianus. Neque plane inſubida eſt conjectura Bellarmini, quando eum integros XXIV. annos (ab anno ſcil. MCXXVII. quo Trithemius eum ſcripſiſſe ait, ad annum MCLI. quod alii volunt) in opere hoc conficiendo conſumpſiſſe colligit, *lib. de Script. Eccleſ.*

Operis Gratiani defectus ac nævi.

XXXVII. Ferunt vulgo Gratianum hunc, & Petrum Lombardum, qui Magiſter ſententiarum dictus eſt, & Petrum Comeſtorem Hiſtoriæ Scholaſticæ autorem fratres Germanos fuiſſe, eosque tergeminos ſpurios aut adulterinos. Quam quidem ſententiam ex eo falſitatis convincere nititur autor, qui vitam Gratiani conſcripſit, quod diverſis temporibus illi claruerint, Gratianus ſcil. ſub Henrico quarto anno Chriſti MCXX, Petrus vero Lombardus ſub Conrado III. Imp. anno MCXL, & Petrus Comeſtor ſub Friderico I. Imp. anno MCLX. Sed enim, quod citius aut ſerius alter altero inclaruerit, non facit ad probandam natalium integritatem, præſertim cum claritudinis adeptæ differentia ſpatio ſexaginta annorum, quod hominis ætas ſæpenumero ſuperat, circumſcribatur. Magis urget, quod ex patriæ diverſitate argumentum petunt Bellarminus *d. l.* & Cardinalis Baronius *ad ann. MCLXIV. n. 15*, Gratianum ſcil. Hetruſcum fuiſſe ex Cluſio civitate, Petrum Lombardum ex Novaria, Petrum Comeſtorem, Gallum ex Trecis, ſive Trecenſem. Sed & hoc argumentum illud tantum probat, non fuiſſe fratres iſtos tergeminos uno puerperio natos, propterea tamen non ſequitur, non fuiſſe eos ſpurios aut adulterinos, cum utique

diversis temporibus & in pluribus locis adulterium a matre committi potuerit. Ego, cum non constet, unde fabula illa primum exorta fuerit, nec tamen satisfaciant argumenta, quibus ea confutari solet, totum hoc negotium cum pluribus aliis Pontificiis Scriptoribus suo loco relinquo.

Huc refertur etiam usus breviarii Aniani præ Codice Theodosiano,

XXXVIII. Cæterum totum hoc Gratiani volumen ex Conciliorum Canonibus, Pontificum epistolis decretalibus, Patrum & Doctorum Ecclesiæ traditis, & ipsis denique legibus Romanorum Imperatorum civilibus compositum, in quamplurimas partes, quæ distinctionum, causarum & quæstionum nomine veniunt, divisum est. Neque nego, insignem ab eo navatam industriam. Majorem tamen sine dubio gratiam retulisset, si apocryphis & suppositititiis scriptis abstinuisset, nec in gratiam Pontificis verba & sententias autorum corrupisset. Nec enim tanta ipsi potestas concessa fuit, quantum ab Imperatore Justiniani in concinnandis juris civilis Pandectis accepit Tribonianus. Nec, si accepisset, uti ea sine crimine potuisset, cum nec concessa quidem sine crimine fuisset. Leges figi & refigi,corrigi, emendari & suppleri possunt,nec quidquam interest Reip. nosse,quid olim obtinuerit, nisi quatenus ex antiquis legibus casus decidendus fuerit. Sed interest Ecclesiæ, perpetuam cum veteri Ecclesia retinere conformitatem, & hinç nosse, quæ olim publice proposita fuerit doctrina, quæ servata morum disciplina. Neque igitur canones ut leges corrigi possunt, ut nova interpolatione veteris Ecclesiæ statum mentiantur. Quin & alibi sæpe negligentior fuit, & in inscriptionibus textuum nunc nomina commutat, nunc substituit alia, canones ipsos vacanter sæpe accumulat & inaniter, nec attendens seculi sui mores eos adducit alicubi, qui ex veteri disciplina sui temporis statuiEcclesiastico prorsus repugnant. Ut in compendium contraham, quicquid ad eo vel çommissum vel omissum fuit, adscribam verba Antonii Augustini *ex dial. de emendatione Gratiani pag. 5. Sæpe* inquit, *erratum esse video in nominibus hominum, urbium, provinciarum, Conciliorum & aliarum rerum: sæpe falsæ sunt inscriptiones, & quæ sunt conciliorum, Pontificum maximorum esse dicuntur, aut quæ sunt unius Episcopi inferioris, Romano Pontifici aut Concilio generali vel provinciali tribuuntur. Ex hoc genere sunt illa, quæ*

ex

ex concilio Martini Papæ aut Hadriani Papæ sumpta esse veruntur, quæ vel Martino Braccarensi & Græcis conciliis, vel Engelramo Episcopo, vel Hadriano ad Engelramum inscribi debuerunt. Multa Gregorii, Ambrosii, Augustini, vel Hieronymi verba esse dicuntur, quæ aut nusquam extant, aut aliena sunt. Illa quoque ipsa, quæ inscriptiones habent veras, non recte referuntur. Sæpe enim contrarias sententias referri scimus sæpe valde præcisas. Jam vero quæ ex Græcis fontibus manant, ex variis interpretationibus afferuntur, quasi sint aliorum scriptorum, ac sæpe aliud Græce, aliud Latine sonant. Quæ omnia plenius explicat idem Antonius Augustinus per totum librum primum. Hæc vero & alia faciunt, ut passim ab autoribus erroris convincatur Gratianus, etiam illis, qui insigni cum elogio ejus opus commendant. Vid. Didac. Covarruv. *l.* 4. *resol. cap.* 12. 13. 14. Bellarmin. *de script. Eccles. voc. Gratian.* Didacus Spino a Caceres *in spec. testam. gloss. rubr. p.* 12. *n.* 13. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. l.* 6. *c.* 5. *n.* 80. Carol. Molinæ *ad tit. Cod. de summ. Trin.* Paul. Laymann. *theol. moral. lib.* 1. *tr.* 4. *c.* 6. *§.* 3. *n.* 11.

De autoritate operis Gratiani dissensus Dd. varius.

XXXIX. Vitio & illud vertit Gratiano Didacus Covarruvias *lib.* 3. *resolut. cap.* 14. *n.* 4. quod in adducendis legibus Romanis non usus fuerit Codice Theodosiano, qui tamen maxime tum inclaruerat, sed Aniani interpretationibus. Factum tamen id vitio potius seculi dicendum est, quod librarii nonnulli tum temporis solas eas interpretationes exscriberent, & his etiam subscriptiones ipsarum legum seu notas temporis adjicerent. Ex quo deinceps invaluit, ut nomine Codicis legumque Theodosianarum breviarium hoc & interpretationes venirent. Vid. Jacobus Gothofred. *in prolegom. ad Cod. Theodos. cap.* 6. qui & *cap.* 5. ostendit, non ipsum Anianum Breviarii illius autorem esse, sed Recognitorem tantum & subscriptorem ad mandatum scil. Alarici Regis, qui subscriptionem ideo fieri voluit, ne variatio aliqua accideret. Excusari igitur hic Gratiani error utcunque posset, dum in aliis, quæ majoris momenti sunt, & in quibus Ecclesia magis læditur, fidem integriorem servasset. Sed enim ea est totius voluminis conditio, ut nisi unaquæque particula ad principia sua revocetur, & de principiorum quoque autoritate examen ante omnia instituatur, nihil vel asserere vel probare inde liquido liceat.

XL.

Sententia aliorum non magis cohærens ad jus consuetudinarium id referentium.

XL. His tamen nequicquam obstantibus, solus obtinuit Gratianus, ut publice in gymnasiis præ legeretur, & multorum doctissimorum commentariis illustraretur, uti ait Bellarminus *lib. de Script. Eccles.* Qui vitam Gratiani conscripsit, ait, Eugenium tertium hoc opus adprobasse & legendum publicis gymnasiis concessisse. Sed de hoc plerique omnes hodie dubitant Canonistæ; imo factum negant, atque idcirco de autoritate hujus operis sæpe quæstionem movent. Vid. Boëtius Epo *lib. 2. de jur. sacr. num.* 135. Et quidem de eo inprimis disceptatur, utrum vim legis habeant ea, quæ a Gratiano huic operi inserta sunt. Abbas Panormitanus multum eis tribuit *in c. 3. X. de rescript. Sed ego dico,* inquit, *ex quo ille liber communiter & a multis annis circa fuit publice lectus in schola, & ipsius dicta communiter recepta sunt, hoc ie tacite approbata & per omnes recipienda.* Eum sequitur Robertus Maranta *de ord. judicior. part. 3. num.* 34. *Quicquid sit,* inquit, *quia est communiter approbatus a populo, & publice legitur in scholis, sicut alii libri authentici, ex hoc censetur authenticus & facit plenam fidem.* Sequitur etiam Andreas Vallensis *in paratitl. procem. §. 8. n.* 12. & alii plures; sed nemo tamen horum Decreto Gratiani vim legis tribuere audet. Nec enim plus dicit Panormitanus quam recipiendum id esse; nec plus Maranta, quam quod plenam fidem faciat. At hinc non sequitur: Ergo etiam vim legis habet. Confidentior tamen idem Vallensis *d. l.* hæc addit verba: *Cumque Gregorius XIII. summus Pontifex reliquis partibus juris illud annumeraverit, atque adeo recognosci, corrigi ac repurgari & retineri mandaverit, non est, quod in hac parte amplius laboremus.* Videtur hic Vallensis eandem autoritatem Decreto tribuere, quam habent reliquæ partes juris Canonici, ideo quod Papa illud iis annumeraverit. Posita hac ejus thesi, non capio quid sibi velint verba ejus immediate sequentia: *Modo tamen singula, quæ in eo comprehensa sunt, ad suos fontes & origines revocentur, eo quod ratione autorum, e quibus Decreta desumuntur, major vel minor sit eorum autoritas.* Non constat sibi Vallensis, & quod modo dixit, nunc destruit. Si enim autoritatem accepit Decretum Gratiani ex eo, quod reliquis juris partibus a Papa annumeratum fuerit, quid opus erit ulteriori inquisitione, qualem autoritatem habuerint autores, e quorum scriptis decreta desumpta fuerunt.

fuerunt. Videntur mihi Canonistæ vim legis tribuere velle decreto, nisi inessent, quæ Papæ sui autoritatem imminuerent.

XLI. Paulus Laymanus *lib. 1. theol. moral. tract. 4. cap. 6. §. 3. num. 12.* Decretum Gratiani videtur referre ad jus consvetudinarium. Verba ejus hæc sunt: *Dicta vero sanctorum Patrum, ipsiusque Gratiani ac Palea, quæ Ecclesiasticis regulis bonisque moribus non repugnant, licet per se nullam juris autoritatem habeant* (*cum in jure condendo, causisque definiendis non sola scientia, sed magis etiam potestas necessaria sit juxta c. 1. d. 20.*) *nihilominus consuetudo obtinuit, ut in externo foro etiam illa ad causarum divisionem inserviant.* Non negat Laymannus Decretum juris autoritatem habere, accepisse autem eam dicit ex consuetudine. At etiam hoc negat Franciscus Svarez *de legib. lib. 4. cap. 5. n. 7. Consuetudo,* inquit, *quam allegant, non est in eo sensu juxta conceptum communem sapientum introducta.* Cui adstipulatur H. Zoes. *in præfat. comment. ad Decretal. n. 10.* Statuit vero ipse etiam Laymannus, non omnes canones sive capitula decreti Pontificii vel Ecclesiastici juris auctoritatem habere, sed singula ad propriam originem revocari debere. Quo posito, ex consuetudine juris autoritas ei conciliari minime poterit, cum jus ex consuetudine ortum in sua principia resolvi & ex iis examinari plane inconveniens sit, & juri, quod ad decisionem causarum adhibetur, adversum.

Judicium de Barbosæ sententia quatuor classes in Decreto distinguentis.

XLII. Augustinus Barbosa *ad proœm. Decret. num. 6.* quatuor facit species & ordines eorum, quæ in decreto Gratiani habentur. *Primum* dicit esse sanctorum Patrum, quorum testimonio usus fuerit Gratianus. *Secundum* dicit esse autoritatem ipsius Gratiani, qui suam sæpe addidit sententiam. *Tertium* cujusdam Paleæ, & *quartum* autoritatem legum civilium. Didicit Barbosa istos ordines ab Roberto Maranta, *ex part. 3. de ordin. judicior. num. 35. seq.* qui eandem facit distinctionem. Sed uterque meo judicio vel addere debuisset ordinem *quintum,* Patrum scil. in concilio congregatorum, vel primum saltem secare & subdistinguere in duos a se invicem diversos, ita ut alia sit autoritas Patris privatim scribentis, alia Patrum unitorum in concilio & communi suffragio decreta & canones conficien-

In specie I. de Dictis Patrum rationes dissentientium.

f tium.

tium. Ex utrisque enim refertum est Decretum Gratiani, & de utrisque diversimode est respondendum, si scil. seorsim non attenta Gratiani complicatione decidenda res fuerit. Gratiani enim collectio nihil quicquam facit ad autoritatem alicui dicto comparandam. Et hinc in genere ad quæstionem propositam responderi potest, collecta a Gratiano, quatenus ab eo collecta & in unum volumen compacta sunt, nullam vim legis habere. Recte Petrus de Marca *de concord. sacerdot. & imp. lib. 3. cap. 6. n. 2. cum Gratiani collectio privato studio instituta sit quæ refert auctorum testimonia non majori pollent autoritate, quam antea obtinebant.* Sed quia cum Augustino Barbosa agere cœpimus operæ precium erit, de singulis ordinibus ut aliqua hic adjiciamus.

Ut & de canonibus conciliorum & decretis Pontificum.

XLIII. Ad primum ordinem refert Barbosa dicta Patrum, canones Conciliorum, & decreta summorum Pontificum. Dixi, de primis duobus diversimode esse respondendum, cumque etiam decreta Pontificum nunc adjiciantur etiam de his aliter decidenda erit quæstio. De dictis Patrum ait Barbosa, etsi ea ex se vim canonum non habeant ad causas decidendas, ex longa tamen Ecclesiæ consuetudine sit acceptantis & publice legi volumen hoc Decreti permittentis, ea robur statuti Canonici obtinere, dummodo in contrarium aliqua Pontificia dispositio non appareat. Sententia hæc nihil differt ab ea, quam nuper ex Laymanni theologia morali recensuimus, nisi quod haud paulo confidentius asserat, dicta Patrum robur statuti Canonici obtinere. Cumque ad consuetudinem confugiat Barbosa, repetenda hic erunt verba Svarezi, consuetudinem talem plane non admittentis, quæ supra adduximus. Addemus ad meliorem explicationem ex eodem Svarezii *lib. 4. cap. 5. n. 6. & 7.* verba adhuc alia, quæ ita habent: *Dicendum est, sententias seu dicta sanctorum per se & quatenus nituntur autoritate eorum, non habere vim legis. Et ratio est quia lex non est actus doctrinæ tantum sed potestatis. Sancti autem Patres non habebant potestatem hanc, neque etiam hac intentione talia scripta tradebant. Dixi autem per se & quatenus eorum autoritate nituntur, quia interdum ipsi testificantur de præcepto vel à Christo vel ab Apostolis tradito, vel Ecclesiæ traditione introducto, & nunc*

ex

ex illis colligitur præceptum tanquam ex testibus, non tanquam ab autoribus. Unde juxta modum, quo de re aliqua seu obligatione testificantur, & juxta majorem vel minorem consensum Sanctorum inter se, eo majorem vel minorem fidem efficiunt. Addo præterea, sententias Patrum non accipere vim legis, eô quod à Gratiano in suo Decreto insertæ sint, nisi ab aliquo Pontifice fuerint canonizatæ, ut inter Decretales aliquando inveniuntur. Ratio est, quia nec Gratianus habuit potestatem dandi vim legum, neque Pontifex aliquis pro legibus approbavit omnia, quæ in illo decreto continentur. &c. De his igitur Patrum dictis non aliter sententiendum est, quam ipsimet voluerunt, & exemplo suo præiverunt. *Noli meis literis,* inquit Augustinus apud ipsum Gratianum *c. 3. dist. 9. quasi Canonicis scripturis deservire.* Et porro *c. ego solis dist. ead. Alios ita lego, ut, quantalibet sanctitate quantave doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores vel canonicas vel probabiles rationes, quod a vero non abhorret, persuadere potuerunt.* Conf. *can. seqq. ejusd. dist.*

XLIV. De conciliorum canonibus & summorum Pontificum decretis a Gratiano relatis dicit Barbosa, necessariam ea habere observantiam, eo quod ab habentibus potestatem sint condita. Ratio hæc supponit, quod orthodoxa semper negavit Ecclesia. Concilia enim nullam habent ex se potestatem νομοθετικὴν, & Patres in illis congregati judicium tantum habent directivum aut declarativum rerum credendarum aut agendarum, non habent simul potestatem præscribendi per modum Legis. Nisi igitur Principis accesserit autoritas & mandatum, non aliter valebit, quod ita conclusum est, quam pactum aliquod ex conventione resultans. Quin & canones a Principe confirmati non aliter recipiendi sunt, quam sub ista qualitate, si verbo Dei non repugnent, nec sub alia qualitate Princeps eos confirmare debet. Proposito igitur Canone aliquo in Concilio quocunque condito ante omnia dispiciendum erit de autoritate ipsius concilii, tum etiam de conformitate canonis cum Scriptura Sacra. Ultimum hoc ipse observavit Gratianus *c. placuit 36. q. 2.* Postquam enim canonem concilii Aquisgranensis adduxisset, mox

II. De verbis intercalaribus ipsius Gratiani.

ſubjungit : *Hæc auctoritas non præjudicat auctoritati Hieronymi, maxime cum illa teſtimonio divinæ legis nitatur.* Propter autoritatem igitur ſacræ Scripturæ præfert Gratianus ſententiam Doctoris particularis ei conformem integro Concilio. De Epiſtolis vero decretalibus & reſponſis ſummorum Pontificum, quatenus Pontifices ſunt, minus dubium eſt non habere ea vim legis. Præſupponit enim Barboſa dominatum Papæ univerſalem, quem dum ei negamus, facile concident omnia, quæ ex iſto dominatu ortum trahunt. Rectius docet Auguſtinus apud Gratianum *c. quis neſciat diſt. 9. Epiſcoporum literas, quæ poſt confirmatum canonem vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur: & per ſermonem forte ſapientiorem in ea re cujuslibet peritioris & per aliorum Epiſcoporum graviorem auctoritatem, doctiorumque prudentiam & per concilia licere reprehendi, ſi quid in eis forte a veritate deviatum eſt.*

III. De autoritate Palearum. Harum denominatio unde?

XLV. Pergimus cum Barboſa ad ipſius Gratiani verba intercalaria : *Secunda ſpecies*, inquit, *eſt autoritas ipſius Gratiani compilatoris hujus voluminis, quæ a nullo hactenus Pontifice reperitur approbata, nec eſt authentica.* Recte aſſeritur, Gratiani dicta non eſſe authentica, quia ſcil. deſtitutus fuit autoritate publica. Approbationem enim Pontificis, quam deſiderat Barboſa, non majoris facimus, quam alterius cujuscunque Epiſcopi aut Archi-Epiſcopi approbationem. Id tamen miror, qui fiat, quod non eandem autoritatem Barboſa verbis Gratiani tribuat, quam tribuit Patribus Eccleſiæ aliis. Dixit ſupra, dicta Patrum ex longa Eccleſiæ conſuetudine publice legi volumen hoc permittentis, robur ſtatuti Canonici obtinere. Quidni igitur idem robur habeant verba Gratiani, cum & iſta publice legi permittat Eccleſia ? Sed in theſi tamen cum Barboſa convenimus, non eſſe ſcil. authentica dicta Gratiani. Interim vero non rejicimus teſtimonium ejus hiſtoricum, quatenus facit ad cognitionem doctrinæ eo tempore publice in Eccleſia traditæ. Veroſimile enim eſt, Gratianum bene noviſſe, quid ſua ætate in capitibus fidei & diſciplina morum ſtatuerit Eccleſia, & hinc non privatam ſed publicam de rebus religionis retuliſſe ſententiam.

XLVI.

XLVI. De *palea*, cui tertium ordinem inter contenta Decreti assignavit Barbosa, multa adhuc existit dubitatio, quid sibi id vocabulum, quo plurima capitula insignita sunt, velit. Jacobus Cujacius *ad c.* 1. *X. de desponsat. Imp.* hæc notat: *Paleæ nomine quidam significari putant, quod cassum est & irritum, ut cassa palearum dixit Solinus in India. Itaque paleam dici per contemptum canonem nullius fidei vel auctoritatis, ut apud Johannem Cremonensem ad Abbatem Urspergensem Imperator Fridericus, qui Alexandro III. valde infensus erat, post Alexandriam conditam in Liguria de nomine Alexandri III. eam paleam vocat, quasi factam ex cassis palearum, ex stramine. Equidem verius puto, hoc nomen præponi antiquioribus canonibus & decretis, & scribi debere cum diphtongo, palæa, quia & in Basilicis sæpe video παλαιὸν nominari simpliciter antiquum Interpretem &c.* Antonius Contius vero *ad c.* 2. *dist.* 5. in aliam plane discedit sententiam. Ejus verba hæc sunt: *Cur hoc & pleraque capita sic inscribantur, sæpe etiam inter doctos dubitari animadverti. Qui rectius sentire & sapere existimantur, quasi παλαιὸν i. e. antiqua nuncupata volunt. Ego autem paleam inscribi hoc caput existimo, & cætera similia, quia addititia sunt, nec a Gratiano primitus huic libro inserta, sed ab interpretibus, prout cuique commodum videbatur, ad marginem Gratiani adscripta, & plerumque in emendatioribus & antiquioribus exemplaribus prorsus omissa. Cui rei fidem facit antiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando usus sum, in quo pleraque ejusdem paleæ desunt.* Robertus vero Maranta *d. c.* & Antonius Augustinus *in præfat. antiq. collect.* putant, Paleam fuisse discipulum Gratiani, qui ista de suo addiderit capitula. Qui decreto Gratiani sub Gregorio XIII. recognito admonitionem ad lectorem præmisit, ex collatione exemplarium quid observaverit, quidque sibi exinde visum sit, sequentibus exponit verbis: *In tribus, quæ sunt antiquissima & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quamvis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis descripto Paleæ ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In cæteris habentur aut omnes aut pleræque: & partim quidem cum paleæ*

IV. De Legibus Civilibus a Gratiano relatis. Quid accedat decreto per confirmationem Gregorii XIII.

nomine, partim vero ſine ullo a cæteris capitibus diſcrimine. Ex qua obſervatione illud videtur poſſe colligi, has paleas eſſe additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adſcriptas, ac nonnullis fortaſſe ab ipſomet Gratiano (ut fit) inter componendum, aut relegendum, quas deinde librariorum quidam omiſerint, quidam in contextu poſuerint, interdum conjuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo diſcrimine. Sequitur hanc ſententiam etiam Barboſa. Fuerunt tamen adhuc alii, qui ab ipſo Eugenio III. Papa, cum Gratianus ei librum ſuum obtuliſſet, vocabulum iſtud (velut aſteriſcum & notam eorum, quæ minus valitura eſſent adſcriptum ſtatuerunt, uti refert Oſvvald. Hilliger. *in Donell. enucl. 26. cap. 2. lit. A.* Nos in hac contentione, quæ tota in conjecturas reſolvitur, unicuique liberum relinquimus judicium, & de autoritate eorum, quæ inſcriptionem paleæ habent, magis ſumus ſolliciti. Fortaſſe tamen nemo eſt inter pontificios, qui ea pro authenticis habet, & nec fidem quidem facere dicit Barboſa. Robertus Maranta ea comparat gloſſis Innocentii, & utrisque eandem adſcribit vim probandi. Autor admonitionis, cujus verba modo adduxi, hanc addit ἐπίκρισιν: *Falſam vero eſſe illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo conſtat, quod multæ & in Decretalibus & apud vetuſtiores Gratiano collectores habentur.* Non aberrabimus, ſi non multo minorem eis tribuımus autoritatem, quam dedimus verbis ipſius Gratiani; & vel ideo inferiora illa ſunt, quia de autore eorum non ſatis conſtat.

Promotio monarchiæ Papalis per opus Gratiani ſecundum barbariem illorum temporum.

XLVII. Quod quartum ordinem attinet, leges ſcil. civiles a Gratiano adductas, dicit Barboſa, eas vim juris Canonici minime habere, niſi ſint per aliquem canonem probatæ. Sed enim parum refert, utrum lex a canone confirmata ſit, & juris canonici partem faciat, an minus; cum ex ſe vim obligandi habeat, & fortius obliget lex ſine canone, quam canon ſine lege. Non poterat Honorius Papa immunes præſtare clericos a juramento calumniæ, niſi provocaſſet ad confirmationem canonum a Juſtiniano factam, & ſic non tam canonem, quam legem adduxiſſet. *c. 1. X. de juram. calumn. Nam cum Imperator Juſtinianus,* inquit, *decreverit, ut canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum canonibus reperiatur, ut clerici omnino jurare non*

non audeant, dignum est, ut totus clerisalis ordo a juramento calumniæ præstando sit immunis. Edita est ista Honorii Decretalis ipso hoc seculo XII. quo Gratianus suum compilavit volumen. Eo igitur tempore major erat reverentia Legum civilium circa causas & personas Ecclesiasticas, quam esse solet hodie in Papatu; ut maxime Hildebrandina Tyrannis vires jam accepisset, & majora indies caperet incrementa. Hodie vero nefas esse dicunt Pontificii, sicubi potestas secularis circa res Ecclesiasticas legem faciat; & non amplius canonem lege, sed legem canone confirmari volunt, perverso plane ordine & contra consvetudinem veteris Ecclesiæ. Majestati derogant qui Ecclesiæ curam ei adimunt, quique legis latoriam potestatem ad sola restringunt negotia civilia. Sed de hoc alias dicetur commodius. Interim istud monendum est, leges civiles in volumine Gratiani eandem retinere vim obligandi, quam habent extra istud volumen, ut maxime canonis vicem non subeant, & sic majoris autoritatis esse, quam dicta Patrum, aut canones Concilii alicujus illegitimi, aut decreta ipsorum Pontificum Romanorum. Et hæc de contentis in Decreto Gratiani dixisse sufficiat, quæ ideo tam prolixe exponere necesse fuit, quia id hodie in corpore juris Canonici comprehensum est. Jubet enim vero Gregorius XIII. Pontifex post factam revisionem & correctionem, ut, quæ emendata & reposita sunt, omnia quam diligentissime retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur aut imminuatur; Sed negat Henr. Zoesius *in præf. ad Decretales n. 9.* per ista verba significari confirmationem singulorum eo contentorum, & non alio fine id factum ait, quam ut fides sit penes autorem, nec aliam canonum ibi contentorum esse autoritatem, quam fontium, unde manarunt.

Papæ se opposuerunt Waldenses, his vero Fratres Minores & Prædicatores oppositi. Quatuor Apostoli Satanæ

XLVIII. Dubium autem non est, istud Gratiani opus, multum contulisse ad monarchiam papalem stabiliendam. Duraverat in occidentalibus Ecclesiis de primatu Pontificis Romani opinio per integra tria secula; aucta ea erat seculo superiore undecimo funesta illa traditione & doctrina de potestate Papæ temporali, quam utramque seculo hoc XII. fastuose & præsumtuose defendebat sedes Romana. Mundum incesserat & occupaverat barbaries, humaniores literæ exulabant, nec quisquam erat, qui ad præterita & purioris Ecclesiæ respicie-

bat

bat tempora. *Neglecta erant*, inquit alicubi Erasmus Roterodamus, *bonæ literæ, fastidita græcanici sermonis peritia, multoque magis hæbraici, spretum eloquentiæ studium, quin & ipsa lingua latina conspurcata erat subinde nova barbarie, ut jam nihil minus esset quam Latina, nec historiæ, nec Geographiæ, nec antiquitatis ulla cura.* Qui in rebus divinis erudi-ti dici volebant, vel canonibus jam compilatis aliquam impendebant operam, eamque satis exiguam sæpe, aut mediocrem, vel ad Theologiam Scholasticam, quæ hoc ævo maximo cum Ecclesiæ detrimento invaluit, animum adplicabant. Scripturæ sacræ prorsus negligebantur; Theologi vero universas quæstiones Theologicas frivolis argumentis absolvebant, & vanis invalidisque ratiunculis magnum pondus rebus gravissimis detrahentes, edebant in Theologiam commentaria vix digna lucubratione anicularum, uti loquitur Melchior Canus *Locor. lib.* 8. *c.* 1. Episcopi ipsi non DEO amplius munus suum acceptum referebant, sed Pontifici Romano, nec proinde nominibus suis verba olim usitata, SOLA MISERATIONE DIVINA, sed nova prosus hæc APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA, adscribebant. Aventin. *l.* 7. *annal.* In epidemica ista cæcitate, & hominum omnium quodam quasi veterno, difficile non erat Pontifici Romano fimbrias suas explicare, & per Gratianum atque Lombardum, idonea tum potentiæ suæ instrumenta, perspicaciorum hominum animis glaucoma offundere, quo retunderentur & obfuscarentur, si quos ipsis contigisset videre Solis radios.

Doctores Decretistæ: occasio creandi Doctores utriusque juris, & Decretalium multiplicatio.

XLIX. Insurgebat nihilominus seculo hoc XII. Petrus Waldus civis Lugdunensis locuples & multæ existimationis, qui, cum aliquandiu sacræ scripturæ operam navasset, & hinc ipsi suspectus redditus esset Pontificis Romani dominatus, atque doctrina hactenus tradita comprobari ex Scriptura non posset, ipse aliud vitæ genus eligebat, & docendi munus suscipiebat, primum quidem inter domesticos & familiares, mox etiam inter alios, qui eum quacunque occasione conveniebant. Et res eo processerat, ut integræ Ecclesiæ convenirent, quæ dogmata ejus sequebantur, & Romani Pontificis noviter excogitatis dogmatibus prorsus renunciabant. Factum hinc, ut Waldenses, qui ita ab antecessore suo nominabantur, passim invisi & execrabiles fierent

Ponti-

Pontificiis, & persecutionibus intentatis solum vertere cogerentur, si quidem extrema supplicia, quibus subjiciebantur, evitare vellent. Pars igitur in Poloniam, Bohemiam ac Germaniam, pars in Apuliam ac Provinciam transmigravit, pars denique in vicinis convallibus Alpium, Montis Cenisii, Lucernensis, Angruniensis, Perusini, & Sammartinei perfugium habuerunt, quorum adhuc hodie non exiguus in istis convallibus est numerus, a quingentis jam annis suas illic origines repetens. Videantur, quæ de Waldensibus ex variis historicorum monumentis erudite collegit Jacobus Usserius Armachanus, *de Christian. Eccles. succes. & stat. cap.* 8. 9. & 10. Cum vero ita quotidie excresceret Waldensium numerus, Papa Innocentius III. & post eum Honorius III. duos monachorum ordines eis circa initium seculi XIII. opposuerunt, unum fratrum Minorum & alterum Prædicatorum, Francisco Assisiate Umbro, & Dominico Caliguritano Hispano, capitibus. Ex tali Ecclesiæ statu observat Matthias Flacius *catal. test. ver. pag.* 704. & DEUM & Satanam sub idem tempus eadem consilia instaurandi confirmandique suum cœtum & religionem cogitasse. *Nam & Satanas,* inquit, *quatuor quosdam Apostolos velut quatuor suæ impietatis columnas excitavit, qui suum Anti-Christum, ejusque abominationes egregie confirmarunt, stabilieruntque. Christus vero suam religionem Anti-Christi abominationibus mundatam mundo denuo exhibuit ac ostendit. Quatuor illi Satanæ Apostoli fuerunt Gratianus & Lombardus, Franciscus & Dominicus. Porro Christus per Waldum suam veritatem depulsis Anti-Christi tenebris illustravit.*

Novæ collectiones quinque Decretalium. Johannis Semecæ commentarius in Decretum.

L. Gratiani decretum ita compositum & in scholis receptum tantos mox fecit progressus, ut adhuc sub Friderico I. Imperatore Doctores quidam Decretistæ dicerentur, qui in foris Italicis causas agebant. Cumque eodem hoc seculo duodecimo jura etiam Romana Justiniani Cæsaris mandatu consuta, & longis bellorum tempestatibus hactenus oppressa, in lucem revocata & in usum reducta fuissent, cœperunt deinceps eruditi a decretorum legumque peritia commendari, quale exemplum de Bartholdo quodam electo Archi-Episcopo anno MCLXXIX. refert Autor anonymus *histor. Archi-Episc. Bremens.* a Lindenbrogio editus. Idque originem dedit, nisi fallor, consvetudini cre-

andi Doctores in utroque jure. Animadverterant autem ex ista juris civilis & canonici combinatione Pontifices Romani, nondum esse omnibus numeris absolutum jus canonicum, & plurima hinc ex jure Cæsareo peti oportere, præsertim quæ processum in foro & ordinem judiciarium concernerent. Etsi enim illi jam tum ad res seculares potestatem suam extendissent, nondum tamen forum suum ita instruxerant, ut propriis legibus id sustineretur. Sed & in reliquis rebus temporalibus paucissimæ hactenus editæ fuerant constitutiones Pontificiæ, quod vel bella prohibuissent, vel non fuissent, qui decisionem ex sede Papali peterent, imperio scil. ejus civili & seculari nondum satis firmato. Turpe autem nunc erat, Imperatoribus in ordinem, uti putabatur, redactis, eorum legibus uti, & hinc aliquam eorum in judiciis Ecclesiasticis potestatem agnoscere. Ipsi igitur de legibus forensibus post hac cogitare, & ex proprio suo armario supplere istos juris sui defectus incipiebant. Idque inprimis hoc seculo præstabat Alexander III. juris civilis peritissimus, qui id ante Pontificatum Bononiæ professus fuerat. Ejus vestigiis insistebant successores, Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Bonifacius VIII. Clemens V. aliique plures, qui de judiciorum forma deque causis civilibus quatenus illæ non in prima tantum instantia sed etiam per modum appellationis ad forum Ecclesiasticum trahi possent, varias ediderunt constitutiones, sed eas plerasque ad normam juris civilis ut vere dixerit Cujacius *ad c. 15. X. de sent. & re jud.* ex jure civili esse, quicquid præclarum in jure canonico reperiatur, & Antonius Contius *l. 1. disp. jur. civ. cap.* 3. magnam partem juris canonici in decretalibus ex interpretibus juris civilis desumptam esse.

LI. Auctis ita & multiplicatis Decretalibus, novæ consuebantur collectiones, quarum quinque post Gratiani collectionem ad Gregorii IX. tempora numerantur ab Antonio Augustino. *Prima* autorem habet Bernhardum Circam Præpositum Papiensem, Episcopum deinde Faventinum, qui ad Cœlestini III. ætatem epistolas Pontificum collegit. *Secunda*, quæ a Johanne Callensi sive Vallensi confecta est Cœlestini III. constitutiones addidit. Utraque hæc privata autoritate prodiit. *Tertia* solas Innocentii III. constitutiones continet, & ipsius

Alia seculo 13. Decretalium compilatio per Raymundum de Penna forti jussu Gregorii IX. Navi e-

ipſius Innocentii autoritate per Petrum Beneventanum conſcripta eſt, eamque Bernhardus Compoſtellanus cœperat. *In quarta* alia ejuſdem Innocentii reſcripta poſt tertiam collectionem edita, tum inprimis Concilii Lateranenſis conſtitutiones recenſentur. *Quinta* collectio Honorii III. conſtitutiones exhibet a Tancredo Bononienſi Archi-Diacono collectas. Ultima hæc non habetur in antiquis collectionibus ab Antonio Auguſtino editis, ſed eam in Bibliotheca Albienſi repertam publicæ luci primus expoſuit Innocentius Cironius Academiæ Tholoſanæ Cancellarius. Hæ autem collectiones abunde docent, quale Pontificum Romanorum poſt Gratianum ſpacio LXX. annorum fuerit ſtudium. Majorem quidem, quam par erat, potentiam eis tribuerat Gratianus, ſed minorem quam eorum exigebat ambitio; ſibi ipſis igitur, quod deeſſe obſervaverant, adſcribere haud verebantur. Secutæ ſunt ad unamquamque collectionem gloſſæ, interpretationes & commentarii, quorum aliquot memorat a ſe viſos & lectos Antonius Auguſtinus. Sed & ipſum Gratiani Decretum ineunte ſeculo decimo tertio primus commentario illuſtravit Johannes Semeca alias Teutonicus, Præpoſitus Halberſtadienſis. Qui omnes quantum ad juris Canonici uſum, & fori Eccleſiaſtici trituram contulerint quamtumque ſacræ Monarchiæ ſtabiliendæ addiderint, facile & procliviter licet colligere.

juſdem & defectus.

LII. Quinque vero illæ collectiones cum & prolixitate conſtitutionum, & numero quoque ſuo viderentur eſſe minus tractabiles, & pleræque in ſuper privata autoritate conſcriptæ eſſent, Gregorius IX. Pontifex, qui anno MCCXXII. Præſul Romanus creatus eſt, *ſextam*, quæ reliquarum compendium eſſet, adornare animum induxit, ſelegitque in eam rem Raymundum de Penna forti, Capellanum & pœnitentiarium ſuum, natione Cathalanum, patria Barcinonenſem. Quam operam cum ille ſuſcepiſſet, & in unum volumen reliquas omnes redegiſſet, novasque Gregorii conſtitutiones addidiſſet, Pontifex anno MCCXXX. ſua autoritate id confirmavit, & voluit, ut exhinc nulla alia in ſcholis & judiciis valeret compilatio, neque quis aliam ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ autoritate facere præſumeret. Hac enim ratione privata illa compilatorum ſtudia, quæ confuſionem & corru-

Artificia & ſcopus Pontificis in publicatione harum Decretalium.

ptionem decretalium inducere poterant, coërcere voluit. Ut vero de opere hoc exactius conſtet, neceſſe eſt, ut pauciſſimis videamus, quid præſtiterit Pontifex, & ejus miniſter Raymundus. Dicit Gregorius, *diverſas conſtitutiones & decretales epiſtolas prædeceſſorum ſuorum in diverſa diſperſas fuiſſe volumina, earum aliquas propter nimiam ſimilitudinem, & quasdam propter contrarietatem, nonnullas etiam propter ſui prolixitatem confuſionem inducere viſas fuiſſe : aliquas vero vagatas extra volumina ſupradicta tanquam incertas frequenter in judiciis vacillaſſe ; ſe vero illas in unum volumen, reſectis ſuperfluis, providiſſe redigendas &c.* Verba hæc ſine dubio induxerunt Matthæum Paridem, ut ſcriberet *in Henric. III. His quoque temporibus Gregorius IX. videns tædioſam Decretalium prolixitatem ſub quodam compendio eas eleganter abbreviatas & collectas, ſolenniter & authentice per totius mundi latitudinem legi præcepit & publicari.* Sed profecto, quod dicit Pontifex, ſe ſuperflua reſecuiſſe, & in eo perſæpe mallent Interpretes, non reſecuiſſe utilia, nec addidiſſe alia obſcura, nec ad ſui temporis ſenſum depravaſſe. Verba ſæpe tam obſcura eſſe, ut niſi ad antiquas collectiones recurratur, interpretatio eorum vix fieri poſſit, fatentur omnes, qui in explicatione eorum verſantur. Ipſe Panormitanus in jure Pontificio verſatiſſimus, in diverſas ſæpiuſcule rapitur interpretationes, quæ evitari potuiſſent, ſi ad primas collectiones inſtituta fuiſſet collatio. Et certe quanto cum fructu collatio iſtiusmodi, poſt editionem veterum collectionum, inſtituatur, nemo eſt inter eruditos, qui neſciat. *Maximam inde utilitatem afferri poſſe*, inquit, *in præfatione* Antonius Auguſtinus, *facile deprehendi: nam & ipſa illa antiquitatis cognitio, ut in cæteris rebus propius accedit ad ipſarum rerum originem, & ut fontium purior eſt hauſtus, ſine illis ſordibus, quæ in rivulis & lacunis hærere ſolent, ſic in his pleno gurgite atque dilucidiore veterum Scriptorum ſententiis fruimur. Multa ſunt a Raimundo detracta, quæ niſi legantur, vix reliquorum ſententiam deprehendimus. Ex unius ſæpe reſcripti corpore plura veluti membra ſub variis titulis poſita, ſi iterum conjugantur, multo facilius cognoſcuntur. Inſcriptionum hic quoque & nominum certior ſcriptura eſt, & errata noſtrorum librariorum tum in his, tum in aliis pleriſque corrigimus.* Sed

&

& depravatas fuisse capitulorum sententias, *ad cap. 1. X. de judic. & ad c. 4. de for. comp.* & alibi passim ostendit Cujacius. Nec igitur tam elegans dici poterit hoc compendium, uti id laudavit Paris. Quin & ipsum totum in se & ratione contentorum quale sit, optime explicat Franciscus Duarenus, cujus in præfatione *libb. de sacr. Eccles. minister.* hæc sunt verba: *In eo Decretalium volumine multa intueri licet, quæ a prisca illa disciplina, quam Decretorum liber a Gratiano editus continet, multum degenerent. Atque hinc natum est illud apud nostrates tritum ac vulgo jactatum, male cum rebus humanis actum esse, ex quo decretis alæ accesserunt. Est enim hæc rerum humanarum conditio, ut fere in deterius prolabantur. Sic omnia fatis, inquit Poëta, in pejus ruere & retro sublapsa referri. Ejus tamen libri lectio negligenda juris studioso non est, quod multa ad juris non modo pontificii, sed etiam civilis cognitionem utilia contineat. Quo enim tempore conscriptæ sunt istæ Epistolæ, quibus Pontifices Romani de jure consulentibus more veterum Imperatorum respondebant, causæ Ecclesiasticæ antiquam simplicitatem jam amiserant, erantque hujusmodi, ut ad eas dirimendas ac definiendas JCti ac Pragmatici adhiberentur: unde factum est, ut canonum Peritus, nisi idem juris civilis scientia instructus sit, vulgari proverbio inter rudes & imperitos numeretur.*

Accessit eodem seculo Sextus Decretalium Bonifacii IIX. Pontificis avari, ambitiosi, turbulenti.

LIII. Totum opus quinque libris absolvitur, in quibus sæpe inveniuntur Decretales nullius nomen, nisi Pontificis, in fronte & inscriptione exhibentes. Ex quo concludit Cujacius *ad cap. ult. X. de sent. & re jud.* defuisse consultores, ad quos decretales dirigerentur, & Gregorium ultro pleraque de suo inservisse non aditum nec interrogatum, ut suppleret scil. quod ex jure civili alias peti necesse esset, & ut totum jus Imperatorium, si rem attentius reputo, destrueret & aboleret. Et sane si ordinem judiciorum & subtilitates processus consideres, credebantur ea, quæ jure Canonico tradita erant, haud paulo dilucidiora, & præsentibus seculis magis accommodata, quam quæ jure civili continebantur, quippe quibus sæpe obsoleta, & antiquata, atque ex hoc ingnorata immista essent. Movebantur circa pias causas & bona Ecclesiastica, tum & beneficia, frequentes controversiæ, quibus decidendis non sufficere putabantur leges Imperatoriæ. In causis ma-

 trimo-

trimonialibus, præscriptionibus, juramentis & negociis aliis conscientiam hominis stringentibus attendebatur æquitas & religio, qua Ecclesia superare videbatur Imperium. Accedebat dogma Pontificium de potestate Papæ universali, & hinc nata opinio, legibus Pontificiis universum mundum parere debere. Quæ omnia ad hoc proficiebant, ut juri a Gregorio ita constituto in omnibus judiciis liberrimus pateret aditus, & judices ad Pontificem magis respicerent, quam ad Imperatorem. Ex quo porro sequebatur, ut etiam in scholis juri Canonico ardentius, segnius juri civili opera daretur, quod illius major nunc esset utilitas & potior cura.

Ejus litigia cum Philippo Pulchro. Unde iste liber in Gallia non receptus.

LIV. Dum adeo feliciter rem succedere perviderent Pontifices, ipsi quoque alius post alium juri suo augendo strenue insistere, & novis quotidie decretalibus atque legibus fora instruere gestiebant. Prohibuerat Gregorius, ut supra dixi, ne quis aliam decretalium compilationem faceret sine permissu & autoritate sedis Apostolicæ. Ipsos igitur, qui sedem occupabant, de novis compilationibus, cum veteres non sufficerent amplius, cogitare oportebat. Nec enim præterlapsi erant anni post Gregorii editionem integri LXX, cum Bonifacius VIII. qui a Gregorio intra istud temporis spacium decimus quintus erat, anno MCCXCVII. novam ederet ex Innocentii IV. Gregorii X. Nicolai III. & propriis suis constitutionibus contractam syllogen itidem libris quinque constantem, quam, quia Gregorii libris quinque superaddidit, sextum Decretalium librum dici voluit. Erat Pontifex ille supra modum arrogans, avarus, ambitiosus, turbulentus, & ad discordias atque factiones excitandas & alendas maxime promptus. Initio præfationis, quam suæ collectioni præmisit, magnificis verbis universalem sedis Romanæ monarchiam prædicat, & quanta sibi hinc sollicitudo incumbat, gloriose refert: *Sacrosanctæ*, inquit, *Romanæ Ecclesiæ (quam imperscrutabilis divinæ providentiæ altitudo universis dispositione incommutabili prætulit Ecclesiis, & totius Orbis præcipuum obtinere voluit Magistratum) regimini præsidentes, curis sollicitamur continuis, & assidua meditatione urgemur &c.* Alibi jactitat, utrumque gladium temporalem & spiritualem in potestate Pontificis esse & esse de necessitate salutis omni humanæ creaturæ, ut subsit Romano Pontifici,

c.

c. unam sanctam, Extrav. comm. de majorit. & obed. His hypothesibus imbutus, imperatoribus, ut Platina ait *in ipsius vit.* Regibus, principibus, nationibus, populis terrorem potius, quam religionem injicere conabatur.

LV. Intercedebant ei cum Philippo Pulchro Rege Galliæ maxima dissidia, quæ ex eo inprimis oriebantur, quod Philippus obtemperare nollet mandatis papalibus, & libertatem Regni strenue defenderet. Dumque Pontifex nihilominus assereret, Regem in temporalibus Ecclesiæ Romanæ subesse, Pontificem fatuitatis arguebat Philippus. Et hinc igitur in consistorio suo cum Cardinale Portuensi multa de potestate sua in Principes ad Legatos Philippi perorabat Bonifacius, quorum hæc erat summa, Reges & Principes Pontifici Romano in temporalibus subesse ratione peccati, ita ut jus temporalis potestatis sit penes Pontificem, usus autem & executio actus penes Reges. Et eo tendit magnifica illa constitutio, quæ habetur in *d. c. unam sanctam Extrav. comm. de major. & obed.* Liberum enim sibi putavit, quæcunque a Regibus peccarentur, non solum quatenus sunt privati homines, sed etiam in Regni administratione, decretis suis corrigere, & constitutionibus a se latis statum publicum Ecclesiæ & Regni, Concilii in eam rem coacti sententia disponere contumacesque Reges excommunicationibus & tandem ipsa regni privatione plectere. Sed cum nec istam quidem, quæ propter peccatum fieri debeat, subjectionem agnoscere Philippus & hinc excommunicationis fulmen in eum evibraret Pontifex, uti uberius exponit Petrus de Marca *de concord. sacerd. & Imp. lib. 4. cap. 16.* factum est exinde, ut liber hic sextus Decretalium a Bonifacio conscriptus, quod juribus Regni derogaret, & Majestati Regis detraheret, nullum in Gallia inveniret locum. *Eum,* inquit Franciscus Duarenus *in præf. lib. de sacr. Eccles. minist. ideo in Francia receptum non esse accepimus, quod, quæ in eo extant constitutiones, pleræque in odium & æmulationem Philippi Francorum Regis editæ & ad Romanæ aulæ quæstum excogitatæ credantur.*

Laus Regum Galliæ ob contemtas Decretales & spretum Papæ dominatum.

LVI. Fuit enim vero hæc perpetua Regum Galliæ & vere heroica animi constantia, quod cum reliqui Europæ principes omnes superstitiosa quadam religione fasces & sceptra submitterent Pontifici

Clementinarum a Johanne XXII. fa-

Roma-

Eta publicatio anno 1317. Romano, illi soli nec blanditiis allici, nec terriculamentis induci potuerint, ut in gratiam Pontificis fastigio suo cederent, aut libertatem Regni minuerent. Decretales Epistolæ Pontificum alibi veluti oracula divina recipiebantur, tantamque incutiebant animis religionem, ut legibus Imperii præferrentur, & supremam ubique labefactarent majestatem. Ubi vero ad Gallos ventum esset, flaccescebat earum vis & omnis illico exspirabat obligandi virtus. Hac autem ratione ad eum felicitatis apicem adscenderunt potentissimi Reges, ut nemo inter principes Europæ sit quem magis metuat Papa, quam ipsos illos, qui sua decreta tanta animorum firmitate respuerunt. Quo & facit, quod non admittantur hodie in Galliis Legati aut Nuncii Apostolici, nisi sub certis conditionibus, dominatum Papæ universalem prorsus excludentibus, quas enumerat Thuanus *lib.* 3. *Histor.* Sic & superiore seculo, cum in concilio Tridentino de reformandis Principibus nonnulla moverentur, mascule restitit Galliæ Regis Orator Ferrerius, ostenditque, *illa addit amenta de excommunicandis & anathematizandis Principibus esse sine exemplo Ecclesiæ veteris, latamque portam aperire rebellioni; totumque illud caput de reformatione Regum & Principum non alio respicere, quam ad libertatem Ecclesiæ Gallicanæ tollendam & imminuendam Majestatem, autoritatemque Regum Christianorum: Condidisse hos leges Ecclesiasticas ad exemplum Constantini, Justiniani & aliorum Imperatorum: Episcopos Ecclesiam Gallicanam iis legibus administrasse, non solum post tempora Pragmaticæ, aut Concordati, verum quadringentis & amplius annis ante librum Decretalium: atque has Leges a posterioribus Regibus vindicatas & restitutas, post quam successu temporum iis derogatum fuisset, Decretalibus in eorum locum substitutis*, &c. Referente Petro Svav. *in histor. Concil. Trid. lib.* 8. Hæc vero ideo addere libuit, ut constet, quanta Papæ & ejus decretalium habeatur reverentia apud Gallos. Cum quibus conferri potest pium consilium super interdicto Gregorii XIV. superiore seculo ex Tussani Bercheti versione in Germania editum, & inprimis Petri de Marca de concordia sacerdotii & Imperii opus perquam eruditum.

LVII.

LVII. Bonifacio defuncto successit Benedictus XI. & huic mox Clemens V. qui sedem Pontificiam Roma transtulit Avenionem, ubi mansit per annos LXXII. suo exemplo ostendens, cathedram Petri Romæ Urbi non ita alligatam esse, ut transferri inde nequeat. Complexus ille fuerat libris itidem quinque constitutiones suas tum in Concilio Viennensi, tum alias conditas, sed morte præventus integram collectionem autoritate sua munire non potuit; sed id factum demum est a successore Johanne XXII. De hac compilatione ista refert Joh. Aventinus *anal. lib. VII. Septimum juris Pontificii librum, quem Clemens V. decessor ejus composuerat sed quod multa, quæ simplicitati Christianæ, libertati religionis imponerent, ibi continerentur, publicare supersederat, atque animam agens aboleri jusserat, edidit* (Johannes XXII.) *omnia, quæ ibidem scripta erant, rata fore constituit: quæ a Benedicto, qui Johanni successit, rursus antiquata sunt.* Ex quo patet, obtrudi nobis a Pontificibus leges non tantum inutiles & Ecclesiæ saluti adversas, sed etiam ab aliis suis Antecessoribus antiquatas. Id vero miror, qui factum, quod noluerit vel ipse, Clemens vel Johannes volumen hoc librum VII. appellari, cum utique eundem ordinem, quem exhibent Gregorii IX. & Bonifacii VIII. decretales, observaverit, & suas has constitutiones libro sexto superaddiderit. Nisi forte hoc intenderit Editor, Johannes XXII, quod aliquando Clementinis istis proprias suas constitutiones adjicere, & utrasque uno volumine edere speraverit, quod tamen præstare deinceps non potuerit. Hactenus igitur volumen istud, quod circa annum MCCCXVII. prodiit, *Clementinarum* (scil. constitutionum nomen sustinet.)

Clementinarum a Johanne XXII. facta publicatio anno 1317.

LVIII. Secutæ sunt aliæ compilationes quæ, quarum altera constitutiones viginti, dicti Johannis XXII. altera constitutiones alias aliorum Pontificum post conditum Sextum editas continet. Utraque *Extravagantium* titulum gerit; illa *extravagantium Johannis vigesimi secundi*, hæc *extravagantium communium*, quod scil. olim extra corpus juris Canonici incerta quasi sede vagarentur. Neutra videtur edita aut confirmata ab aliquo Pontifice; idque vel exinde patet, quod illi, qui præfationes præmiserunt, Johannes Franciscus de Pavinis & Hieronymus Clarius, rationem doceant inquirendi, utrum Extravagans

Extravagantium privata quidem autoritate publicatarum cur tamen tanta sit autoritas.

gans haberi debeat pro indubitata. Utraque tamen Corpori juris Canonici nunc inserta est, & magnam apud Pontificios, & Canonistas inprimis, facit fidem. De priori vero Guilielmus Occam, qui coætaneus fuit Johanni XXII. ingenue attestatur, a multis eas Extravagantes reprehendi, tanquam hæreticas & omnino falsas. Deinde recitat errores animadversos ab aliis, in illius non modo libris, verum etiam sermonibus; & homines sanos mirari dicit, tantam illis haberi fidem: sed hoc nimirum esse tempus, de quo Paulus ad Timotheum scripsit, fore, ut homines, vera neglecta doctrina, novos quærant magistros, qui serviant ipsorum auribus, & ad fabulas abducant: hunc enim esse præsentis temporis statum, ut plerique omnes, non quæ Christi, quæ fuerit Apostolorum, quæ doctrina Patrum, inquirant, sed quid Pontifex fieri velit atque jubeat, auscultent, apud Joh. Sleidan. *comment. lib.* 2. Cæterum prior compilatio, quæ Johannis XXII. constitutiones continet, facta fuisse videtur circa annum MCCCXL. altera vero post annum demum MCCCCXXCIV. Extravagantes enim nonnullæ, quæ in ea leguntur, autores habent Eugenium IV. Calixtum III. Paulum II. Sixtum IV. qui omnes seculo XV. & ultimus quidem ad annum quem dixi, Romanum tenuerunt Episcopatum.

Æmulatio juris Canonici cum Civili. Augmenta nova. Glossæ & commentarii in illud.

LIX. Hæc est ista structura, qua surrexit primum & in tantam molem excrevit Corpus Juris Canonici sive Pontificii; quæ quidem, cum in æmulationem Imperatorum & ad imitationem juris civilis processerit, partes non dissimiles repræsentat. Sic enim se habet Decretum, ut in Corpore juris civilis digesta: Decretales, ut Codex quoad compilationem Gregorii, Sextus & Clementinæ, ut Novellæ Justiniani, Extravagantes, ut consuetudines Feudales. Et ne quid deesset, jussu Pontificis Pauli IV. etiam Institutiones juris Canonici superiori seculo conscriptæ sunt. De libro septimo Decretalium, quem circa finem seculi superioris compilavit Petrus Matthæi JCtus, non habeo quod dicam, cum nec sciam, utrum a Pontifice confirmatus fuerit. Habetur tamen ille nunc in quibusdam novioribus Juris Canonici editionibus. Quod si vero Pontificum omnium, qui adhuc successuri sunt, constitutiones Corpori isti inserendæ aut addendæ fuerint, excrescet illud tandem in volumen plane intractabile, & ipso adspectu horrendum.

rendum. De glossis, quæ ad unumquemque librum copiose & operose factæ sunt, deque commentariis nihil nunc dicam, nisi hoc, quod Cujacius dixit, nullos Doctores esse ineptiores, quam qui in jus Pontificium scripserunt, *ad cap.* 10. *X. de sent. & re jud.* Excreverunt tamen ejusmodi commentarii in infinitum plane numerum, *ut mirum videri possit,* sunt verba Sleidani ex *lib.* 3. *de quat. summ. imp. esse homines, qvi tantum elaborare velint, ut ea quæ parum apte perperam etiam & minus prudenter atque pie, sed & ridicule dicta sunt, tanquam oraculum aliquod mordicus arripiant, & in iis interpretandis, enucleandis, vestiendis omnem operam & ætatem consumant quasi eo conducti essent, ut alienam stultitiam & errorem vigiliis & labore suo maximo defendant, & in alterius imputentiam, sui pudoris existimationem amittant.*

LX. Quod si jam ex me quæras unde factum sit, ut jus canonicum, quod in prima Ecclesia ad annum octingentesimum, & quod excurrit, unico codice, eoque non valde amplo contentum fuit, in tantam deinceps excreverit molem, ut lacertorum perinde ac ingenii viribus opus sit, ad volumina illa terenda? respondebo verbis Petri de Marca *ex lib.* 3. *de concord. sacerd. & imp.* 6. *n.* 4. ubi differentiam juris veteris & novi enucleate tradit: *Summum caput,* inquit, *in quo jus novum ab antiquo differt, in eo jam constitui, quod suprema potestas, quam in plerisq; causis judicandis Synodi provinciales obtinebant, penitus extincta est, & ad solum summum Pontificem revocata, & ea quæ in canonibus condendis versatur sit adeo imminuta, ut Pontifici soli constitutionum condendarum onus incubuerit, quibus earum rerum formam præscribebat, de quibus apud illum erat disceptandum. Hinc secutus est novus judiciorum Ecclesiasticorum ordo ad cognitiones per rescripta pontificum instituendas in provinciis; Unde tot constitutiones emanarunt de Rescriptis, de judicibus delegatis, de officio judicis ordinarii, de dilationibus, exceptionibus, sententiis & appellationibus & de toto, ut generaliter loquar judiciorum ordine. Hæc omnia olim non adeo exacte & solenniter exercebantur, ut novis Constitutionibus est decretum; quæ magna ex parte in formulis actionum & in tritura fori, anxie & scrupulose versantur. Ex alio deinde capite nova Ecclesiastica Politicæ facies oborta est, scil. ex Beneficiorum ab ordinationibus discretione. Antiquo jure, quod canone Concilii Chalcedonen-*

Rationes variæ cur Jus Canonicum Novum in tantam excreverit molem.

nensis probatum erat, nullus ad Clerum adsciscebatur, quin ad certam Ecclesiam sub Episcopi Presbyteri, Diaconi, & cæterorum ordinum gradu adscriberetur; adeo ut manus impositionem sequeretur adscriptio in Canonem seu laterculum & matriculam Ecclesiæ. Hoc obtinet adhuc in Episcopis; sed in cæteris gradibus ordinationes ἀπολελυμένως & absolute fiunt, & absque titulo Ecclesiæ, contra præscriptum Concilii Chalcedonensis. Constitutum quidem fuit in Concilio Lateranensi, ne Clerici ordinarentur absque titulo, saltem patrimonii, scil. ne in opprobrium Cleri mendicare cogerentur; sed hoc Decreto non est restituta vetus disciplina, quæ clericos per manuum impositionem suis Ecclesiis addicebat. Separatio ista & discretio ordinationis ab Ecclesiæ seu beneficii collatione & pinguissimorum redituum copia, novas in jus Canonicum regulas invexit antiquo juri prorsus incognitas de beneficiis acquirendis, conservandis & amittendis, quæ fere utramque paginam novi juris faciunt. Matrimoniorum impedimenta novis interdictis ad tuendam honestatem publicam introducta, & revocatæ ad solam Ecclesiam earum causarum cognitiones & cognitionum, quæ hac de re habentur, adstrictus forensibus formulis ordo, novam juri Canonico materiam subministrarunt. Ex communicationum infligendarum & pœnitentiarum publicarum, quæ antiquo jure vigebant, temperatus jure novo rigor novis Constitutionibus explicandus erat. Non emittendæ sunt multiplices Monachorum species & religiosarum domum diffusa per Europam multitudo, quæ novis regulis & institutis Pontificum curam ad se traxerunt. Quin & indultæ monasteriis aut Canonicorum capitulis exemptiones ab Episcoporum juridictione & privilegia varia illis concessa, varias causarum figuras a Pontificibus disceptandas præbuerunt. &c.

Seculo 14. & 15. varia cœperunt Juris Canonici decrementa, Marsilii Patavini Defensor Pacis,

LXI. Vidimus hactenus incrementa juris Pontificii, & summum veluti apicem dominatus Papalis. Videamus nunc etiam, qua ratione paulatim imminuta fuerit ejus autoritas. Et quidem quid sentiendum sit de canonibus Apostolicis, primo veluti Juris Canonici fundamento, & quantum eorum autoritati ipsimet derogent Pontificii saniores, jam supra dixi, ut necesse non sit pugnare cum iis, qui nimio antiquitatis amore discernere a genuinis supposititia omittunt, aut nesciunt. Forte tamen ante seculum decimum quintum nemo fuit, qui de canonum illo-

illorum νοθεία quicquam movere, aut suspectos reddere animum induxerit. Ad ista enim tempora continuavit mentium cæcitas & barbaries; quam tamen discutere mox cœperunt de infallibilitate Papæ, ejusque supra concilium autoritate noviter excogitata dogmata, suprema Monarchiæ papalis & infabre subtensa fulcimenta. Hæc simulatque prodita fuerunt, dubitare primum de eis dehinc plane negare, & mox in alia Pontificis Romani πρεσβεία, hactenus usurpata, inquirere cœperunt viri cordati. Etsi enim nunquam defuerint, etiam in occidentali Ecclesia qui affectatum istum Romanæ sedis primatum nullo jure niti animadverterent, continebantur tamen veriores sententiæ tum intra privatos parietes; publice ea de re quid profiteri, præter Waldenses, audebat nemo. Marsilius tamen Patavinus anno MCCCXXIV. adversus usurpatam Romani Pontificis jurisdictionem librum scripsit, quem *Defensorem pacis* nominavit, ubi multa de canonibus suspectis, de decretalium iniquitate, de ipsius Pontificis potentia ex veriore doctrina, magna cum παῤῥησία tradidit. Post initium vero seculi decimi quinti, anno scil. MCCCCXIV. in concilio Constantiensi publice damnata fuit sententia de autoritate Papæ supra concilium; idemque repetitum in concilio Basileensi anno MCCCCXXXI. fremente licet & indignante Pontifice, qui propterea conciliorum istorum autoritatem semper impugnavit.

& Concilia Constantiense & Basileense impugnarunt dogmata de infallibilitate Papæ ejusque supra concilia autoritate.

LXII. Antiquarum Decretalium ab Isidoro impostore collectarum maximam illico fuisse authoritatem, supra exposui. Sed de ea, aut saltem aliquibus Epistolis dubitare primum cœpit modo nominatus Marsilius Patavinus. Seculo vero decimo quinto circa annum MCCCCXXXII. compilationem eam, ut falsam, liberiore stylo perstrinxit Cardinalis Nicolaus de Cusa *lib.* 3. *de concord. cath. c.* 2. *Sunt etiam quædam*, inquit, *alia longa & magna scripta, sanctis Clementi & Anacleto Papæ attributa, in quibus volentes Romanam sedem, plusquam Ecclesiæ expedit & decet, exaltare, se penitus aut quasi fundant. Si quis omnes illas Scripturas illis sanctis attributas diligenter perlegeret, & eorum tempora ad illa scripta applicaret, ac denique in opusculis omnium sanctorum Patrum, qui usque ad Augustinum, Hieronymum, & Ambrosium fuere, ac etiam de gestis conciliorum, ubi authentica scripta allegan-*

Decretales Isidori impostoris falsitatis convictæ per Nicolaum de Cusa, Turrecrematam, Espencæum, Covarruviam, Contium, Baronium, Blondellum.

tur, usum & memoriam haberent, hoc invenerit verum, quia nec in illis omnibus Scripturis de illis præfatis Epistolis mentio habetur, & etiam ipsæ Epistolæ applicatæ ad tempus eorum Sanctorum se ipsas produnt &c. Id quod deinceps exemplis probat. Simile de iis judicium tulerunt sequentibus temporibus Johannes de Turrecremata, Claudius Espencæus, Didacus Covarruvias, Antonius Contius, Cardinalis Baronius, & alii plures, nostro vero seculo ante omnes ingeniosissime David Blondellus *in Pseudoisidoro.* Etsi vero putet Baronius, non indigere Romanam Ecclesiam illis adventiis & recens inventis testimoniis, negari tamen nequit, eorum rejectione multum decere autoritati juris canonici. Ut jam taceam, cedere hoc in perpetuam Romanæ Ecclesiæ ignominiam, quod per tot secula toti orbi imposuerit, & figmentis caussam suam sustinere conata fuerit.

Totum jus Canonicum rejiciendum docuit seculo 16. Lutherus & Georgius Wicelius & ante Lutherum Keisersbergius.

LXIII. Tandem vero seculo decimo sexto, postquam Lutherus in densissimis adhuc tenebris facem prætulisset mortalibus, & Papatus mysteria manifestasset, ipsa quoque juris Canonici autoritas prorsus extincta est. Vix enim finem acceperat Concilium Lateranense, in quo per integros quinque annos stabilendæ & adversus insultus quosvis muniendæ potentiæ suæ laboraverant Julius II. & Leo X. Pontifices, cum Christi pene aboliti negocium summo cum Orbis applausu agere, & omnimodam Ecclesiæ tum in fide, tum in moribus reformationem urgere inciperet Lutherus. Videbat autem sibi obstare placita juris canonici, & tot sanctissimorum, si diis placet, Pontificum constitutiones, quas omnes uno spiritu difflare admodum difficile videbatur. Aggressus igitur est examen, & quæ ejus juris esset origo, quodque fundamentum, quæ ejus causa efficiens, quis finis, sollicite investigavit iisque omnibus probe perspectis nullam ejus rationem esse habendam, sed totum & integrum abolendum esse, magistraliter definivit. Eandem sententiam tenuit Georgius Wicelius, Vir, Sixti Senensis judicio, variæ eruditionis, Hebraicæ, Græcæ ac Latinæ linguæ peritissimus, ingenio excellens, & sermone disertus, in libro quem *Viam Regiam* inscripsit, his verbis: *Quot vero horum statutorum* (iniquitatis scil.) *millia in libris recentioribus extant? cujusmodi Ecclesia Christi non solum reprobat, verum etiam ferre amplius neque potest, neque debet: siquidem condita sunt præter*

ter legem DEI, præter legem naturæ, contra ædificationem domus Domini, imo ad hujus destructionem, contra charitatem proximi, contra consvetudinem veteris veraque Ecclesiæ, contra exempla priscorum, ac sanctorum patrum; adhæc ex malo fundamento ambitionis & avaritiæ, ut hæ duæ pestes nativæ radices sint omnium totius curiæ malorum. Quæ statuta constitutaque quando Ecclesiæ & Reip. obsunt, improbis tantum ad quæstum ac ambitum temporarium prosunt, & cum voluntate DEI pugnant, saluberrimum fuerit, si Pontifex Max. irrita faciat, & his morbis Ecclesiæ corpus liberet. Cujus generis est magna pars Decretalium & Clementinarum, quibus Ecclesia carere potest adeo, ut his oneribus levari jam pridem cupiat. Aboleantur libri turpiter paarsitici atque gnathonici omnes &c. Non obscure, adhuc ante Lutheri reformationem, immensam juris Canonici molem reprehendit Johannes Geiler Keisersbergius apud Argentinenses Concionator, cujus *serm.* 3. *de orat.* hæc sunt verba: *Nota dissipaverunt Dei, per leges humanas: sic Dominus Judæis improperavit: irritum fecistis &c. & per leges positivas, canonicas & Imperiales, per statuta municipalia, provincialia, synodalia & cujuslibet particularis Ecclesiæ, quod suo tempore lamentatus est beatus Augustinus ad inquisitiones Januarii. Quod si idem nunc viveret & videret Decretum, Decretales, Sextum, Clementinas & tot Lecturas &c. DEUS meus, quid diceret? taceo de legibus iniquis. Plane obruitur lex divina per tot humanas, ne discatur & cognoscatur.* &c.

Idem Lutherus Wittenbergæ Jus Canonicum publice combussit.

LXIV. Lutherus, cognita jam & perspecta juris Pontificii integritate & fide, audacior factus nullam amplius vel decretalem verebatur Pontificis Epistolam, vel excommunicationis severissimam interminationem. Cumque ejus scripta ex mandato Pontificis a Coloniensibus & Lovaniensibus combusta fuissent, ipse mox par pari referre intendit, animique sensa literis ad Spalatinum his verbis expressit: *Damnent, exurantque meæ, ego vicissim, nisi ignem habere nequeam, damnabo publiceq; concremabo jus Pontificium totum, Lernam illam hæresium.* Convocata deinde hic Wittebergæ affixis schedulis omni scholastica juventute & magna doctorum hominum comitante caterva, extra Orientalem Urbis portam, quam Elystræ vocamus, prope ptochodochium urbicum in aperto campo a dextris versus Albim, extructo rogo & suc-

censo a Magistro quodam primicerio, totum jus Pontificium & una bullam Leonis X. nec non Libros Eccii & Emserii die X. Decembris Anno MDXX. publice combussit, Decretales sua manu in ignem conjectas his verbis affatus: *Quia tu, impie liber, conturbasti sanctum Domini, ideo te conturbet ignis æternus. Sicut fecerunt mihi, sic feci eis, inquit Samson*, adjiciens præterea: *Videant incendiarii Papistæ, non esse magnarum virium, libros exurere, quos confutare non possunt.* Hoc peracto, eximio tum Doctorum, tum Magistrorum, tum Scholarium comitatu stipatus in Urbem rediit, & postridie ejus diei Auditores e publica cathedra se vere monuit, ut a Papisticis statutis sibi caveant. Edito deinde scripto facti sui rationem & causas exposuit, quas in compendium contraxit Sleidanus *lib. 2. comm. in fin.* Et hac ratione apud Wittebergenses exequiæ factæ sunt juri Canonico; idque ab eo tempore prorsus exanime & tam enerve fuit, ut, si qui ex ejus cadavere resuscitati fuerint cineres, mera reputentur μορμολύκειν & inania terriculamenta.

Ægre ferentibus id factum JCti Gœdenio & Schurffio, contra idem defendente Ulrico ab Hutten.

LXV. Istud vero Lutheri factum nec Wittebergæ quidem tum temporis ab omnibus æquo animo acceptum fuit, quod tam altas jam in animis hominum constitutiones Pontificiæ fixissent radices, ut loco suo moveri difficulter possent. Præcipue vero offensi erant Jurisconsulti, Henningus a Gœden Ecclesiæ Collegiatæ omnium Sanctorum Præpositus, & Hieronymus Schurffius, mussitantes, suam hic rem agi, suasque professiones exagitari, posse Lutherum ea, quæ sacris Scripturis adversa sunt, eliminare, sed non posse nec debere ea, quæ ad processum faciunt judiciarium, quibusq; maxima pars decretalium repleta est, destruere: processum istum ex decretalibus addisci, eoque universa hactenus usa fuisse tribunalia: ad se spectare de processu isto judicium ferre, non ad Theologum: nascituram immensam confusionem, si causas hactenus agitatas novo nunc processu peragere oporteat; in jure Canonico multa esse utilia alia, quæ ad inutilium numerum referre, & cum iis abolere iniquum fuerit, & quæ tum regerebantur alia. Lutherus tamen in opinione persistebat, nec destituebatur Defensoribus, e quibus Ulricus ad Hutten Eques Francus eam ipsam a Luthero combustam bullam non tantum notis perstrinxit, iisque admodum aculeatis sed etiam ad Leonem X. aperte contestatus est, pontificales constitutiones

tiones nummis recte comparari, tantoque deteriorem esse unamquamque, quanto esset recentior, quemadmodum & nummi recentiores de bonitate semper aliquid remittant.

LXVI. Plerique vero omnes JCti, & ex Theologis etiam nonnulli utilitatem aliquam ex jure Canonico sibi pollicentur, & hinc in Scholis doceri debere, neque inutiliter in foro adhiberi contendunt. Quibus ego quidem protervè contradicere non ausim; ausim tamen hoc asserere, utilitatem istam vix tantam esse, ut tam prolixum & tædiosum studium, quod ei impendi solet, mereatur. Ut enim a decreto Gratiani incipiam, supra dixi, corruptos sæpe fuisse a Gratiano canones & dicta Patrum, nec aliam mereri fidem, quam fontes ipsos, ex quibus Gratianus verba hausit. Quamdiu igitur fontes ipsos, unde singula hausta sunt, non licet aut libet adire, tamdiu cogimur de Scriptorum intentione & genuina sententia dubitare. Si hoc, quid opus est, ad Gratianum recurrere, & sub formidine oppositi, ejus fidem sequi? Stultum esse oportet, qui omisso fonte puriore ex sordidis rivulis & lacunis aquam bibit fœtidam & inquinatam. Ut jam taceam, majore mihi apparatu opus esse ad dignoscenda scripta, quibus utitur Gratianus, ne, quod fieri sæpe solet, pro genuino supposititium obtrudatur, & incauto hinc fucus fiat. Quo artificio jam inde a primis dominatus pontificii principiis sæpe usa est Ecclesia Romana. Non videtur igitur Decretum Gratiani aliam habere utilitatem[i], quam habere solent loci communes, adversaria, aut collectanea a quocunque privato conscripta; quæ quidem tanto minoris æstimanda erunt, quanto negligentior fuerit eorum consarcinator in selectione autorum. Atqui tales locos communes unusquisque sibi propria industria & majore artificio aut saltem majore fide comparare potest.

Non est tanta utilitas, Juris Canonici, quantam sibi pollicentur JCti. & Theologi.

Decretum Gratiani pluribus laborat defectibus.

LXVII. In Decretalibus vero quæ contineatur Lerna malorum, supra abunde dictum est. Quæ usum aliquem præbere possunt, illæ inprimis sunt, quæ circa juramenta, causas matrimoniales & processum judiciarium conceptæ inveniuntur. Sed profecto etiam inter illas oppido paucæ sunt, quæ justam & piam continent,

Decretalium pleræque corruptelis & impietatibus infectæ. processuali-

i

lia melius petuntur ex ordinationibus provincialibus.

tinent sententiam; reliquæ corruptelis & impietatibus ita infectæ sunt, ut satius sit, totum istud opus negligere, & aliunde addiscere, quod Ecclesiæ & Reip. fuerit salutare. In processualibus & judiciorum solennitatibus, quarum tamen scrupulosa observatio foro Ecclesiastico parum videtur convenire, si quid a Pontificibus constitutum est, id omne aut maximam partem ex glossis juris Cæsarei desumptum fuit. Fuerunt enim autores Decretalium in jure civili versatissimi, qui cum viderent, multa in foro suppleri ex glossis, nec ullam circa istiusmodi talia hactenus existere legem scriptam, sibi ea vindicarunt, & argumenta legum Ecclesiasticarum esse voluerunt. Quod si neges, Pontifici talem potestatem competere, merum invenies sceleton, ex glossis compositum, & in sua principia resolutum. Prævalent igitur in plerisque Germaniæ provinciis speciales circa processum a principibus promulgatæ ordinationes, quæ tam perfectæ & absolutæ hodie, in Saxonia inprimis nostra, inveniuntur, ut ex Decretalibus istum nunc addiscere nulla amplius cogat necessitas. Atque adeo totum jus canonicum, quale in se est, rectius aboleri, quam conservari statuo; quemadmodum & in Anglia, publica cautum est lege, ne quis amplius Juris Canonici Doctor creetur. Vid. omnino Robertus Parkerus *de Polit. Eccles. lib. 2. c. 32. & 33.*

Usus septuplex Doctorum juris utriusque & Professionum Juris Canonici.

LXVIII. At quid ergo, inquis, in utroque jure Doctoris titulum suscepisti, & ad quid Decretalium professionem publicam nunc sustines? Dicam. *Primum*, nemo negat, multum tribuendum esse consuetudini receptæ. At vero jam olim ita invaluit, & longa consuetudine receptum est, etiam post reformationem a Luthero institutam, & etiamnum ita obtinet, ut ad summum Doctoris gradum utriusque juris peritia requiratur & concurrat. Atque id mihi mutare non licuit, nisi ineptus videri, aut ignorantiam prodere, & ex hoc suspectum me reddere voluissem. *Deinde*, nolui ego quovis Doctore juris a Pontificiis creato inferior esse, cum quo si concurrendum esset; turpe arbitratus sum, si ideo loco cederem, quod ille juris Canonici Doctorem se diceret, fortasse nec lecti integre, nec intellecti. Notum enim est, præferri apud Pon-

Pontificios Doctores juris Canonici, quos seorsim creare sæpiuscule solent, Doctoribus juris civilis non alia ex causa, quam quod Papa superiorem se faciat Imperatore. Id vero cum ad notas pertineat Tyrannidis Ecclesiasticæ, impium erit, ei assentiri, & per receptionem summi in solo jure Cæsareo tituli facere, ut hinc aliquando juris Canonici major habetur ratio. *Tertio*, Doctoris titulus & dignitas hoc a me non exigit, ut quod impium, quod injustum, quod ambitiosum est, defendam, neque id a me promissum unquam fuit; sed hoc potius, velle me id, quod justum & pium est, respondere. Inter articulos, qui in Academia Jenensi, ubi ego Doctoris insignia accepi, Licenciatis proponuntur, & ab eis cum juramento promittuntur, sextus ita se habet: *Quod juxta jus divinum & humanum, leges scriptas consuetudines & statuta honesta, pie, juste, incorrupte de jure respondere, judicare causas, aliaque munera boni Jurisconsulti obire velit.* Nulla hic imponitur necessitas defendendi jus Canonicum, & nec civile quidem sed jubetur Candidatus pie & juste de jure respondere & quidem secundum jura humana non aliter, nisi cum honesta fuerint. Ego vero ab eo tempore, quo primum studium juris Canonici aggressus sum, non aliam habui intentionem, quam ut mores Ecclesiæ Pontificiæ, & quantum ea a simplicitate pristina recesserit, addiscerem, tum ut judicare possem, quatenus volumen istud in foro & scholis recipiendum esset. Fecit vero assidua ejus lectio, ut ad singula capitula nunc hæream, & vel de fide Pontificis vel de potestate ejus vel de justitia constitutionis addubitem, in hoc uno certior factus, quod Pontificis verba nullam habeant cum oraculis similitudinem, nec proinde pro certis & indubitatis haberi debeant. Atque hinc soleo ego ex cathedra, post expositionem cujusque textus, ἐπικρισιν meam addere, & de iis, quæ bona, quæ mala sunt, ut Doctorem in his rebus decet, Auditores meos monere. *Quarto*, invaluit etiam hæc in Germania consuetudo, ut in judiciis sæpe ad jus Canonicum provocetur, atque hoc pro re nata etiam juri civili præferatur. Quod etsi necessarium non sit, cum talia juris cano-

nici placita unusquisque Princeps in suo territorio lege sua propria præscribere subditis possit; quia tamen hoc semper & in omnibus capitibus non fit, & Principes istum judiciorum usum hactenus tolerant, nullius erit privati, suo arbitrio eum tollere & intervertere. Cave tamen hinc judices, valere in judiciis principum Orthodoxorum jus canonicum ex autoritate Pontificia, id potius inde concludas, quod asserit Franzkius *ad §. 9. Inst. de J. N. G. E. C.* pertinere jus Canonicum ad jus consvetudinarium. Uti ergo consvetudo in statu monarchico non valet, nisi ex permissione & tolerantia principis, ita ut Princeps causa sit juris illius: ita & ius Canonicum non aliunde suum habet valorem, quam ex voluntate Principis illud tolerantis. Fecit vero hæc consvetudo, ut etiam in scholis necessaria haberetur professio Decretalium, per quam Studiosorum animi in jure isto consuetudinario addiscendo imbuantur, & judiciorum ordini in umbratili palæstra paulatim adsuefiant. Nec tamnn ulla propterea vel pontificis vel ejus curiæ habetur ratio, sic uti neque decretalibus ejus hodiernis ulla tribuitur reverentia. *Quinto*, litigandum nobis sæpe est & concertandum cum pontificiis circa bona Ecclesiastica, tum & alia, quæ faciem Ecclesiæ concernunt externam, de quibus cum studiose textus ex jure Canonico colligere soleant adversarii, turpe erit obmutescere, & vim probandi non attendere. Ut ergo etiam in his, externis licet & alienis, principiis animi studiosorum præparentur, necessaria est manuductio & informatio. *Sexto*, possunt ex ipso juris Canonici corpore textus nonnulli & capitula intorqueri adversus Pontificios, quibus Ecclesia Romana errorum suorum convinci optime potest, quæque proinde ex proprio ejus armamentario petuntur. Ea vero ignorare, aut iis non uti, negligentiam quandam arguit, eamque valde supinam. Et hæc mihi potissima videtur utilitas, quam ex jure Pontificio capere licet, cum utique bis pereat, qui suo gladio jugulatur. *Denique*, etiam illud attendendum est, non mereri hodie inter juris studiosos eruditi nomen, qui nullam juris Canonici sibi comparaverit scientiam. Tam operose tamen ut omnia ad pulvisculum discutiat, & variis quæstioni-

bus

bus sæpe alienis & ad rem nihil facientibus statum causæ magno cum apparatu involvat, uti apud Canonistas fieri plerumque solet, nulla ratio suadet. Quæ omnia ideo adducere libuit, ut ostenderem, non destitui rationibus Academias in hisce terris, quod iuris Canonici studium excolant, quanquam ut excolatur, simpliciter & absolute necessarium non sit.

LXIX. Ceterum indignatur Samuel Maresius Theologus Batavus *in dissertat. de jur. C. in n. 24.* Docturam iuris canonici JCtis tribui, eiusque studium magis Theologicum, quam juridicum esse contendit. Ego Maresio simpliciter id asserenti non assentior. Etsi enim haud pauca in corpore iuris Canonici inveniantur, quæ ad Theologicum pertinent examen, & ex Scriptura decidenda sunt, plurima tamen insunt alia, in decretalibus præsertim, quæ a Theologo, qua tali, nec intelligi quidem possunt, tantum abest, ut explicatione dilucidari ab eo queant. In iure civili probe versatum esse oportet, qui decretalibus manum & mentem admovere velit. At decretales Epistolæ solæ sunt authenticæ, & solæ iuris Canonici nomen ex mente Pontificiorum tenent, cum Gratiani Decretum, uti supra dixi, nunquam ab ullo Pontifice confirmatum sit, sed ex hoc solum aliquod robur acceperit, quod corpori juris Canonici reliqui insertum fuerit. Rectius omnino Johannes Himmelius Theologus Ienensis *tract. de jur. Canon. cap. 3. in fin. Decretales*, inquit, *a Pontificum Romanorum & Sedis Romanæ Gnathonibus Decreto præferuntur & quasi solæ pro authenticis & Canonicis habentur, sed a nobis merito post ponuntur, imo in scholis Theologicis negliguntur, siquidem mere continent causidica & forensia, ad forum civile spectantia, atque hinc fit; quod JCti hanc Decretalium partem sibi potius, quam Theologi vendicant.* Non disputo jam, præferri debeant decretales, an decretum, de eo tamen certus sum, Doctorem juris dici non posse, nisi a jurisprudentia cui operam navavit. At vero ex Decreto, (quod Theologis non inviti relinquimus, ut tamen spicilegium aliquod nobis ex tam ubere messe reservemus) nulla talis iurisprudentia comparari potest; sed requiritur subiectum habile, & jus aliquod constitutum, sive

Respondetur Maresio; studium Juris Canonici magis ad Theologos quam JCtos pertinere docenti.

constituens potestatem constituendi habeat, sive eam sibi sumat. Et tale jus nobis hactenus in Decretalibus obtruserunt Pontifices, ex quarum cognitione & acquisita hinc dignitate merito Doctores juris Canonici dicimur.


Illustratio hactenus dictorum ex Henrico Cornelio Agrippa.

LXX. Finem huic dissertationi imponam verbis Henrici Cornelii Agrippæ, quibus Juris Canonici mysteria explicat, ut eo clarius pateat, nihil nos dixisse supra, quod nimium fuerit. Ita autem ille *lib. de vanitate scient. cap. 92. A jure civili demanavit jus Canonicum sive Pontificium, quod plerisque sacrosanctissimum videri posset, tam ingeniosæ avaritiæ præcepta ac rapiendi formulas, specie pietatis adumbrat, cum tamen paucissima in eo statuantur ad pietatem, religionem ac DEI cultum sacramentorumque ritus spectantia, taceo, quod nonnulla DEI verbo contraria aut repugnantia. Cætera omnia non nisi jurgia, lites, fastus, pompæ, tum quæstus ac lucri negocia, Pontificumque Romanorum placita, quibus neque satis sunt, qui olim a sanctis Patribus sunt conditi canones, nisi his continue accumulent nova decreta, paleas, extravagantes, declaratorias, concellariæ regulas, ut nullus sit condendorum canonum finis, neque mensura, quæ una omnium Romanorum Pontificum ambitio ac libido est condendorum scilicet novorum canonum, quorum eo usque excrevit arrogantia, ut angelis cœlorum præciperent, ut ex inferno sublata præda rapinam facere præsumerent & in mortuorum manes manum mitterent: etiam in divinam legem, interpretando, declarando, disputando nonnunquam tyrannidem exercerent, ne quid plenitudini potestatis suæ posset deesse, aut derogari. Ex horum præterea canonibus & decretis didicimus, Christi patrimonium esse regna, castra, donationes, fundationes, allodia, opes ac possessiones ac sacerdotium Christi Ecclesiæque primatum esse imperium, regnum: & gladium Christi esse jurisdictionem ac potestatem temporalem: & Petram Ecclesiæ fundamentum esse personam Pontificis: Episcopos esse Ecclesiæ non ministros modo, sed capita: & bona Ecclesiæ esse non modo doctrinam Evangelicam, ardorem fidei, contemtum mundi, sed vectigalia, decimas, obla-*

blationes, collectas, purpuram, mitras, aurum, argentum, gemmas, prædia, pecunias, potestatem: Summi Pontificis esse gerere bella, dissolvere fœdera, solvere juramenta, absolvere ab obedientia, & domum orationis facere speluncam latronum, ita quod Papa potest deponere Episcopum sine causa, quod potest dare rem alienam, quod non potest committere Simoniam, quod potest dispensare contra votum, contra juramentum, contra jus naturale, & nemo debet illi dicere, cur ita facis? Episcoporum vero officium esse jam non prædicare verbum DEI, sed datis alapis confirmare pueros, conferre ordines, dedicare templa, baptizare campanas, consecrare aras & calices. Ex iisdem fontibus prodierunt cautelæ istæ, quibus hodie citra Simoniam Episcopatus & beneficia emuntur venduntur que, & quicquid præterea est nundinationum & monopoliorum in gratiis, in condonationibus, in indulgentiis, in dispensationibus & similibus rapinarum formulis, a quibus etiam in gratuitis ab ipso DEO factis peccatorum remissionibus precium statutum est, & inferorum pœnis inventum est lucrum. &c. Hæc Agrippa, stylo quidem satyrico, sed vere & ingenue. Neque quisquam hactenus fuit, qui, talia ex iure Canonico doceri, possit negare.

At

O curvæ in terras animæ, & cœlestium inanes,
Quid juvat, hos templis vestros immittere mores.



IN-

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI COMMENTARIUM.

FLAVIUS URSINUS FERDINANDO FARNESIO. S. D.

Flavius hic nunc Cardinalis Ursinus.

Ursinus Farnesio gratias agit pro transmisso commentario Lancelotti, quem adversus obtrectatores quosdam defendit.

KAl. Febr. accepi abs te literas datas Idibus Januariis, quas mihi jucundas fuisse, non arbitror, necesse esse, me ad te scribere, cum ex te nihil ad me proficisci posse, nisi jucundissimum, jampridem exploratum habeas. Sed profecto posteriores hæ eo fuerunt gratiores, quod una commentarium Lancelotti nostri secum attulerunt. Amo enim vehementer ingenii illius elegantiam. Legi itaque totum uno ferme (ut sic dicam) haustu, probavique penitus tuum de libro judicium: maluissem tamen, tam secundo cursu inchoatum a se negotium processisset, ut huius nuper a se compositi Libelli argumentum illi defuisset, nam & librum Institutionum ipsarum nunc teneremus, & ipse amicis usus fuisset melioribus, candidioribusque. Quos tamen ille Commentario illo suo adeo strenue (meo quidem judicio) ulciscitur, ut mihi aliquo pacto suis illis detractoribus debere videatur, qui tam elegantem libellum conscribendi sibi occasionem dederint. Eum ego pluribus legendum exhibui, probatusque est ferme ab omnibus mirum in modum: ferme inquam, nec enim obtineri potuit, quin illico semidocti quidam Commentariolum momorderint, non quia, quæ Lancelottus de compositis a se Institutionibus dissereret, vera non confiterentur: sed

Commentarium Lancelotti reprehensum.

ſed quod in eo illum non obſcure aliquid Inſtitutionibus Juris Civilis detrahere conatum eſſe prædicent. Is enim uno, aut altero in loco ejus Libelli dicit, quædam in illis eſſe ambigua, perplexa, & quæ invicem pugnantia videantur; cum tamen Juſtinianus nihil eſſe in toto Jure Civili ambiguum, vel contrarium ſcriptum reliquerit. Reſpondi, eos Momum agere, qui cum Venerem non poſſet, ſandalium ipſius, quaſi obſtreperum, dicitur improbaſſe; tantum autem abeſſe, ut Civilibus Inſtitutionibus aliquid detraxerit, ut ego illis in eo plurimum a Lancelotto noſtro tributum eſſe non dubitem, quem ſciam illarum elegantiam non ſolum laudare, ſed admirari ſolitum; ſed profecto in eos interdum incidimus, qui indigni ſint, quibus reſpondeatur. Sed de hoc alias. Sum equidem delectatus vehementer cognoviſſe ex tuis literis, te cum delecto ſtudioſiſſimorum juvenum numero quotidianis prælectionibus, ac diſputationibus in Jure Civili exerceri. Hanc enim ego optimam, ac ſolam prope proficiendi rationem eſſe ſemper ſtatui, præſertim ſi, non tam oſtentationis, quam diſcendi adſit ſtudium cum lepore quodam, ac nobilibus adoleſcentibus digna conſuetudine conjunctum. Utinamque mihi interdum ab urbano iſto, atque aulico ambitu ſecedere, & ad iſta veſtra ſtudia, ſalva exiſtimatione, reverti liceret, profecto ad vos convolarem illico, ubi, & cum libris diutius, & attentius verſari, & remoto ab omni moleſtia, cum optimis commilitonibus ſecuram, ac prope beatam vitam agere liceret. Sed quando mihi nunc hoc non datur, tu, quem ego me eſſe alterum ſemper ſtatui, dum licet, fruere honeſtiſſimo iſto, ac jucundiſſimo otio; ſed ita fruere, ut interim non obliviſcaris ejus, quod Catonem uſurpare ſolitum ferunt: *Non minus*, ſcilicet, *otii quam negotii reddendam eſſe rationem*; ac ſtudioſum juvenem, Bernardinum Alphenum meo nomine ſalvare jube. Romæ Non. Febr. (1560)

Aulicorum infelicitas.

FERDINANDUS FARNESIUS FLAVIO URSINO.
S. D. P.

Farneſius docet, Lancelottum Inſtitutiones Juſtinianeas prope ni-

nimis laudasse quod vero dixerit quædam in his esse obscura, perplexa, & quæ invicem pugnare videantur, non paucis exemplis allatis ostendit, plura adhuc in Institutionibus notam mereri.

NIhil unquam tam præter meam opinionem accidit, quam audire ex te, extitisse quosdam qui in Commentario institutionum Juris Canonici Auctorem aliquid Institutionibus Juris Civilis detrahere voluisse, existiment: quod is uno, aut altero in loco quædam in his perplexa, & prima facie contraria reperiri scripserit, quasi vero hoc cuiquam dubium esse debeat, aut eas ille pluribus in locis, non cæteris libris juris Civilis prætulerit. Omnino istos aut Auctori esse parum æquos, qui ex re veteri novam illi invidiam conflare student, aut (quod magis reor) in Jure ipso Civili parum versatos, aut omnino parum accurate Commentarium illud percurrisse. Si parum æqui sint, nulla ratione de sua sententia deduci poterunt: nam, ut ait Comicus.

Odii vit. *Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quærit.*

Quid ergo ei suadere coneris, qui hoc, scilicet unum quæritet, nempe ut, quidquid dixeris, deflectat in deterius? Si parum in legendo accurati fuerint, repetant, quæso, atque diligentius expendant, quod in eo ipso Commentario de Institutionibus Justiniani sæpius inculcaverit: nam usque adeo ipsas dilaudat, ut mihi interdum veniat in mentem suspicari, ne plusculum illis tribuat, quam par sit, quod putet ita compositas a se Institutiones similitudine quadam operis facilius studiosorum animis insinuare posse. Sed utcunque id sit, quovecuuque animo id scripserit, illud quidem nullo pacto negari potest, sexcentis propemodum locis de his honorificentissime meminisse. Nam primo libro, dum, se cum Pontifice sermonem asserit habuisse, leguntur hæc verba: *Esse apud Juris Consultos Justiniani Imperatoris jussu compositas Institutiones, quæ studiosis ad involutam, & valde perplexam Juris Civilis scientiam expeditissimum aditum procul dubio præstent.* Et quod suæ sententiæ illustrius testimonium dare potuit, quam illis verbis, quæ tertio libro leguntur? *Id vero* (inquit) *non subticebo, quic-*

Lancelotti de institutionibus Juris Civilis judicium ac testimonium.

quicquid isti garriant, censere me, idque etiam ex universa illa enucleati Juris collectione, ac compositione, quam Justinianus nobis reliquit, nihil esse absolutius, & ad comparandum in toto jure civili lumen quoddam conducibilius, quam illud institutionum opus, quod illi ex juvenum manibus excutiendum, & ab omnibus gymnasiis eliminandum, quasi nullius prorsus utilitatis, tam stulte censent. Et paulo post: *Majores nostri Institutiones Juris Civilis, quasi sine his vix quisquam aliquid in legitima prudentia proficere valeat, magno in honore semper habuerunt, & varia interpretatione, & commentariis exornatas, & locupletatas ad nos transmiserunt.* Et paulo post: *Hic ego te ad Justinianum revoco, cui ex immensa illa silva Juris Civilis, & infinita prope veterum librorum mole suas institutiones elicere felicissime cessisse, multorum seculorum testimonio comprobatur.* Et eodem libro cum verba Marci Tullii recensuisset, subdit: *Et hoc quidem, quod jure civili tantopere se desiderare, & exspectare Crassus ajebat & se facturum aliquando credebat, abunde suis Institutionibus Justinianus videtur præstitisse.* Denique ubi illarum meminit, non nisi magna cum commendatione, atque insigni aliqua præfatione meminit; ecqua ratione potuit secus facere, qui suas ad illarum imitationem effinxisse prædicet? At dixit, quædam esse in his obscura, perplexa, & quæ invicem pugnare videantur: Quid tum demum? non id proprium dixit esse Institutionum vitium; nam idem dixit & de sacris literis, & de omni scriptorum genere, idem & posse fieri de suis Institutionibus, nec propterea omnibus etiam propriis scriptis illud male dixisse, quisquam afferat. At nihil esse perplexum, nihil ambiguum, nihil diminutum, nihil, quod contrarium, aut simile videri possit, nullam esse geminam legem in toto Jure Civili Justinianus ipse testatur. Certe, ut illa asseruerit, veritas omnino reclamat. Mihi quidem, ut similia propemodum infinita prætercam, multa passim occurrunt ambigua, perplexa, & quæ, nisi alicujus interpretationis ratione concilientur, ex diametro pugnantia videantur. Et quoniam pro summa inter nos necessitudine, ac studiorum communione, vel quævis mihi tecum garrire posse videor, mitto ad te,

 qui

qui ingenter pro eo pugnare consueti, loca quædam, quæ ego in Institutionibus ipsis Juris Civilis observavi, & in unum collegi, simul atque de obloquutoribus istis a te rescivi, ut si quando rursus in maledicos istos incidas, illorum objecta possis quamprimum exemplis retundere: neque id facio, quin ea te, prius quam me, vidisse ac ponderasse non existimem, sed ut illa, quæ scholastica sunt, potius quam a doctissimis viris admodum perpensa, ad manus habeas; nec propterea gravissimis negotiis tuis quidquam temporis subtrahere cogaris. Ac ut primum de his dicamus, quæ videntur in eodem libro contraria. *In Proœmio* §. *1.* leguntur hæc verba: *Omnes vero populi legibus, tam a nobis promulgatis, quam compositis reguntur*. At *in* §. *1. de jur. nat. gent. & civ. Omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur*. *In* §. *fin. de libert.* dicitur, quod *omnes liberti consequuntur Civitatem Romanam, nullo nec ætatis manumissi; nec Domini manumissoris habito discrimine*. At *in* §. *fin. quibus man. non lic.* dicitur, quod *qui non complevit 17. annum non potest manumittere testamento*. *In* §. *1. de rer. div. littora maris* dicuntur *communia*, *non publica*. *In* §. *littorum; littorum usus* dicitur esse *publicus*. *In* §. *fin. de usuf.* dicitur, quod *usufructuarius cedendo usumfructum alteri quam Domino, nihil agit*. At *in titul. sequ. in fin. principii* dicitur indistincte, quod, *licet usuarius non possit jus suum alteri cedere, usufructuarius tamen potest*. *In* §. *Posthumus de leg.* dicitur, *Posthumus autem alienus hæres institui, & ante poterat, & nunc potest*. At *in titul. de bonor. poss. in principio* dicitur, quod *Posthumus alienus hæreditatem adire Iure Civili non poterat*. Hæc quidem, & alia his similia sunt in eodem Institutionum libro. Si quis autem illa colligere velit, quæ adversari videntur his, quæ Pandectarum libris, aut Imperatorum Constitutionibus continentur, librum (puto) conscriberet Institutionibus ipsis grandiorem: quæ quidem non negavit ille, vel aliqua saltem ratione conciliari posse; sed rudite; ac, prout jacent, accepta stare minime posse asserit. Leguntur præterea in eodem libro multa, quæ nimium ge-ne-

Quæ videntur contraria in lib. Institutionum.

Quæ videntur nimis

generaliter enuntiata.

neraliter enunciata videri possunt: cujusmodi est illud: §. *fratris de Nuptiis. Cujus filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur; filiam tamen avi, vel aviæ uxorem ducere non prohibeor:* ut omittamus interim, quod in conjunctis per adoptionem illa regula non obtinet locum. *In §. fœmina de adopt.* dicitur, quod *fœminæ possunt adoptare in solatium liberorum amissorum.* At hoc ita demum verum esse ajunt, *si in acie fuerint amissi, non simpliciter. In §. qui potestatem, de excusat. tut.* dicitur, quod, *qui potestatem aliquam habent, se possunt excusare. At quibus inhæret dominica, vel patria potestas, non propterea possunt se excusare. In §. Res sacræ de R. D. in fine* dicitur, *quod locus, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio adhuc sacer manet.* Ad hoc non est verum, *ubi ædificium esset ab hostibus dirutum l. cum loca ff. de rel. & sumt. fun. In §. Item, lapilli, eod. tit.* dicitur, quod *lapilli, & gemmæ inventæ in littore maris, sunt inventoris,* sed hoc ita demum est verum, *si etiam apprehendantur. In §. enim, de codicill.* dicitur, quod *codicilli nullam omnino solemnitatem requirunt:* & tamen requirunt quinque testes. *In §. interdum in fin. de obl. quæ ex del. nascuntur,* dicitur, quod *qui ad furtum faciendum consilium dedit, atque hortatus est, furti non tenetur:* at non est hoc verum, cum alias fur non erat furtum commissurus. Demum *in tit. de publ. jud.* dicitur, quod *publica judicia nihil omnino simile habent cum privatis judiciis:* & tamen multa habent similia, ut ibi notant interpretes.

Quæ videntur diminuta.

Atque ut hæc nimis videntur generalia, ita ex contrario quædam videntur diminuta: ut exempli gratia, definitio servitutis, de qua in §. *Servitus, de jure pers.* cum enim dicatur, esse *constitutione juris gentium servitutem*; inductam Jure Civili non comprehendit, ut *in §. fin. eod. tit.* Item cum dicitur, quod *usufructuarius non possidet §. idem placet, per quas pers. nobis acquir.* de civili enim hoc possessione verificatur, non de naturali, *l. Naturaliter de acquir. possess.*

Quæ videntur parum feliciter expressa.

Quædam etiam videntur parum feliciter expressa, non intelligo hic de vocibus, & de his quæ Grammaticis non probantur, puta de etymologia stipulationis, & similium, sed de his, quæ ad rem spectant, quale est illud *in §. Plebi-*

ſcitum, de jur. naturali. gentium, & civili. Plebs enim a populo non ita differt, ut ſpecies a genere, quod ait lex, ſed velut pars a toto. Item eum dicitur, *natalibus non officere manumiſſionem* §. *fin. de ing.* Item cum dicitur, *aliud pro alio petentem poſſe in eodem judicio corrigere errorem ſuum*, §. *ſi quis aliud. de act.* nec enim vere judicium erit idem, ut ibi notatur. Item cum juſta, & efficax appellatur actio; quæ tamen exceptione etiam doli elidi poteſt, §. *Præterea, Inſt. de excep.* Item dicitur, *neceſſarium eſſe detrahi Falcidiam*, §. *Quantitas, verſ. neceſſe, de leg. Falc.* cum tamen ſit in hæredis poteſtate remittere. Quædam male videntur inferri, ut eſt illud in §. *Ex contrario, quib. al. lic. vel non Ex contrario* (inquit) *omnes res pupillo, & pupillæ ſine tutoris auctoritate recte dari poſſunt.* (tum peſſime videtur inferri) *Ideoque ſi debitor pupillo ſolvat, neceſſaria eſt debitori tutoris autoritas; alioqui non liberatur.* Similis propemodum eſt illatio *in* §. *fin. Inſt. de vulg. ſubſt.* Atque hæc quidem, & his ſimilia non hujusmodi ſunt, quæ aliqua ſaltem interpretatione ſalvari, & ad rectum ſenſum traduci non poſſint; licet id interdum ægre obtineatur: ſed certe, quæ ſcrupuloſis hominibus, quales hi ſunt, qui Auctori noſtro negotium facere non deſinunt, parum probari poſſint: at ille, cum ſe, & cenſores ſuos exactiſſimam adhibuiſſe diligentiam doceat, ne quid tale in ſuis Inſtitutionibus deprehendatur, & alieno periculo cautior fuerit, ad extremum ſubdit: *Si quid his exciderit, quod perplexitatem præ ſe ferat, vel ambi guitatem contineat, non propterea orbem tractum labi, ſed poſſe id beneficio interpretationis explicatius, & clarius reddi, & in libris Juris Canonici, & Civilis; atque adeo in Inſtitutionibus ipſis Juſtiniani, & in omui ſcriptorum genere multa eſſe bujusmodi contendit.* Hoc ipſum quam contineat detractionem, ego intelligere non poſſum: mihi quidem in eo, & accutisſime, & prudentisſime, diſſerere viſus fuit. Nam (ut ipſemet initio ſui commentarii ſcripſit) nihil eſt in ullo genere rerum tam exactum, & pulchrum, quo non pulchrius id ſit, quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complectitur. Itaque & Michaelis Angeli ſimulacris, & picturis, quibus nihil in illo genere perfectius hæc

Quæ male videntur inferri.

Nihil tam pulchrum, quo non pulchrius id, quod quis in eodem gene-

hæc ætas vidit, cogitare tamen possumus pulchriora: sed profecto (ut ille inquit) prima sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Scio tamen istos, qui semel ei detrahere cœperunt, quieturos nunquam, etiam si ille mera loquatur oracula; quippe qui invidia, vel supercilio malint contemnere præclara, quam discere. Nam quale tandem, & illud est, in quo ego sibi detrahi a quibusdam audivi? Is in eodem commentario asserit, si Justinianus procemio suarum Institutionum adscripsisset, quod non intendit in eo opere jus novum condere, nisi dilucide id ibi protestaretur, multa nobis hodie fore explicatiora, & expeditiora, quam sint. At quantas ob id verbum ei tragœdias quidam excitare conantur? quantas turbas concinunt? quasi hoc dicto Imperatori maledixerit, vel ejus majestatem læserit, & quod magis mirere, subscriptores habet, nimirum balbi balbos. At mihi hoc videtur excogitatum longe prudentissime, quam multis enim in locis hæsitamus, num Justinianus antiqua jura corrigere voluerit, cum ab illo promulgata, vel diversa, vel contraria antiquis juribus videantur? quam sæpe circa id cæcutimus, & Andabatarum more interpretando ingredimur? Legitur sub *titulo de rer. divis.* §. *cum ex alieua*, quod, *si quis ex alienis spicis frumentum fecerit*, *frumentum specificanti cedit* at contrarium prorsus legitur *in l. Adeo* §. *Cum quis*, *ff. de acquir. rer. dom.* scilicet quod *frumentum remanet ejus*, *cujus & spicæ fuerunt.* Quidam, quod responsum illud per Justinianum corrigitur, alii aliter. *In* §. *Thesauros*, *ejusdem tituli* dicitur, quod *thesaurus inventus in loco sacro*, *vel religioso*, *sit inventoris*, *in l. 3.* §. *Si in locis ff. de jure fisc. dimidia* dicitur *esse fisci*, quidam putant Iustinianum corrigere Veterum jura, ut alii aliter. Item §. *si quis ancillas circa fin. de Legat.* adversatur *l. Si tui ff. de fund. instruct.* quam quidam per Iustinianum putaut corrigi: quidam aliter. Nec cujus loci senteutia prævalere debeat, satis adhuc est in comperto. Quid illa? *Legata nisi in testamento relicta non valere*, §. *Præterea*, *de singul. reb. per fid. relict.* nonne apertissime Jus Digestorum abrogare, & antiquam revocare videntur? Demum revocare passim occurrunt hujusmodi, qui-

re potest imaginari.

Loca quædam, in quibus de correctione dubitatur.

quibus explicandis mirum in modum interpretes torquentur, & in quibus, ſi hujusmodi teſtationem Procemio ſuarum Inſtitutionum Juſtinianus inſeruiſſet, minime laboremus. Et profecto, qui hoc non agnoſcit, in ſole illum caligare dicere poſſis. Tanta tamen (ut ait Hieronymus) eſt vetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa pleriſque vitia placeant, quod vel ex his intelligi poteſt, quæ ex ſcriptis Iſidori, peſſimi, ut appellant, latinitatis auctoris, licet ſanctisſimi viri in Jus Canonicum irrepſerunt; quorum quædam vix in puero hodie ferenda, diu viſa ſunt, & pleriſque videntur adhuc hujuſmodi, quæ pro legibus ſervari debeant; & adhuc in hiſce noſtris Juris Canonici Inſtitutionibus, vel ex unius ſyllabæ adjectione iſti ſolius vetuſtatis amatores egregii, & pro communi utilitate vehementer anxii, ingentia ſibi fingunt pericula: in quibus tamen, etiamſi quædam ſcribantur rudius, nihil id ab operis ipſius natura abhorreat: quippe quod tyronibus tantum inſtituendis ſcriptum ſit; & illa ipſa, quæ ibi generalius forte traduntur, & ſtrictius, ſuo tempore alibi fuſius, & ſubtilius tractata ab eisdem accipienda ſint, & exactius cognoſcenda. Sed, Cancros prius recte ingredi doceas, quam his, qui non tam judicio, quam propoſito, & voluntate aberrant, quibusvis rationibus ſatisfacere poſſis: quibus ne, ſi perſuadeas quidem, unquam perſuaſeris. Quod quidem vel ex eo ſatis dilucide apparet, quod nonnulli peſſime ab eo factum prædicent, quod titulos quosdam in ſuis Inſtitutionibus diverſis verbis inſcripſerit ab his, quæ in Decretalium libris comperiuntur: quod & factum eſt raro, & nonniſi ex cauſa valde probabili, & a cenſoribus ſuis approbata, nec ſine exemplo. Multæ ſiquidem, & in Inſtitutionibus Juris Civilis rubricæ comperiuntur aliis verbis conceptæ, quam in libri Digeſtorum ſint, aut in libro Codicis. Quales illæ: *De fiduciaria tutela. De literarum obligatione. Quibus modis re contrahitur obligatio*, & aliæ plures. Sed hæc omnia Lancelotto noſtro propterea ferenda ſunt levius, quod idem inſignibus etiam Scriptoribus ſemper contigiſſe legimus. Venit nuper in manus meas liber quidam epiſtolarum familiarium Franciſci Petrarchæ, quem

Vetuſtatis vis.

Iſidorus.

Rubricarum innovatio.

quem antea ne extare quidem audieram, illum, cum auctoris captus nomine avide in manus legendum sumsissem, statim in ipso ferme operis limine, dum mecum Vitiligatores istos tacite stomacharer, & has ad te dare in animo haberem, incidi in epistolam, meo quidem judicio, prudentissime scriptam; qua Scriptorem amicum suum consolatur, querentem scilicet, scripta sua a lividis carpi, eam primum percurro, inde lego accuratius. Quid quæris? visa mihi est omnem prope stomachum, & amarulentiam, quam ex detractoribus Lancelotti contraxeram, abstergere, ideoque duo statim exempla exscribenda curavi, atque e vestigio alterum Lancelotto ipsi misi, ad te cum his mitto alterum: *ut intelligamus, nihil,* ut Tullius ait, *esse nobis præcipue dolendum in eo quod universis accidit.* Sum ego illi conatus suadere, ut Romam iterum concedat. Nam cum Summus Pontifex renunciatus is sit, qui cum bonarum omnium artium est amator mirificus, tum in utroque jure valde (ut audio) excellit, facile fieri poterit, ut, quod negotio deest, compleat, remque omnem ex sententia conficiat: is omnino negat, se facturum, *improbe* dicens, *Neptunum accusari ab eo, qui iterum naufragium faciat, Deosque, cum tempus advenerit, rem dormienti confecturos,* tu, cujus maxima est apud illum auctoritas, si id e re sua esse censeas, urge quæso hominem, nec pulcherrimos conatus intermori sinamus. Vale. Perusiæ Idib. Febr. MDLX.

Sequitur Epistola Francisci Petrarchæ ad Thomam Messanensem, cujus in præcedente epistola mentionem fecerat Farnesius. Cum tamen ea ad Institutiones Lancelotti nihil vel parum faciat, eam omisi.

FERDINANDO FARNESIO, ET FABIO PENNÆ, ADOLESCENTIBUS NOBILISS. AC STUDIOSISS. JOAN. PAULUS LANCELOTTUS.

S.

Dedicato eis commentario sequente, causas quæ eum impulerint, ut

ut commentarium præmitteret ipsis Institutionibus, exponit.

Nota, diu ante hanc scriptam epistolam has Institutiones expectatas.

IPsi vos scitis (ornatissimi adolescentes) quam frequentibus post nostrum ab urbe reditum communium Commilitonum flagitationibus interpellatus fuerim, ut eis post diuturnam moram, atque expectationem Institutionum Juris Canonici copiam tandem facerem, cum sæpe vos duces illis ipsis præbueritis, atque adeo strenuos, & fortes, ut nisi urgentissimis, nec vobis incognitis caussis, quæ nos hoc facere hactenus impediverunt, quasi validissimo propugnaculo munitus fuissem, expugnatum iri me nihil dubitem. Quomodo enim tam multis, mei tam amantibus, tam juste, tam sæpe, ac tam instanter proprio quasi jure petentibus obsistere potuissem? Cum præsertim in hoc certamine, majorem, si non laudis, at certe benevolentiæ fructum, victus, quam victor relaturus fuerim. Sed quando nunc me, quamquam vehementer obsessum, sine nota vobis dedere non possum; & vobiscum optima, atque utriusque valde commoda ratione transigam. Ea autem est hujusmodi, ut (nisi novum accedat impedimentum,) intra paucos menses operis me vobis facturum potestatem Romana fide recipiam; hujus autem nostræ pollicitationis, quasi obses, apud vos erit hic Commilitonibus meis, & vobis illorum, quasi antesignanis, nuncupatus libellus. Qui quidem Institutionum ipsarum, quasi filius parentis effigiem refert; eo enim, & operis totius breve compendium conclusimus, & apud cunctos nostri hujus negotii Commentarium quoddam esse volumus. At ridetis? & quod novo, atque inusitato more prius commentaria, quam contextum ipsum editioni paraverim, cavillamini? Sed statui ita omnino appellare, continet enim rei totius crassiore quadam Minerva scriptam historiam, quam eapropter sum fusius prosecutus, tum ne multis, qui sæpe a me de re tota edoceri flagitant, eandem semper canere cantilenam cogar, tum etiam ut obiter respondeam, & his, qui morum Curiæ ac Principum imperiti, me non invito, factum esse prædicant, ut ita diu hæc editio protracta fuerit, & illis multo magis, qui libri nostri non differri editionem, sed quasi parum in

Ur-

Urbe probatus ſit, penitus mihi interdictam garrire non dubitaverint. Quorum rumoribus nulla expeditiore via occurri poſſe cenſui, quam ſi hujusmodi lividorum latratibus ſplendidisſima ſummorum virorum teſtimonia opponerem, & rei geſtæ ſeriem ad amusſim recenſerem, in quo nihil eſt, quod ullum orationis florem, aut latinæ linguæ candorem quisquam a nobis expectare debeat; neque enim hoc requiri oportet ab homine Juris Conſulto, qui ſolos pene Bartolos, ac Baldos, ne dicam Balbos, in deliciis habet. Sed ſatis ſuperque ſit, ſi, quod narrare intendimus, vel quibuslibet verbis ita exprimamus, ut qui lecturi ſunt, quoquo ſaltem modo id aſſequi valeant. Viſum autem mihi fuit, ornatisſimum nomen veſtrum libello huic noſtro præfigi oportere; non quod quaſi injuſtæ cauſæ deſperatione, præſidio potentiorum titulos affigendos, aut vela Regia ſuſpendenda ducam: ſed ut hujus initæ inter nos transactionis, veluti documentum aliquod extet, quod non modo conventionis formam; ſed etiam tranſigentium ipſorum nomina ſolemni more complectatur. Valete. Perusiæ, Non. Mart. MDLX.

Orationis flores JurisConſulto non conveniunt.

COMMENTARII INSTITUTIONUM JURIS CANONICI

INCIPIT

LIBER PRIMUS.

JOHANNES PAULUS LANCELOTTUS PERUSINUS, UTRIUSQVE JURIS CANDIDATIS ACADEMIÆ PERUSINÆ.

S. D.

Hoc libro primo exponuntur cauſæ impellentes hujus commentarii & methodus dicendorum. Hiſtoria rei ab anno 1555. geſtæ. Sermo habitus ab Autore cum Pontifice de propoſito conſcribendi inſtitutiones juris Canonici. Pontificis approb-

probatio & adhortatio, disuadentibus aliis. Operis intra triennium perfectio: Academia Perusina autori Romam revertenti oratorem adjungit, & literas commendatitias. Cum vero neuter aditum ad Pontificem impetrare posset, cum hoc per literas actum. Varia in urbe de institutionibus Lancelotti judicia, varii earum censores & impugnatores, item fautores. Autor in gratiam plurimorum curiosorum Epitomen institutionum scribit, & apologiam adversus obtrectatores. Autor plagii insimulatus. Autori absenti locus & honorarium in Academia Perusina reservata. Censores operi a Pontifice dati, censura peracta id Pontifici commendant. Post biennium autore ad Pontificem admisso, hic, se ipsum velle opus perlegere ac ultimam ei manum imponere statuit. Pontificis tarditas Autorem movet, ut re infecta Roma discederet.

Auctor saepe de edendis Institutionibus requisitus.

ASsiduis vestris, tum absens literis, tum praesens interpellationibus pulsatus facile intellexi (Juris studiosi) quanto institutionum Juris Canonici desiderio teneamini. Quarum copiam, cum vobis facere honestissimis rationibus hoc tempore impediar, agam vobiscum, uti aliquando eos solere animadverti, qui longo terrarum intervallo disjuncti, neque sibi de facie invicem cogniti, per literas sponsalia, vel per procuratorem contrahunt. Nam si cito congredi impediantur, & congressus moram interim non nisi aegre pati possit, proprii oris ex vivo ductam effigiem, & omnes corporis partes egregie exprimentem vicissim sibi mittere consueverunt; tum ad leniendum desiderium, quo alter alterius conspiciendi tenetur, tum vero etiam, ut ex ipsa oris effigie, & totius corporis lineamentis conjugis mores, & ingenium, vel quoquo modo saltem conjiciant: sic vos quousque opus ipsum in publicum dare prohibemur, detinebit exiguus iste libellus; quo ea quae in quatuor Institutionum ipsarum libros a nobis congesta sunt, non aliter complexi sumus, ac facere soleant Cosmographi, cum late patentes provincias, atque adeo Orbem ipsum angustis chartularum spatiis

Mos conjugum sibi invicem incognitorum.

Cosmographii.

tiis concludere nituntur, veluti enim iis multi prætereundi sunt terrarum, ac marium tractus, & insignes sæpe civitates occultandæ, satisque habent, si climata ipsa, & principales mundi partes, ac Metropoles urbes, vel exiguis picturis indicent, cætera inspectorum conjecturæ relinquunt; ita mihi plurima in hoc opusculo præterire necesse fuit, quæ tam angusto spatio concludi, vel commode repræsentari non potuerunt. Erit igitur vestri judicii ex hoc libello justum, atque integrum ipsum opus quasi ex unguibus, non dicam leonem sed, prout statueritis, existimare, mihi quidem satis id fuerit, si, ut in commune studiosorum utilitatem aliquid pro exiguitate ingenii conferrem, me nullam intermisisse diligentiam, nullis perterritum fuisse laboribus, vel incommodis, nullis denique pepercisse sumtibus docuero, si proposito, atque cœptis exitus minus responderit, in nobis culpam omnino nullam residere, atque ut breve hoc totius operis Compendium libenti animo conscriberem, non solum vestra causa adductus sum, ut vos scilicet mei amantissimos aliquo demererer officio, verum etiam mea. Nam cum in Urbe plura mihi necesse fuerit, libri illius nostri, exempla exscribenda curare, eaque sæpe per longa temporis spatia non solum apud Censores operis, verum etiam apud alios plures fuerint, & in diversorum manus devenerint; illorum unum mihi a gravissimo viro subtractum fuit, & alia quoque ex aliis exempla clam me a curiosis quibusdam sumta fuisse compertum habeo. Studiosi enim omnes mira quocunque novorum operum cupiditate incendi solent; præsertim nondum in lucem editorum, quod solos se, vel cum paucis ea tenere pulchrum, ac præclarum existiment. Unde adeo interdum avide undique conquirunt, ut neque a furto ipso temperent, & inscio sæpe Auctore, dum lucello inhiant, & alienam messem metere cupiunt, nonnunquam etiam suppresso, vel mentito Scriptoris nomine, formis excudere, ac pervulgare non verentur; atque ita sæpe, dum proprium commodum, vel gloriam aucupantur, alienam famam, & existimationem deturpant, ac plane perdunt. Plerumque enim opera ipsa adeo mutilata, ac depravata in lucem prodeunt, ut consultius Auctori futurum fuerit, si aliquando ca

Exempla quædam operis Auctori subtracta.

Non fefellerunt te tua oracula Lancelotte.

concremavisset. Quod quidem de nostro libro fieri posse minime suspicarer, nisi quotidianis prope exemplis ita accidere admoneremur. Quodsi Princeps Poëtarum, qui tam felici, ac divite vena tam multa divinitus scripsit, non modo ita exorsus est, & his carminibus propria clausit poëmata, ut, a quo conscripta essent, nunquam in dubium revocari posset, verum etiam de duobus versiculis, quos in gratiam Augusti pepigisset, ita fuit solicitus, ut nunquam conquiesceret, donec magno astu eum detegeret, qui carminum sese auctorem mentitus alienam sibi gloriam vendicare conabatur: quanto tandem æquius est, mihi ignosci de justo opere laboranti, qui nec aliud ingenii (quantulunque illud est) specimen dederim, & qui in huiusmodi opere absolvendo multos annos posuerim, ac multos etiam sumtus fecerim? Postquam igitur vel teste Platone, quæ scribuntur, contineri non possunt, efficiam saltem huius Libelli editione, quod boni patres familias solent, qui quidem, ne quid pereat armenti, vel domesticæ suppellectilis, pecoribus certam cauterio notam inurere, vel familiare quoddam rebus signum apponere, atque affigere solent; ut quocunque locorum ea vagari, vel reperiri contigerit, cuius in dominio sint, ex nota ipsa & signo facile vel non quærentibus, apparere valeat. Sic nos Libello hoc edito, quo totius operis, quasi quandam imaginem complexi sumus, facile hoc consecuturos speramus, ut nemo scilicet labores ac vigiliolas nostras sibi temere arrogare possit. De quo si forte magis soliciti quibusdam videbimur, quam libri ipsius mediocritas exposcere videatur, detur venia imbecillitati hominum, qui propria, præsertim quæ magno labore, atque impendio sibi compararunt, persæpe plus æquo æstimare consueverunt. Aliud quoque huc accedat, quod cum non pauci sint, quorum minime contemnendum est judicium, quibus institutum hoc nostrum non perinde probetur, fieri forte poterit, si ad horum deveniat manus noster hic libellus, quo rationes omnes huius a nobis susceptæ provinciæ prosequimur; nec putetur indignus, quem semel saltem percurrant, ut eorum aliquem, quasi causa plenius cognita, ad sententiam nostram adjungamus. Quod ego mihi

Virgilii factum.

Nota, Auctorem multos annos posuisse in componendis Canonicis Institutionibus; ante hunc libellum editum.

Mos patrumfamilias.

Hoc tamen non obstante libello, inventus est, qui sibi arrogavit. Existimantibus propria pretiosiora, quam sint, danda interdum venia.

hi polliceri, aut sperare non auderem, nisi eius rei periculum aliquando fecissem. Et quoniam de negotii serie universa cognoscere non ingratum vobis esse intelligo, non ab re futurum puto, si a primis initiis, etiam si pleraque ex his vobis nota sint, rem repetam, & quasi ab ovo exordiar. Ea autem omnia ita partiemur, ut primo quidem rei gestæ seriem, ac historiam quandam contexamus. Deinde Institutiones ipsas in Epitomen contractas, quasi per transennam ostendamus. Demum ea, quæ nobis aliquando objecta fuerunt, confutare, ac refellere conemur. Cum igitur anno a Virgineo partu sesquimillesimo quinquagesimo quinto post Marcellum II. in sui Pontificatus limine nobis interceptum, habitis de more comitiis Jo. Petrus Caraffa Romanus Pontifex renunciatus esset; ego, qui has in Jus Canonicum Institutiones multo antea meditatus fueram; cum Pontificem mihi viderer nactus generosæ cujusdam naturæ, ac quem præclara inventa minime aspernaturum confiderem, illum mihi compellandum esse statui. Itaque cum haud multo post initum Pontificatum, facta loquendi copia, qui, & cujas essem breviter ei exposuissem; illud etiam adjeci, videri mihi, nullam esse prope bonarum artium, in qua non ab aliquo eius disciplinæ studioso, ac Doctore conscriptus extaret liber, quo prima artis initia, ac rudimenta continerentur, & qui ad cætera magis ardua, quasi gradum faceret: atque, ut alia præterirem, quæ pro magna sua in omni facultate doctrina longe illi melius, quam mihi cognita essent, esse apud Jurisconsultos Justiniani Imperatoris jussu compositas Institutiones, quæ studiosis ad involutam, ac valde perplexam Juris Civilis scientiam expeditissimum aditum procul dubio præstent, tum me sæpissime admiratum, nemini aliquando venisse in mentem, ut similem librum in Jure Pontificio conscriberet, quod si, ut tunc esset, diligenter inspectaretur, ædificio, materia potius, quam aliqua eleganti forma conspicuo, foribus ipsis, atque aditu carenti comparari posset. Me jam pridem animo versare, ut adhibita quanto maiore possem diligentia, & industria ad imitationem earum, quæ in Jure Civili extarent, Juris Canonici Institutiones conscriberem; quod ipsum, cum omne ius Ca-

Operis partitio.

Nota, quod multo ante annum 1555. Auctor fuerat meditatus has Institutiones.

Sermo habitus ab Auctore cum Pontifice.

Juris Canonici ædificium aditu carens.

Canonicum auctoritati, ac potestati Romani Pontificis innitatur, sub ejusdem etiam Pontificis persona absolvendum videri: unde nihil mihi faciendum, Romano Pontifice inscio, atque inconsulto: proinde minime gravaretur, mihi planum facere, num tantam provinciam, quasi eo auctore, aggredi, an vero potius a cœptis desistere deberem, neque, si non probaret, me bonas horas male collocare pateretur. Tum ille manibus me complexus, ac quasi cœlum intuens; *Ago tibi* (inquit) *Domine, gratias, quod temporibus quoque nostris præclara dare ingenia non desinis.* Est enim hoc Neapolitanis usitatissimum, ut de re, vel tenuissima magnificentissime loquantur. Inde ad me conversus, vehementer hortatur, ut novum hoc tam pulchrum, ac necessarium (ut ipse asserebat) inventum literis mandem, curaturum se, ut neque ego frustra in ea re tempus trivisse videri possem; atque insuper daturum operam, ut, si quid mihi forte non undique expositum excideret, a magnis viris perpoliretur. Multa præterea disertissime suo more, & copiosissime disseruit de antiquorum, & recentiorum ingeniis, in quo mihi, ut cætera prætercam, illud pulcherrime dixisse visus fuit, ac prudentissime, nostrorum, scilicet, hominum, laborem, veterum reprehensionem existimare non oportere: tantumque abesse, ut veram eam esse sententiam arbitraretur, quam vulgo solerent passim usurpare: Nihil, scilicet, dici, quod dictum non fuerit prius, ut ipse contra semper statuisset, multo plura ea esse, quæ pulchre inveniri, & conscribi possunt, his ipsis, quæ a veteribus feliciter inventa, & literis eleganter mandata fuissent. Hæc cum Pontifex dixisset; atque, ut provinciam hanc naviter suscipere, ac pro viribus absolverem, mandasset, currentemque præmiorum pollicitatione sollicitasset, discessi paratissimo scilicet ad scribendum animo. Non defuerunt tamen gravissimi, ac doctissimi viri, qui cum me de hujusmodi, opere conscribendo cogitare audissent, rem dicerent futurum laboriosissimam, ac difficillimam, & qua feliciter posse cadere pene diffiderent. Ego vero, cum multa facta mihi proponerem, quæ, antequam fierent, nunquam confici potuisse credebantur, quid alii opinarentur, non usque adeo

Pontificis responsio.

Imo nimis frustra si Pontificis liberalitatem spectes.

Pontificis de inventione sententia.

Multa præter spem feliciter confecta.

Nemo unquam assecutus, quan-

adeo curandum ſtatui, ut illorum opinio me ab inſtituto meo ac ſententia depelleret; Romano præſertim Pontifice, non tam ſubſcribente, quam vehementer urgente; Cum ſcirem vel ab ipſis mundi initiis nihil unquam in ullo genere rerum tam exactum, & pulchrum prodiiſſe, quo non pulchrius id ſit, quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complecti poteſt, unde & Phidiæ ſimulacris, & Apellis picturis, quibus nihil in illo genere perfectius antiquiorum ætas vidit, cogitare tamen poſſumus pulchriora. Putavi igitur non omnino illud ſpernendum fore, quod hac in re non modo mediocris unius, ſed etiam plurium præcellentium virorum ſtudium vehemens, atque enixa diligentia præſtare potuiſſet, quanquam id ei, quod ſummi homines mente comprehendiſſent, minime reſponderet. Nec enim niſi prudenter admodum ille.

Plus exactum potest mens hominis concipere.

--- *Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis*
offendar maculis.

Quod ſi adhuc fieret, ut ipſius rei eventus melius eos, quam nos ſenſiſſe doceret, conatum tamen ipſum fore glorioſum, mihi perſuaſeram. Recepi itaque me in patriam, ut ibi altiore otio perfrui liceret, remque agreſſus ſum majore forſan animo, atque auſu, quam ingenio, & viribus, atque per totum triennium ita operi inchoato abſolvendo incubui, ut nulli negotio unquam in omni vita vehementius. Percrebuerat interea in Perusina veſtra Academia rumor non obſcurus, mandaſſe Summum Pontificem, ut Juris Canonici Inſtitutiones per nos componerentur, incenditque ea res mirum in modum juvenum animos, quorum cum plures domum noſtram ventitarent, meque ſæpe deducerent, de hoc ſæpius percunctari non modo, ut ipſis ingenue rem confiterer, verum etiam, ut novi operis inſpiciendi poteſtatem facerem, extorſerunt. Quomodo enim nobiliſſimis juvenibus, meique amantiſſimis, ac ſtudioſiſſimis obnixe id flagitantibus negarem? Itaque majore tum incenſi deſiderio, alii exemplum libri magnis precibus poſcere, alii legendi tantum copiam facerem precari, omnes, ut opus cito ederem, cupere ac rogare. Cumque reſpondiſſem, neque exemplum

In rebus arduis conatus glorioſus.

Nota, opus inchoatum antea quam habitus eſſet ſermo cum Pontifice.

In vetitum nitimur.

me tradere, neque de edendo libro, inconsulto Pontifice, cogitare posse, accidit ipsis, quod ferme omnibus solet, ut veritæ rei desiderio magis, quam antea accenderentur. Igitur post aliquos inter se habitos sermones, eos, apud quos totius Universitatis vestræ jus, & auctoritas residet, (Consiliarios appellant) in publicas scholas convocant, ac Fulvio Ptolomeo, Nobili Senensi (is est, quem nunc magna cum laude Perusiæ Juridicundo præesse conspicitis), rei exponendæ dant negotium. Qui cum eleganter & copiose explicasset, quod mihi jampridem Pontifex mandasset; subjecit multum ipsorum omnium interesse, si liber ita mature ederetur, ut ipsis quoque, qui adhuc sub præceptoribus utriusque Juris studia urgerent, usui esse posset. Unde putare se cum aliis pluribus e re ipsorum fore, si de numero ipsorum unus, aut alter deligeretur, qui Romam concederet, ut illorum nomine cum Pontifice de opere ipso mature edendo ageret. Ptolomeum exceperunt omnes,& mora non injecta eligunt PetrumGlussianum Mediolanensem,lectissimis, tum moribus,tum literis ornatum juvenem,mandantque ,ut cum Pontifice de opere quam primum castigando, & edendo illorum nomine agat, simulque literas ab illis ad Pontificem, accuratissime perscriptas reddat: erant autem literæ in hanc ferme sententiam conceptæ. *Non esse illis novum, sed usitatum jam, ac prope quotidianum aliquid audire, quod ipse Pontifex pro Christiana Republica sapientissime cogitare, atque exequi soleret; ejus generis inter cætera multa, etiam illud esse, quod intellexissent, illum Jo. Paulo Lancelotto Jurisc. mandasse, ut absolveret, quas Justinianum æmulatus Pontificio nomine Juris Canonici Institutiones jam inchoasset, quo nullam illis in vita gratius nuncium, & optatius contingere potuisset. Quippe qui satis liquido perspicerent, quam uberem inde fructum essent aliquando percepturi. Cumque plene absolutum opus cognovissent, obnixe orare, atque obsecrare, ut pro sua in omnes, atque adeo in studiosos charitate, & propensa semper voluntate, quamprimum opus ipsum castigandum, & edendum curare vellet, ut ipsi quoque, qui adhuc in cursu studiorum essent, eo libro aliquid proficere valerent.*

PetrusGlussianus Orator ad Pontificem pro Academia Perusiana.

Mo-

Me quoque, ut cum Glusſiano iter Romam arripiam, rogant. Ergo non multo poſtea ego, & Glusſianus Romam appulimus, redditisque literis Academiæ veſtræ ad Cardinales plures, præſertim illos, quibus, quod ab ipſo Senatorio munere honeſtati eſſent, familiarius cæteris Pontifex utebatur, ut nobis apud Principem præſto eſſe & negotio noſtro favere velint, rogamus; quod omnes ſine cunctatione ſunt polliciti, & pro viribus aliqui poſtea præſtiterunt. Eſt in hac re, quod Fabio Myrto Præſuli Cajacenſi, noſtræ tunc urbis, Umbriæque Moderatori, atque Hippolito Corneo, Peruſino Antiſtiti gratias habeamus, quod tum ſuis ad amplisſimos viros literis abeuntes nos proſecuti fuerunt, tum nullum officii genus poſtea prætermiſerunt, quod ad hanc rem promovendam conducere ſunt arbitrati. Literis igitur redditis, Cardinales ipſos, ut nobis ad Pontificem aditum impetrent, ſæpius rogamus, id tamen, quanquam ſedulo inſtaremus, a nobis nullo pacto tunc obtineri potuit. Quod propterea nobis levius ferendum erat, quia propter ingraveſcentem quotidie magis Pontificis ætatem, graves, atque immodicas curas, & vacillantem ſæpe valetudinem, & inveteratam ſic vivendi conſuetudinem, idem principibus viris, & Regum ipſorum legatis contingere animadvertebamus. Non deerant tamen interea, qui nobis aditum ad Pontificem, vel in horas conſtantisſime pollicerentur, nobisque Curiæ, ac Pontificis ipſius mores minime callentibus facile id perſuaderent. Unde Pontificiæ ipſi aulæ ita inhærebamus, ut ne latum quidem unguem plures totos dies, atque integros menſes inde nos divelli non pateremur, ne ſcilicet ille temporis articulus elaberetur abſentibus, quo nos ad Pontificem acciri poſſe, ſtulte exiſtimabamus. Sed cum ſpe noſtra ſæpisſime fruſtrati eſſemus, & de congreſſu penitus deſperaſſemus, cœptorum pertæſi, diſceſſum, amplisſimis etiam viris id ſuadentibus adornabamus, diſcesſiſſemus, niſi Nicolai Majorani, Præſulis Amalfitani, viri integerrimi ſuaſu, novam gerendi negotii rationem fuiſſemus ingresſi. Suaſit enim is, ut quæ coram per id tempus non poſſemus, per literas ſaltem cum ipſo ageremus. Breve ergo Commentariolum ad Pontificem in hanc ſen-

Auctor Romam revertitur opere abſoluto.

Aditus ad Pontificem non impetratus.

Glusſianus & Auctor cogitant de reditu infecta iam re infecta.

Cum Ponti-

ſice actum per literas.

tentiam concepimus: Abſolutas ſcilicet eſſe jam Juris Canonici Inſtitutiones, hortatu ſuo compoſitas, proinde deligere vellet idoneos viros, qui opus (ſicubi res poſceret) caſtigarent, & caſtigatum, atque emendatum tandem, vel Pontificio, vel privato nomine, prout conſultius eſſe arbitraretur, edi pateretur. Rogamus Alphonſum Caraffam Cardinalem Neapolitanum, juvenem humanisſimum, & qui nobis, quantum ſibi per ingenium Pontificis licebat, mirifice ſemper favit, ut & ſchedulam ipſam, & literas Academiæ veſtræ ad Pontificem deferat, is acceptas reddit.

Lyppomanus Pontificis a ſecretis. Quid reſponderit Pontifex chirographo perlecto.

Haud multo poſt easdem Pontifex Aloyſio Lyppomano, qui nuperrime accitus ad aulam acceſſerat, & eum inſigni laude tum fidei, tum diligentiæ, Principi a ſecretis agebat, legendas tradit. Quibus perlectis, his verbis, uſum Pontificem, mihi Lyppomanus ipſe dum viveret, ſæpius retulit: Iſte bonus Doctor juſta petit & meretur exaudiri, quia amat lucem, & odit tenebras: tum etiam plura adjecit, quibus & opus abſolvi velle aſſerebat, & illius noſtri primi congreſſus, ac demandatæ mihi triennio ante provinciæ perſpicue illum meminiſſe Lyppomanus teſtabatur. Addidit mihi, cui Pontificis mores, & ingenium, penitus erant incogniti, ſpem aliquam rei ex ſententia conficiendæ audire eum, qui de negotiis tractandis, vel nihil, vel omnino modice cogitare putabatur; hujus noſtri, & diuturnam tenere memoriam, & de illo ſic loqui, ut ejus abſolvendi deſiderium, ut Lyppomanus teſtabatur, magnum præ ſe ferret. Venerunt nuper ad manus meas ejusdem Lyppomani ad vos literæ, quibus vobis reſpondet, quod gratias ſcilicet ei egiſſetis, quod ille cum Pontifice de edendo opere tractatum habuiſſet. Placuit eas huic noſtro Commentario intexere, ut humanitatis divini hominis teſtes. Audio Cardinales etiam aliquot vobis humaniſſime reſcripſiſſe: Sed illorum literæ ad manus noſtras, cum in Urbe tunc ageremus, non pervenerunt, ideoque illas Commentario huic noſtro inſerere non potuimus.

DO-

DOCTISSIMÆ, ET ERUDITISSIMÆ UNIVERSITATI

Scholarium Perusiæ commorantium.

ACcepi literas vestras, eruditissimi viri, quibus mihi gratias agitis, quod apud Sanctissimum nostrum negotio vestro faverim. Ego quidem (quod in me erat) summopere studui, ut desiderio, petitionique vestræ Sanctitatem suam bene affectam redderem. Id si ex sententiæ successerit, gratissimum mihi fuerit, non quod propterea aliquid mihi deberi velim, sed tantum, quia opera nostra bene fuerit collocata; quæ si aliis vobis in rebus contigerit esse necessaria, eam semper paratissimam habebitis. Romæ 10. Kal. Januarii 1557.

Vester totus A Lyppomanus Episc. Veronensis indignus.

Interea, dum Pontifex de censoribus operis cogitat, serpit per Urbem rumor, advenisse ignotum hominem, qui se Juris Canonici Institutiones composuisse jactet; de quo (ut rebus novis assolet) varius illico sermo. Alii enim inventum multis laudibus extollebant Alii laboriosam esse provinciam asserebant, ac periculi valde plenam. Alii rem putabant insulsam, ac plane ridiculam, & usque adeó non probabant, ut nec Institutionibus Justiniani parcerent, quarum exemplo, quasi quodam clypeo, nostras ego ab obtrectatoribus defendebam. Libet referre nostrum quendam congressum cum homine, qui tunc apud nonnullos, qui ex dicacitate, & clamore cujusque eruditionem metiuntur, non modicam sibi doctrinæ, ac judicii opinionem vindicarat. Is cum de novo Libro edendo Pontificem audit cogitare, statim me acciri jubet: accedo, ut Libri inspiciendi copiam faciam, rogat: exhibeo: legit paucissima; nihil cunctatus, negat recte posita: in quo offendat, interrogo, utque castiget, rogo: ille quasi compertissimum errorem haberet, statim locum emendat: Bone Deus, quam insulse? nego locum emendandum, ille constantissime, & obstinatissime, quanto negabam magis, asseverabat magis. Iubemus afferri librum, unde quæ ille corrigenda asserebat, excerpsissem, & in me-

De Institutionibus Juris Canonici variæ in Urbe opiniones.

Auctoris cum Præfecto Annonæ congressus.

Fuit is Bartholomæus Camerarius Beneventanus vir audax & maledicus.

meum librum optima fide transtulissem: tum locum ipsum ostendo, ubi ad verbum pene ea omnia legebantur, quæ ipse emendanda duceret. Quid quæritis? commode illi cecidit, quod cum turba Cupedinariorum, ac Pistorum circumfusus esset, (erat enim Annonæ tunc Præfectus) nemo, nisi unus, aut alter, quam deliraret, intelligere potuit. Is igitur, ubi frustra se tentare intelligit, ut mihi ineptias suas probet, ad imperitam multitudinem conversus, quasi nullus sibi mecum esset sermo, plurima ferme concionabundus sermocinatur, me non tam contradicente, quam tacite stomachante. Extremum illud fuit, ut diceret, se neque Pontificis, neque meum institutum ullo pacto probare posse; quando nec Justiniani Institutiones unquam multum probasset. Imo tanquam inutiles, ac juvenibus damnosas improbare soleret, sese hominem esse, qui dicendi libertate gauderet, unde, quæ sentire, libere etiam proloqui consuevisse. Hæc cum Pistoribus suis, & cauponibus acclamantibus, dixisset illud etiam, (non omnino forsan temere) adjecit, futurum scilicet, ut multorum invidia magnum mihi in hac re negotium faceret: qui tunc cum maxime mihi studere sese fingerent, meæ causæ jugulum essent petituri, ac quasi per cuniculos oppugnaturi. Ego, ubi hominem palam insanire perspicio, nihil magis, quam aliquem sermonis exitum quærebam, ut dentatæ bestiæ, cui me lacerandum temere objeceram, quanto possem, citius subtraherem. Respondi itaque, quæ dixisset, non omnino mihi improbari, præsertim si cæteri, qui Juri Canonico daturi essent operam, ea futuri essent ingenii, & judicii præstantia, quam omnes in ipso admirarentur, cæterum veluti Lucilius non Persio, hoc est doctissimis viris, sed Tarentinis suis, hoc est mediocribus ingeniis sese scribere asserebat; ita me Tyronibus, qui plerumque ingenio essent mediocri, ac nullo prorsus imbuti Juris disciplina, non sui similibus, Juris Canonici Institutiones perscripsisse. Discedo itaque, sed tamen nescio, quo familiari suo argutulo homine in ipsa via me acriter insectante, atque obtundente, quod opus ipsum Institutiones inscripsissem, quasi inscriptio ipsa nimis esset arrogans, cui cum respondissem, me non id a Justiniano mutuatum, sed

Institutiones Justiniani improbatæ.

Præmonitio de invidia.

Auctoris responsio.

Operis inscriptio.

sed a Gramaticis, qui libellos suos quibus pueritia institui soleret, Grammaticas Institutiones vocant, vel si magis placeret, a Rhetoricis, apud quos Oratoriæ Institutiones haberentur: tum, ut mihi molestus esse desineret, etiam atque etiam rogo, & Librum, vel quolibet nomine suo arbitratu appellaret, nec aliter me ab illa molestia potui explicare. Erant &, qui dicerent non videri verisimile, me, qui Juri Civili interpretando duodecim annos occupatus fuissem, potuisse interim aliquid lectione dignum in Jure Pontificio commentari: quasi vero non hæc Jura connexa sint, sed ita dissimilia, ac invicem pugnantia, ut qui alterutrum profiteri velit, alterius dediscendi necessitate urgeatur. Nonnulli vero qui ex aspectu annorum numerum conjiciebant, ætatem mihi objiciebant; Provinciamque hanc tantam non juveni, quamvis erudito, sed grandævis, & præcellentibus viris demandari debuisse. His ego respondebam, barbam (ut est in adagio) Philosophum non facere; tum & juvenes quandoque magna præstitisse, & quando liber esset in manibus, ex libro ipso de me, non ex ætate mea illico de opere judicium fieri oportere; neque esse conjectura judicandum, ubi demonstrationi locus esse posset, nec multum interesse, num præcellentes illi viri, quos isti adhiberi oportuisse recte existimarent, inchoando operi interfuissent, dum tamen castigando, atque absolvendo præessent. Alia quoque adversus nos contemtim jaciebantur: quæ tunc dissimulanda, ac leviter ferenda ducebamus; cum sciremus, nec divinum hominem Christophorum Columbum (si parva maximis comparare liceat) antea nova maria, novos orbes, nova sydera mortalibus patefacere potuisse, quam decoctoris, ac vanissimi hominis apud omnes diu nomen pertulisset. Quanquam non deerant eruditissimi viri, qui institutum nostrum non mediocriter collaudarent; quorum (ut interim Italos plures omittam) quasi antesignanos videor mihi posse proferre summos ac maximo judicio præditos viros, Franciscum Vargam, Gropperos fratres, & Franciscum Sonnium Lovaniensem: qui cum de ratione instituti nostri ex me cognoscere voluissent; tantum abest, ut improbaverint, ut non vulgaribus etiam laudibus rem extollerent.

Varia in auctorem objecta.

Professio.

Ætas.

Barba non facit Philosophum.

Christophorus Columbus diu vanissimus reputatus.

Erat

Etiam impugnatores operis inspiciendi desiderio capti.

Erat tamen, quod in hac re mirari possetis, nempe quod illi ipsi, qui instituti nostri impugnatores, vel contemtores essent, miro operis videndi desiderio teneri videbantur; ita, ut ultro ad nos multi ejus operis inspiciendi gratia accederent; & quos pudor, ac dignitas ad hospitium nostrum se conferre minime patiebatur, nos ad se advocabant, adeo ut tota prope die librum ipsum, quasi rem quandam novam ex remotissimis Orbis regionibus advectam, circumferre necesse esset. Sed cum id mihi molestissimum accideret, novo commento amovi a me hanc molestiam. Siquidem nostris cursationibus dieculam suffurati libellum conscripsimus: quo totius operis summam, atque ordinem brevissime complexi sumus, atque is ipsus est, quem nunc vobis quoque a me compositum esse volo. Quem si quis perlegerit, de toto opere conjecturam ducere, immo explorato judicare poterit. Ejus igitur legendi copiam pluribus cum fecissem, usque adeo omnibus ferme probatus est, ut illius lectio ex meis oppugnatoribus nonnullos strenuos reddiderit oppugnatores. Inter hos Quinctilianus Mandosius Advocatus Romanus a me reponendus est; qui cum initio Institutiones has videretur passim contemnere, neque adduci posset, ut quidquam lectione dignum a nobis perfectum esse existimaret, quod tanto operis titulo respondere posset, Epitome perlecta, ita de pristina illa sua sententia dejectus est, ut nostræ causæ addictus (nam bene nata ingenia nec pertinacia sunt, & ubi meliora vident, facile sequuntur) ut ego eum, quasi e Saulo meum Paulum evasisse, prædicare solerem. Sed ut adhuc, quanto possem uberius, cunctis satisfacerem, & quotidiana a me certamina propellerem, & semel omnibus responderem; ipsi Compendio Apologiam adjungendam duxi, qua collectis Universorum, qui Institutum nostrum non probarent, sententiis, adversantium dicta confutare, ac rejicere pro viribus sum conatus: cujus tenorem tertiæ parti hujus ad vos destinati commentarii sum complexus.

Excusat se quod cum stomacho interdum loquatur.

In qua quidem sic cui fortasse in tanta præsertim ingenii, ac doctrinæ mediocritate tumidiores esse videbimur, quam decere existimet, cogitet is fieri, nescio quo pacto, ut dum injuste

juſte nimis urgemur, adverſus oppugnatores noſtros ampulloſi, etiam inviti, eſſe cogamur: nam & milites, dum prælium conferunt, non ictus taciti incutiuntur, ſed manus etiam clamoribus adjuvant. Natura enim ſic comparatum eſt, ut quod quisquis ordine, ac recta mente complexum confidit, ſi obtrectetur, acriter tueatur. Intolerandum præterea illorum eſt ſupercilium, qui judicare de aliis cum promte ſoleant, ipſi facere nihil noverunt, & optima quæque prius aſſueverunt contemnere, quam agnoſcere. Illis autem minime reſpondendum duxi, qui me librum ſurripuiſſe, ac magni alicujus Viri ſcrinia compilaſſe calumniabantur, quod dicerent, eo me, quem nec de facie quidem noſſent, nec eſſe judicio, vel eruditione præditum, ut tantam rem aggredi, ac faciliter abſolvere potuerim, quanquam cujus id opus eſſe exiſtimarent, interea non proferrent. His enim magis erat, quod gratias agere, quam ſuccenſere deberem, cum non tam mihi detrahere, quam operi ipſi multum tribuere viderentur, & has ſeneſcentis, ac feſſæ, & quaſi laborantis adverſus Virtutem invidiæ, voces lætus agnoſcebam. Inter hæc, cum antequam rei finis haberi poſſet, diu mihi Romæ manendum eſſe apparet, inſtantibus Aloyſiis, Lippomano, & Ardihghello, nec non Paulo Taranno, viris graviſſimis, & prudentiſſimis, publico decreto ſtatuitur, ut in Peruſina Academia mei, quanquam abſentis ratio habeatur; atque ideo & profitendi locus, & honorarium mihi ſervetur. Eodem tempore Alphonſus Caraffa, in album familiarium ipſius Pontificis me referri jubet; & totius negotii conficiendi provinciam ſuſcipit, in quo eſt, quod gratias agam ornatiſſimis viris, atque optimis Epiſcopis Joan. Baptiſtæ Daſtaneæ (*Caſtaneæ*) Vincentio Ferrerio, Angelo Maſarello, & Adoardo Gualando. Hi enim non deſtiterunt in mediis negotiorum fluctibus, & nos & rem noſtram Alphonſo commendare; atque currentem quidem illum ſua ſponte, ſed tamen graviſſimis rebus interdum valde implicitum, atque occupatum, incitare. Pontifex vero dum de Cenſoribus, & caſtigatione operis cogitat, negotium dat Joanni Reumanno, & eidem Alphonſo Cardinalibus, ut diligenti perveſtigatione prævia, ex omni-

Intolerandi qui de aliis promte judicant, & nihil ipſi præſtant.

Auctor furti inſimulatus.

Auctori abſenti, & locus, & honorarium in Academia Peruſina reſervata.

Pontifex mandat Reumano & Neapolita-

no, ut Censores eligant. mnibus, qui in urbe essent, tres deligerent, qui huic ferendo oneri idonei, ac pares esse possent; subjiciens, (ut mihi postea Reumanus sæpius retulit) rem hanc maxime sibi esse cordi, atque optare vehementer, ut antequam ex humanis excederet, Christiana respublica operis commodum ex se sentiret, ac quasi munus quoddam, librum hunc a se reciperet, perfecturum se, ut eos, qui operi expoliendo, & perficiendo insudassent, laboris ac diligentiæ suæ non pœniteret. *Qui Censores delegati* At Cardinales, Pontificis acceptis mandatis licet hanc operis castigandi provinciam multi non obscure ultro ambirent; ex omnibus tamen, qui in Urbe essent, delegerunt Fabium Acorombonum Sacri Pontificii Auditorii (ut appellant) tunc Decanum, Julium Oradinum illius Collegam, & Antonium Massam causarum Patronum, viros cum judicio, & eruditione præstantissimos, tum in foro, & judiciis, & interpretando jure exercitatissimos. Acceptis ergo ab his mandatis Pontificis, suum quisque a me sumit operis exemplum: plura enim ego antea in eum usum privatis sumtibus exscribenda curaveram. Acorombonus autem, qui, quod amplissimi ordinis, & auditorii caput esset, negotio præesse videbatur; prius quam librum attingerent, oneris socios, & me quoque una splendido convivio excepit, actumque eodem die inter eos est quo ordine, quave ratione res tractari, & absolvi oporteret; itumque est in hanc sententiam; *Operis castigandi modus & ordo.* ut singuli librum, vel libri partem seorsim excuterent, atque si qua offenderent, quæ forte non probarent, aut addenda, tollendave putarent non immutarent quidem, sed compactis ad eum usum codicillis annotarent, annotata mihi una, aut altera die, antequam nobis esset in eundem locum conveniendum, traderent, ne imparatus, quasi causam dicere cogerer: inde, ut certis diebus conveniremus, atque rebus invicem communicatis quæ addenda, vel immutanda, vel resecanda essent, de omnium, vel majoris partis sententia adderentur, immutarentur, & resecarentur. Quæ omnia postmodum ad amussim ex communi præscripto peracta fuerunt, atque toties simul conventum, donec ex ipsorum consensu, & judicio censuram opus ipsum recepit. Nullo hic pacto expli-

plicare possum, quanto omnes ingenio in hac castigatione, quanto animi candore, quanta demum eruditione versati fuerint, nihil unquam improbaverunt, quin si quid ad defensionem afferrem, & diligentissime, & libentissime audirent ac ponderarent, & sæpe etiam de propria sententia, quasi causa plenius cognita decederent: unde illis non modo ego, sed etiam (si quando tandem librum edi contigerit) omnes studiosi adeo debebimus, ut pro collato in nos beneficio gratias nunquam satis agere valeamus. Opere castigato, ac recognito, reliquum erat, ut de re tota per Censores ad Pontificem referretur, quod ipsum illi quamprimum facturi videbantur, si eis ad ipsum aditus patere potuisset. Sed is tam in abdito asservabatur, tam omnium congressus aversari videbatur, ut ne ad sacra quidem audienda jam e conclavi pedem efferret. Unde præter conjunctos, ac familiares paucissimos, admittebatur nemo, nisi forte magnorum Regum Legati: quos tamen & ipsos prius ob eam rem aliquandiu prensare oportebat, & sæpe die, atque hora ad compellandum Pontificem dicta venientes, ac per aliquot horas expectantes demum excludebantur. Neque mirum cuiquam hoc videatur, cum sæpe etiam (ut ferebatur) contingeret, ut viros amplissimos ultro ex remotissimis Orbis regionibus magno illorum incommodo, ac sumtu Romam evocaret, venientesque vix post longum temporis spatium admitteret, quod quidem utrum ex difficili, & omnia tardius agentis Pontificis ipsius ingenio, vel alia de causa contingeret, mihi quidem non satis est in comperto. Illud quidem certo scio, vel Solem ipsum ægre jam tum ad illum penetrare potuisse. Unde cum omnis prope coram referendi esset Censoribus nostris spes ex hoc ademta, quod coram se non posse intelligerent, per literas demum agere decreverunt. Epistolam itaque communi nomine conscribunt, qua, quid de opere sentiant, complectuntur, eamque Pontifici reddi curant, uberius etiam, ubi colloquendi potestas fieret, coram relaturi. Ut autem quilibet, quæ sit illorum de libro sententia, facile cognoscere valeat, illam ipsam omnium oculis subjiciendam duxi.

Pontificem adeundi maxima difficultas.

BEATISSIME PATER.

Censorum relatio. Cum S. V. nobis injunxerit, ut Institutiones Juris Canonici jussu, & nomine B. V. compositas videremus, & excuteremus; primum universum opus singuli perlegimus: Inde certis diebus in unum locum simul sæpius convenientes, rebusque invicem communicatis, ea, quæ vel immutanda, vel addenda, vel resecanda visa fuerunt, pro tenuitate judicii nostri immutavimus, addidimus, & resecavimus, authoremque ipsum (qui nobis non contemnendo ingenio, & eruditione præditus visus fuit) exactissimam operi absolvendo diligentiam adhibuisse multis argumentis comperimus: Librum itaque judicamus, cum necessarium, tum etiam bene ordinatum, ac digestum. Cum universa prope, quæ in Pontificii juris libris sparsa conspiciuntur, certa via, & ratione compendiosaque brevitate complectatur, & vere (nisi nos fallit opinio) ab omnibus commendandum erit propositum atque institutum S. V. quasi sibi divinitus inspiratum, quum non minus gratum futurum sit hoc opus Juris Pontificii studiosis, quam sint Institutiones, Justiniani nomine compositæ, Jura Civilia profiteri volentibus. Existimavimus tamen, ne qua omnino (quantum fieri potest) ansa detur, & occasio novis altercationibus, quas interdum nimis anxie diligentes morosa curiositate excitare consueverunt, forte non ab re esse, si nonnulla inserantur Procemio, quod ipsi operi B. V. præfigendum duxerit, de quibus, cumprimum commodo suo fieri poterit, ut suo nos dignetur colloquio, plenius disseremus, omnia tamen sapientissimo judicio B. V. relinquentes; cui, quanto majores possumus, gratias agimus, quod nos, qui tanti nos non facimus, dignos putaverit, quibus tam arduum negotium committeret, in quo si quid defecimus, id totum nostræ imbecillitati adscribere dignetur: non quod omni diligentia, & conatu ad exequenda mandata S. V. paratissimi (ut debemus) non fuerimus: quam DEus Optim. Max. diu nobis incolumem, felicemque superesse velit, E. B. V.

Nonnulla per censores immutata.

Testimonium de diligentia Auctoris.

Liber necessarius & bene ordinatus.

Civilium & Canonicarum Institutionum comparatio.

Quædam Procemio Institutionum inserenda.

Diligentia Censorum.

Hu-

Humiliss. Servuli { *Fabius Acorombonus Rotæ Decanus.*
Julius Oradinus Rotæ Auditor.
Antonius Massa. }

A tergo

A. C.

Pro Magnif. D. Joan. Paulo Lancelotto, *Die 4. Novembris.*
Adam de Invidia Notarius.

DIe quarta Novembris constitutus in officio mei Notarii, & coram me &c. D. Vanantius Barnabæus, Clericus Fulginatensis, testis inductus super recognitione retro scriptarum subscriptionum: qui visis, &c. recognovit manum, & subscriptionem Mag. Do. Antonii Massæ de Gallesio, quem vidit pluries subscribere, juravit tactis, &c. Deinde ibidem &c. D. Carolus de Vallata, Clericus Rodonensis Diœcesis, substitutus in officio D. Felicis de Romanalis: (*Romensis*) qui visis, &c. regnovit omnes tres manus, & subscriptiones in forma: quia vidit eos omnes scribere, juravit tactis, &c. Succesive in eodem officio coram me Notario, &c. D. Bernardus, (*Buerandus*) S. D. N. PP. cursor, testis inductus super eadem recognitione, qui visis, &c. recognovit binas primas subscriptiones scriptas, videlicet manibus R. P. D. Fabii Acoromboni, & Julii Oradini: quos pluries vidit scribere; juravit tactis &c. *Recognitio.*

Adam de Invidia Notarius.

ANno salutis nostræ Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, mense Octobris Sanctissimus Dominus noster interpellatus literis Scholarium Universitatis Academiæ Perusinæ, ut dignaretur edere librum Institutionum Juris Canonici, quas D. Joan. Paulum Lancelottum jussu, & nomine suæ Sanctitatis, conscripsisse audierant; mandavit nobis, ut idoneos viros deligeremus, qui perlecto, & diligenter excusso opere referrent, num hujusmodi esset, quod sub nomine S. S. edi posset. Nos autem delegimus R. Fabium Acorombonum, & Julium Oradinum, Audito- *Testimonium Cardinalis Reumani.*

tores Rotæ, & D. Antonium Massam causarum Patronum: quorum electionem etiam S. D. confirmavit. Qui quidem viso libro, retulerunt, prout habetur in eorum relatione in scriptis facta.

Suprascripta vera sunt, in quorum fidem me subscripsi Joan. Cardinalis Reumanus.

Istud est igitur gravissimorum, & eruditissimorum hominum causa, penitus cognita, ac perspecta de nostris Institutionibus judicium: cui si quis, non perlecto præsertim opere, proprium velit anteponere, non secus agere, me judice, videri potest, atque si quis dicat, acutius se nocte intempesta posse cernere, quam alios ipso in meridie. Sed quoniam quiddam Procemio inseri non ab re esse significant, ne quis adhuc tergiversari possit, hoc quoque cujusmodi sit, est nobis aperiendum. Viri oculatissimi nihil æque timuerunt, quam ne quis (si qua forte verba operi essent inserta, quæ ab his, quæ in Decretalium libris leguntur, diversa essent) ad veterum Jurium correctionem eam varietatem subtili nimis, ac sophistica interpretatione detorqueret, ut Interpretes interdum, dum vel syllabas superstitiosius ponderant, sunt morosi, proptereaque, & a me prius, & ab ipsis postea magna est adhibita diligentia, ne (quantum res pateretur) temere & cum periculo a verbis veterum recederemus, immo multa, quæ cubitalibus literis aliis Pontificii Juris libris inveniuntur expressa, de libro Censores expungi voluerunt; sive quod legentium auribus prima facie male sonarent, sive quod usu non admodum recepta essent, sive quod obscuritatem continerent, claritati enim mirum in modum videntur mihi studuisse. Cæterum, ut adhuc Cavillatoribus, verborumque aucupatoribus penitus os occluderetur, consultissime agi putaverunt, si Summus ipse Pontifex Procemio, quod operi esset præfigendum, testato hoc exprimeret, quod Jus novum condere, vel vetus abrogare non intendit. Et ut ipsius negotii effigiem plene cognitam habeatis, quasi ob oculis positam, subjiciam hic Procemii exemplum non quidem a Pontifice, vel ejus mandato a quoquam conscriptum, sed a me ipso hortatu, & jussu ipsorum Censorum, antequam librum attingerent,

Quid Censores operis Procemio inserendum censuerint?

Male sonantia, vel usu non recepta, de libro abrasa.

Operis Procemium jussu Censorum conscriptum

rent, compositum: quod (sicut ipsi tunc asserebant) propterea, ut facerem, mandaverunt, ut ipsius rei ab ipso initio totam imaginem expressam, quasi de propinquo melius possent intueri.

PIUS EPISCOPUS, SERVUS

Servorum DEI Universis Juris Pontificii candidatis Sal. & Apost. Ben.

HOminem rectum creavit DEUS: ille autem dum declinat ad malum, infinitis (ut divina testantur oracula) sese miscuit quaestionibus. Hinc est, quod ingruentibus malis moribus, & gliscentibus igitur litigiis, & novis casibus emergentibus, necesse fuit, ad veteres Canones varia Sacrorum Conciliorum Decreta, ac multas recentiorum Pontificum Constitutiones adjungere: quae inordinatis rebus ordinem tribuerent, inutilia praescinderent, labentia fulcirent, & ex vinea Domini, quasi quidam surculos, non modo nocentes herbas evellerent, verum etiam salutiferas insererent. Unde sacrorum canonum, Decretaliumque Epistolarum (rebus ita exigentibus) tam magnus hodie factus est cumulus, ut numerum prope Legum secularium exaequare videantur. Inde fit, ut quae cito, & cunctis innotescere necessarium foret, vix a paucis diuturno studio cognosci valeant; quod ipsum accidit, non modo ob Constitutionum multitudinem, verum etiam, quod iis, qui istius Juris scientia imbui cupiunt, nulla certa via, vel methodus a quoquam huc usque praescripta fuerit. Unde nullis certis initiis, ac vestigiis inhaerentes, per devia incerto cursu temere vagari compelluntur. Et sane perquam incongruum erat, ut sacrosancta Juris Pontificii facultas principio ipso, hoc est parte potissima careret; & a Legibus profanis, quae Canonibus ipsis famulari cousueverunt, in hac parte superaretur. Idcirco inter cunctas sollicitudines, ad quas nos debitum Apostolicae servitutis adstringit, non in postremis ducimus, ut florentissimae Juventutis studia nunc magnis propositis praemiis, nunc eruditissimis viris, ad docendum ad Gymnasia nostra undique accersitis, nunc novorum editione Ecclef, c. 7. 30.

tione librorum, quantum possumus, sublevemus. Studiosorum itaque difficultatibus paternæ diligentiæ studiis obviam ire cupientes, non tamen per hoc aliquid novi Juris statuere volentes, ea, quæ hucusque variis locis, ac libris dispersa fuerant, quasi in artem redigenda curavimus, & dilecto N. mandavimus, ut ex universis Pontificii Juris libris Institutiones certo ordine contexeret, & conficeret, quas in quatuor libros, & congruos titulos partiri jussimus, ut sint totius Juris Canonici principium, & elementa, quarum ductu expeditius, & citius ad metam illius Juris Studiosi pervenire valeant. Legimus itaque, & per dilectos filios nostros N. N. N. summa cum diligentia, & studio recognovimus, easque nunc ad Universitates vestras transmittimus. Sumite igitur alacri animo, & cum omni reverentia, atque iis ita operam date, ut ad cætera cito, & facile beneficio nostro pervenientes, Apostolicæ Sedis, atque universæ Christianæ Reipublicæ commodo atque ornamento aliquando esse valeatis. Datum, &c.

Triplex remedium ad effugiendum innovationis vel correctionis periculum.

Ad effugiendum igitur scopulum istum correctionis, & innovationis, quem multi quidem temere, sed omnino nimis superstitiose formidant, triplex est paratum remedium. Primum omnium efficacissimum, præsentissimumque, Pontificis ipsius testatio, si diserte caveat, quod non intendit jus novum condere, nisi id ipsum exprimat. Quam quidem si Procemio suarum Institutionum, & Justinianus olim inseruisset, multæ de medio legum perplexitates sublatæ essent, quæ legentium nunc ingenia vehementer torquent. Secundum, nostra omnium in ea re cavenda diligentia, qui ne latum quidem unguem, ubi periculum poterat imminere, nisi rebus valde perpensis, a verbis Canonum recessimus. Demum id, quod legibus ipsis est cum omni Scriptorum genere commune, benignæ scilicet ac probabilis interpretationis beneficium, de quo quoniam prolixe infra suo loco disputabimus, nihil hic dicam amplius, sed deinde vobis petendum relinquimus. Non desinunt tamen adhuc nonnulli ad hæc aures obstruentes, formidandum Legis nomen, & innovationis scopulum in vulgus jactare; & eos, qui nostrorum consiliorum

Testatio Principis. Diligentia. Interpretatio.

rum ignari ſunt, non ſolum a cauſa noſtra abducere, verum etiam, & nos ipſis laniandos tradere, aut helleboro curandos. Sed ſi quis acutius introſpiciat, non ſecus his hac in re nunc accidit, quam ut cum agricolæ jactis ſeminibus, vel ſuccreſcentibus herbis, vel maturis pomis ab avium incurſibus timentes, medio ipſo in agro, aut arboris ſummitate viliſſimum aliquid ſordidæ, atque attritæ veſtis vento agitandum ad terrendas aves ſuſpendunt: veluti enim, etſi vere nihil ſit ab inani ſpectaculo volucribus timendum, aufugiunt tamen, & a palliolo, quaſi ab inſolenti monſtro declinant: ſic multi audito Legis ad terrendum confićto nomine, potius quaſi ab imminenti periculo aufugientes, inſtitutum hoc noſtrum averſantur, & tamen, ſi non ita eſſent formidoloſi, & propius accedere non vererentur, & cauſam accuratius cognoſcere, & quaſi ex propinquo intueri vellent, intelligerent profecto ab hoc legis nomine nihil magnopere timendum, & pulicem hunc eſſe, non Elephantum. *Hui* (inquiunt) *tantumne privatum, atque illum juvenem eſſe auſum? Senatus ſæpe totus in unica ferenda Lege diu laborat, & unus iſte homuncio quatuor Legum libros in ſuo ſolus cubiculo meditatus, repente nobis condiderit?* Quaſi vero novas mihi leges confixerim, ac non veteres potius expeditiore quadam, & compendioſiore via, atque id quidem non ſine exemplo probatiſſimorum virorum rudioribus tradere conatus fuerim? Quaſi eadem novarum Legum ferendarum, quæ veterum ſub certum ordinem reponendarum ſit ratio? quaſi non in magnam hominum lucem, & in Urbem ipſam prodierim, diutiſſime permanſerim, opus ipſum paſſim omnibus legendum, excutiendum, lacerandum non tradiderim? Habet Invidia inter vitia cætera illud proprium, ac quodammodo peculiare, quod adeo turpis eſt, ut nulla ratione ipſa ſe intueri, & agnoſcere velit; ideoque livori ſuo magnifica ſemper verba, atque illuſtres ſermones prætexit. Unde qui ſe iracundum, intemperantem, & ad voluptates proclivem confiteatur, facile invenias; at quod ſe quis invidum eſſe, ac lividum concedat, nec tormentis quidem facile extorqueas: quinimo, cum maxime virus evomunt, ſe veritatis eſſe amatores invidi prædicant, atque

Agricolarum mos.

Non eadem ratio novarum Legum ferendarum quæ veterum ordinandarum.

Invidia non poteſt ſe ipſam intueri.

Quæ vis invidiæ.

ea de causa nec amicis quidem parcere solere : tanta est enim virtutum, vitiorumque vicinia, ut maledicus pro libero se quis interdum venditare valeat : ea autem inest vis pestilenti huic morbo, quod si quem gratia, vel auctoritate pollentem occupet, præclaras quasque res evertit, ac destruit; sin vero (quod sæpius accidit) humiliores arripiat, habet illud boni, quod quasi in propria viscera verso gladio maximum malum invidis ipsis afferre consuevit. Sed ut demus, liberum esse cuique, ut suo non alieno arbitratu explicet, quid de quaque re sentiat, aut periculum sibi fingat, quantumvis magnum; idque animo fieri non posse, nisi candidissimo, certe ut ipsis pro suo, ita etiam & nobis pro nostro ingenio diversa sentire, atque opinari, sine alicujus temeritatis suspicione integrum esse debet; præsertim cum tot summos viros habeamus subscriptores, ac nostræ sententiæ propugnatores, ac propemodum auctores. Et mehercule quanto magis cogito, tanto magis istorum hominum scrupulositatem, & tantam formidinem demiror, præsertim, quod Sacræ Theologiæ Magistri, quibus etiam librum hunc nostrum opportunis locis excutiendum tradi necesse fuit, nulla mihi ingentia pericula, quod Jurisperiti aliqui faciunt, finxerunt; quippe quod ubi tractantur ardua, verbis Canonum ipsorum, quasi cuidam clavo, tenaciter nos inhæsisse liquido compererint : & tamen nemo nescit, facilius, & haud paulo majore cum detrimento, quam in pertractando Jure, & errari in re Theologica : quæ non fluxæ alicujus, & cito evanescentis rei, sed ipsius sempiternæ salutis solum rationem ducit : præsertim in hac temporum nostrorum calamitate, quibus tam multarum hæresium obortæ sunt in Ecclesia procellæ, ut si quis scrupulosa interpretatione quantumvis diligenter, ac sincere scripta pertinacius investigare velit aliquam hæresim, eadem subolere facile (nisi fallor) extorquere poterit. Theologi tamen non modo me ob eam rem ab hac scriptione non sunt dehortati; verum etiam Institutiones hasce nostras locupletissimo testimonio ornarunt. Nam cum castigandi operis

Theologorum sententia.

Facilius & majori cum periculo erratur in Theologia, quam in jure.

Testimonium magistri Sacri Palatii.

ris certis locis, qui rerum Theologicarum, utputa Sacramentorum tractationem continent, provincia Danieli Blanco Cremensi, Dominicano Regulari, viro doctisſimo atque acerrimi judicii demandata eſſet; de paucis, quæ vidiſſet, ita cenſuit.

Quæ de Sacramentis in genere, quæ etiam de Baptiſmo in ſpecie, & Confirmatione Sacramentis legi in Libro Inſtitutionum Juris Canonici; & Catholicæ veritati conſentanea, & legali ſerie diſpoſita, & appoſite tractata, quantum aſſequi potui, meo exiguo ingenio, videtur.

F. Daniel Blancus.

Is autem omnia perveſtigare non potuit: quippe qui ſub ipſo tempore, quo noſtro operi perlegendo, & dijudicando incumbebat, Sacri Apoſtolici Magiſter delectus eſt, unde ad cætera multa, quæ ſibi ante Fidei, ac Religionis cauſa obeunda erant negotia; adeo magnus acceſſit cumulus, ut noſtri inſpiciendi libri provinciam alteri demandare coactus fuerit. Delegat itaque rem Matthæo Lachio, Sodali ſuo, viro, cum probatisſimæ doctrinæ, tum vero etiam ſpectatæ pietatis. Is autem ita cenſuit:

Nos Frater Matthæus Lachius Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & in Diæceſi Peruſina Commiſſarius S. Inquiſitionis: legimus, & conſideravimus Librum nuper compoſitum ab Excell. Doctore U. J. D. Jo. Paulo Lancelotto Peruſino; & ſpecialiter quæ ſpectant ad Septem Sacramenta Fidei Chriſtianæ; & lætati ſumus, quomodo minores, & majores; proficientes, & docti, nedum incipientes, invenient breviſſima hora, quæ longo temporis tractu non potuiſſent; unde ſibi, & aliis ad ædificationem Eccleſiæ proficiant. Et judicavimus, ut non ſolum excudi tuto valeat, verum etiam quamprimum edi valde expediat: ad hoc ut præclara Sacrorum Canonum Statuta concinna ſtructura atque ordine eleganti connexa, omnibus innoteſcere valeant. Die VI. Jan. M. D. LIX. *Teſtimonium Inquiſitoris.*

Ita eſt Fr. Matthæus, qui ſupra, manu propria ſubſcripſi.

 Per-

Perspicitis igitur præstantissimorum virorum testimonio, tantum abesse, ut in re Theologica lapsus fuerim, ut in ea tractatione etiam a laudatissimis viris laudari meruerim. Cum tamen interim Theologiam ipsam non profundius attigerim, quam quo Canones pertingunt, aut homine Christiano digna institutio exposcit: ut sicubi, eo certe in loco potissimum, lapsus timendus fuerit. Unde si in lubrico constitimus, & in locis non admodum nobis exploratis, & cognitis, certam nihilominus viam tenuimus: quanto tandem est æquius, idem nobis contigisse, & in his credi, quæ ad meram tantum Juris cognitionem pertinent? quæ quidem, quod eis cognoscendis omnem prope ætatem consumsimus; si non trita nobis sunt, certe longe magis habemus cognita, quam ea ipsa, quæ ad Theologiæ facultatem spectant.

Ad Rom. 14. 5. *Sed permittamus in suo quemque sensu* (ut dicebat Apostolus) *abundare*: & ad institutam totius rei narrationem jam revertamur.

Petrus Schulingus seu Schultingus Coloniæ Agrippinæ Nuncius.

Sub hoc ferme tempore, quo mihi cum Censoribus meis negotium erat, & de ipsorum Censorum Epistola Pontifici reddenda laborabamus (fuit enim & in eo mihi laborandum) splendidissima Germaniæ Civitas, Colonia Agrippina Petrum quendam Schulingum a Steimoich, Juris (ut vocant) Licentiatum, Romam misit, ut is nomine Coloniensis Senatus cum Pontifice ageret, de privilegiis quibusdam Universitatis, & Gymnasii publici confirmandis, & augendis. Qui cum de Institutionibus nostris audisset, operis & argumenti novitate vehementer, ut mihi visus est, captus, sæpe me obnixe obsecrat, ut libri describendi copiam ei faciam, nihil posse prædicans Universitati suæ gratius ex Italia exportare; cui cum re nondum absoluta, non posse me obsequi, sæpe respondissem; idem rursus a Neapolitano flagitat: sed cum nec ab ipso voti compos fieret; idem tandem ab ipso Pontifice per literas, cum accessus ægre pateret, petit. Quarum literarum, ut & ejus rei apud cæteros quoque fides extaret, exemplum mihi curavi: erant autem in hæc verba conceptæ:

Ad

Ad cætera S. V. erga Coloniensem Universitatem magna beneficia humilem oro, atque obsecro, patiatur etiam eum cumulum accedere, ut revertenti mihi ad Colonienses Studiosos liceat Institutionum Juris Canonici, quas jussu S. V. felicissime audio absolutas, exemplum deferre, ut iidem ab ea non solum Sacerdotiis, ac proventibus, sed etiam præclaris literarum monumentis, sese adjutos esse, perpetuo gloriari possint. E. B. V.

Servus humiliss. Petrus Sculingus Stemoich, Legum Licentiatus, Reipubl. Coloniæ Agrippinæ Nuncius.

Sed nec a Pontifice, quod nondum esset res absoluta, aliquid impetrare potuit. A pluribus elapsis mensibus Censorum Epistola Pontifici tandem redditur. Is illam diligenter cum perlegisset, Censoribus crastina die ad se, ut veniant, nunciari jubet; postridie mane me Neapolitanus accersit, edicitque illa ipsa die mihi una cum Censoribus meis coram Pontifice consistendum, ibique de ratione edendi operis agendum. Ad horam in Vaticanum omnes convenimus, & me non subsequente, ne quid vel auribus meis dare viderentur, vel liberius loqui impedirentur, astantibus sex Cardinalibus, Censores, atque una Sacri Palatii Magister, ad Pontificem intromittuntur, & exhibito libro, de toto negotio retulerunt: longa coram illo disceptatio, ac sermo, cui, licet non interfuerim, nihil tamen suspicari licet, eos retulisse, quod ab eo, quod proprio firmassent Chirographo, dissideret. Postremus & ipse admittor: secundo demum anno postquam Romam appulissem: qui, pedibus de more exosculatis, exposui brevibus, quod, cum sub initiis adepti a se Pontificatus, suasu, atque impulsu suo Institutionum Juris Canonici, quas antea inchoassem, absolvendarum provinciam assumsissem; ab eo tempore per triennium ferme toto pectore operi absolvendo invigilassem: demumque impellentibus Perusinæ Academiæ Scholaribus Romam me contulissem; ibique diu commoratus, nullis laboribus, aut sumtibus pepercissem; donec eruditissimi, ac præcellentes viri operi limam de mandato suo adhibuissent. Tum, si quid a me fuisset elaboratum, quod sublimitate Romani Pontificis non in-

Nuncii Coloniæ Agrippinæ petitio.

Compertum auctori fuit hunc Coloniam exemplar Institutionum secum asportasse, & publice aliquando interpretatum antea, quam ederentur.

Auctor ad Pontificem admissus post biennium.

Auctoris ad Pontificem oratio.

indignum videri, ac studiosis aliquam utilitatem parere posset; primo quidem DEO Opt. Max. gratias agendas: qui etiam mutis & elinguibus loquendi facultatem interdum largiretur. Deinde Censoribus ipsis, qui nihil diligentiæ, aut laboris intermisissent, ut opus ipsum castigarent, & perpolirent. Reliquum esse, ut ille supremam operi manum imponeret, ut tandem undecunque absolutum in manus hominum devenire posset. His ille, gaudere se mirum in modum, quod de meo ingenio, & eruditione, atque institutionum nostrarum elegantia plura ex doctissimis viris audisset: qui quidem tam multa prædicassent, ut nisi illorum judicium, ac fidem sæpius in rebus arduis probasset, facile in eam suspicionem adduci potuerit, ne scilicet ex nimia quadam in me benevolentia, atque amoris abundantia, potius quam ex judicio, ea de me sentire, ac proloqui cogerentur. Sed cum sæpius maximis in rebus illorum a se spectata esset integritas, quæ de me, atque opere retulissent, non tam eorum in me benevolentiæ (*quam conscientiæ*) ac virtuti tributa esse se credere, & pro certo habere. Proinde bono essem animo: statuisse enim mihi obtemperare, & velle, librum edi apposito a se Procemio: desiderare tamen nonnihil circa operis ordinem, & Rubricas, ut essem ex Censoribus intellecturus. Id autem erat hujusmodi, scilicet, ut, quanto possem minus, ab ordine Gregoriani operis discederem, nec mihi novas titulorum inscriptiones, nisi cogeret necessitas, fingerem. De reliquo se daturum operam, ut meorum laborum me minime pigeret. His verbis acceptis, plenius ex ipsis Censoribus Pontificis de tota re sententiam cognovi: quæ ad summam erat hujusmodi; ut cernerent, operi procemium præfigere, declaraturus ibidem, quam statuerit illi auctoritatem impertiendam: idemque ea disputatione adeo delectatus est, ut assereret, constituisse se occupationibus suis horas suffurari, quibus librum totum perlegeret, ut is de suo judicio supremam manum acciperet. Hucusque (studiosi juvenes) Institutionum, quas tantopere nunc a nobis flagitatis, edendarum tractatus processit, nec ulterius ullo pacto pro-

Quid Pontifex auctori responderit. Hoc nec Paulus, nec successor fecit; quæ fuit illorum in studiosos liberalitas.

Pontifex asserebat se ultimam operi manum velle imponere.

progredi potuit: siquidem, cum non nisi a se quoque diligenter recognitum, editurum librum Pontifex assereret; atque is esset, qui cum innumerabilibus, ac gravissimis negotiis senio jam confectus premeretur, tum vero etiam qui hujusmodi res cunctorum hominum opinione tardius soleret expedire, qui fieri unquam potuit, ut me vivo, etiam si nunquam interiturus ille videretur, successivis tantum horis justum opus perlegeret, cuncta minutatim rimaretur, limam ex suo judicio apponeret, in lucem ederet: præsertim quod (ut illi facultatum cæterarum cognitionem vel exactam, concedamus). Juris quidem constat, non fuisse valde consultum. Sed fuerit consultissimus: certe non ego librum meum melioris fore conditionis existimare debui, quam Breviarium ipsum Romanum, quod non modo ab initio initi a se Pontificatus, verum etiam (ut audio) in omni propemodum vita a se castigatum, Clericis legendum tradere statuerat; & quod quotidie vel invitus, dum horarias preces perlegere, præ manibus habebat; & tamen nunquam absoluturus tunc videretur, & nunc non absolvisse liqueat: forte circa tollendos improbatæ lectionis libros vehementer occupato, edendis bonis eodem tempore vacare non licebat. Unde tum mea sponte, tum etiam viris amplissimis, & quibus Pontificis ipsius ingenium longe melius, quam mihi cognitum erat, ita asseverantibus, per ipsum rem confici posse desperavi: itaque nihil non egi, ut mihi privato nomine librum edere liceret. Ejus rei testes mihi sunt illustrissimi viri Bernardinus Scottus, Joann. Reumanus, Scipio Rebita. Testis, si vivat, Hieronymus Dandinus, cujus de omnibus benemerendi studium magnam mihi tunc admirationem movit. Is enim, cum neque ab Universitate vestra literas ullas accepisset, nec a quoquam vel leviter admonitus esset, neque me de facie quidem nosset, simulatque causam adventus nostri, nescio qua ratione cognitam habuit; ita negotium complexus est, ut nullam unquam occasionem, vel mei ornandi, vel rei summo studio maturandæ, interire passus fuerit: ita ut sola viri huma-

Pontificis tarditas.

Breviarium Romanum.

manitas nonnullorum erga nos inclementiam lenire, ac redimere potuerit. Teſtes Pompejus Picolhomineus, & Andreas Matthæus Aquævivius: qui noſtræ cauſæ ita ſemper faverunt, & publicas prope contentiones adeo ſtrenue ſuſceperunt, ac ſubſtinuerunt, ut propriam illos egiſſe cauſam, credere poſſis. Teſtes denique Michael Guiſilerius, & Guilielmus Sirletus, & ſi vivant Vergilius Roſarius, & Daniel Blancus, quibuscum, quod ſpecialiter ambobus novorum omnium operum judicandorum, & edendorum provinciam Pontifex delegaſſet; ſæpe ac ſæpius tam coram, quam per literas egi, ut ejus libri, quem ipſi, & docti omnes probaſſent, edendi licentiam tandem mihi, vel concederent, vel impetrarent. Sed nullo pacto id obtineri potuit, affirmantibus illis, non eſſe ſibi integrum, ut ſuper his, quibus Summus ipſe Pontifex manum jam appoſuiſſet, aliquid ſtatuerent, vel permitterent, ſed eidem omnia illibata reſervari oporteret. Ergo magnam temporis jacturam, & mille paſſus incommoda, & ſumtibus pene exhauſtus, cum negotia quædam familiaria cauſatus, a Neapolitano abeundi licentiam vix impetraſſem, Elephanti partum non duxi amplius expectandum. Roma itaque diſcedo; quibusdam, provinciam, quam Pontifici ſcirent eſſe cordi, a nobis deſeri vehementer admirantibus; pleriſque tamen, turpem nos tuliſſe repulſam, atque improbatum opus noſtrum exiſtimantibus. Neque omnino id temere. Quis enim tam æquus rerum æſtimator eſſe poterit, qui cum me poſt biennium fere exactum, vix ſummis non dicam precibus, ſed laboribus loquendi cum Pontifice copia ſemel tantum impetrata, re propemodum infecta in patriam rediſſe, vel videt, vel audit; non peſſime etiam de libro Inſtitutionum noſtrarum, ac de negotio toto judicare debeat? En (inquiunt) rediit tandem novus hic noſter Tribonianus: at cur interim præclaras illas ſuas Inſtitutiones nobis non exhibet? cur quaſi theſaurum in abdito aſſervat? nimirum theſaurus in carbones verſus eſt: noſtis cætera. Atque hæc, & in hanc ſententiam ſimilia ejusmodi ſunt, ut illis nec ego quidem ſatis commode queam reſpondere, niſi ab ovo to-

Edendi libri ſententia non impetrata.

Auctor Roma diſcedit.

totius facti seriem recenseam. At quantum quisque fidei orationi nostræ habiturus sit, alieni prorsus est arbitrii: nec apud multos mendacii suspicione omnino caret: ita fit, unde me laudis saltem præmium referre oportuit, existimationis detrimentum feram: quod ut quomodo minuam saltem, quando ab eo me penitus vendicare non possum, non ab re fore existimavi, si operis ipsius compendio locupletissima etiam illustrium virorum testimonia adjungerem, atque in vulgus ederem, quibus mali de nobis rumores paululum comprimantur, neque enim ego omnium sermonibus, qui de hac re loquuntur, interesse, atque omnibus in angulis, ad tutandam causam meam, adesse possum.

Agendum itaque mihi nunc esse, ut milites, vel militum Duces interdum solent: hi enim si pugnæ sic eventus ceciderit, ut, quanquam in illis nulla culpa sit, parum tamen probe rem gessisse, vulgo existimentur; ut se purgent, & ab omni culpæ suscipione vindicent, chartulas quasdam in publicum edunt, (manifesta illi appellant,) quibus rei gestæ seriem recensentes, ac probatissimorum testium dictis confirmantes, sese ab omni honoris labe, atque infamia asserere, & eximere conantur. Et hoc quidem liberius ut facerem, ea etiam ratione sum adductus, quod ita illorum, qui cœptis nostris favere conati sunt, collatum in nos beneficium, quoad per mea scripta fieri potest, apud omnes testatum faciam, atque ita (ut Comicus inquit) *Manifesta.*

Uno labore exolvam ærumnas duas.

Videor enim mihi hoc debere meis fautoribus, ut quando ipsis gratiam referre non valeo, aliquam saltem grati animi significationem ostendere conari debeam: imitandosque mihi esse statui viatores, qui paulo sint accuratiores. Veluti enim hi, si quid in itinere ac peregrinatione offenderint, vel vetustate admirandum, vel novitate gratum; si quos item latronum incursus, vel fluminum impetus incolumes invaserint; sicubi ab amicis splendidiore convivio excepti fuerint; ne quando ea ex- *Viatorum accuratiorum mos.*

P ci-

cidant, proprio libello solent adnotare, & cum in patriam redierint, omnibus recensere. Sic ego, qui, ut adhuc portum non tenuerim, naufragium certe non feci; quæcunque mihi in hujus negotii tractatione obtigerunt, quæ non indigna visa sunt, de quibus meminisse deberem; in hoc nostrum Commentarium congessi, eaque patronis, atque amicis meis, (si vacet) legenda nunc libenter exhibeo: sicque (ut inquit Tragicus)

Quod fuit durum, pati, meminisse, dulce est.

Quanquam, & non sum nescius, sic me rursus exponere morsibus invidorum: quorum livori satius forte fuerat silentio meo modum ponere, quam aliquid novi edentem, & adhuc eadem in sententia persistentem, eorundem insaniam provocare: sed quando semel imprudens manum in flammam misi, proprio malo factum audentiorem juvat idem nunc facere scientem, prudentemque. Liceat tamen mihi ab his illud impetrare, quod a canibus suis Hieronymus precatur, scilicet ut hoc, quicquid est libelli, legant prius, & postea despiciant, ac pro libidine lacerent, ne si aliter faciant, vel inciviles habeantur, qui quasi tota lege non perspecta judicent, vel non tam ex judicio, quam ex livore, ignorata damnare videantur. Accesserunt huc præterea frequentes vestræ, Juris studiosi, de institutionibus ipsis edendis interpellationes: quos ego assiduum interpretandi laborem causatus, in æstivos præteritos menses rejeceram, atque hucusque tandem detinui: nunc cum a prælegendi munere diu, ac sæpius cessatum sit; dilatoria hujusmodi exceptione destitutus, apud vos plane (puto) decoxissem, nisi aliquo salfem commento, atque aliqua ex parte promissa repræsentassem. Egi vero vobiscum, ut cum suis creditoribus solent tenuiores debitores: quibus satisfaciendi non voluntas, sed facultas deest: qui si ære alieno premantur grandiore, nec dum omnino sint solvendo, sed intervallo temporis aliquam spem habeant, ne nimium differendo quasi debitum inficiari videantur, vel exiguam summam primum persolvunt, in reliquo menses, hebdo-

Incivile nisi tota lege perspecta judicare.

domadas, dies creditoribus auferendo, fidem tuentur suam. Sic vos hoc nunc a nobis accipietis Commentarium, atque operis totius Epitomen, ubi quam scribendi rationem, ac rerum seriem secuti fuerimus, cognoscetis: brevi etiam, (nisi DEo penitus renuente, provinciam hanc aggressi sumus) ipsarum Institutionum justum opus, quasi integrum crediti vestri summam accepturi, & consequuturi.

FINIS LIBRI PRIMI.

COMMENTARII INSTITUTIONUM JURIS CANONICI

Ad Scholares Perusinos.

LIBER SECUNDUS.

Epitome Institutionum Lancelotti. Simul ratio redditur de operis nexu, ordine, definitionibus, contentis, omissis, stylo & lingua,

FActurus initium Institutionum Juris Canonici, cum sciret Auctor quæstionem, *Quid nominis*, præcedere debere quæstionem, *Quid rei*, in vestibulo ipsius libri inscribit brevem titulum *De Jure Canonico*: in quo primo ponit, unde & qua ratione id Jus nomen hujusmodi sortitum fuerit. Inde transiens ad rem ipsam, describit Jus ipsum Canonicum: demum quibus partibus illud constat, explicat, dicens, constare lege divina, Consuetudine, & Constitutionibus.

Inscribit igitur sequentem Titulum *de Lege Divina*, *Consuetudine*, *& Constitutionibus*, ac primum describit Jus ipsum Divinum, docens, illud esse immutabile, distinguens tamen in-

H c secundo Libro bone Lancelotte, dum das operam, ut nemo tibi Institutionum inventionem possit præripere, docuisti quomodo utrumque possit præripi, unde qua-

ter præcepta moralia, & mystica divinæ legis. Consequenter aggreditur materiam consuetudinis, tanquam secundum fontem Juris Canonici, demonstrans, & originem ejus, & qualem eandem esse oporteat, ut sit Juris istius portio. Inde ad tertiam partem Juris istius transitum faciens, dividit constitutiones in duas species, seculares scilicet, & Ecclesiasticas: subdens, quæ vis, & quis usus sit secularium Constitutionum, apud Ecclesiam, & Clericos: brevi rem perstringens, quippe quod talium Constitutionum tractatus potius ad Jus Civile, quam ad Canonicum pertineat.

Si forex judicio tuo negotium tibi fecisti.

Tit. 2. & 3.

Dirigit igitur pleniorem stylum ad Ecclesiasticas Constitutiones, quas partitur in Statuta Conciliorum, & decreta Pontificum: addit his & dicta Sanctorum. Subdividit inde Concilia in Universalia, Provincialia, & Episcopalia: illorum, & originem, & potestatem, & differentiam breviter enarrans. Transit inde ad Pontificum Decreta: exponitque, qualia illa esse debeant, ut legis obtineant efficaciam; & qualiter differant ab his, quæ ab Interpretibus Sacræ Paginæ, aut ab aliis Sanctis scripta comperiuntur.

His ab totius operis quasi jactis fundamentis, venit ad subjectum Juris Canonici: Illud circa tria versari principaliter asserens. Personas nempe, Res, & Judicia, & ad hanc trimembrem distinctionem redigit omnia, quæ in quatuor libros congessit.

Exorditur itaque a tractatu personarum, tanquam a nobiliore: ponensque titulum de *Jure personarum*, primum facit bimembrem distinctionem, dicens personarum quosdam esse Laicos, quosdam Clericos, & eorum inter se differentiam planam facit: subinde accipiens secundum membrum (ex cujus intelligentia oritur cognitio primi) dividit personas Ecclesiasticas in tres classes; prima est Sacerdotum; secunda constitutorum tantum in Sacris; tertia eorum, qui neque in Sacerdotio, neque in Sacris sunt constituti, quales sunt positi in minoribus Ordinibus.

Tit. 4. & seq.

Rursus resumens primum membrum dicit, Sacerdotum quosdam esse, qui sunt in gradu, & ordine altiore positi; quosdam, qui in inferiore; & repetens primum membrum: in altio-

re

re gradu poni debere, affirmat, *Episcopos*; quorum triplicem esse ordinem demonstrat, scilicet Patriarchas, Archiepiscopos, & simplices Episcopos; & ordinis cujuslibet ponit originem, & potestatem: subnectens in fine *de Primatu Romani Pontificis*; ad quem omnes prædictos referri oportere deducit, & subjectos esse demonstrat.

Intendens autem, horum plene tractare materiam, exorditur a causa efficienti, docens prædictos creari duobus modis, per electionem, & per postulationem.

Inde rediens ad *electionem* definit, quid ea sit: ponens, quæ ad legitimam electionem requirantur: & ibi ponit, quid intersit per se, vel procuratorem, unum, vel plures electioni quis interveniat: distinguens tamen interim inter Romani, & aliorum Pontificum electionem: docetque eam celebrari tribus modis, per Inspirationem, per Scrutinium, & per Compromissum, unumquemque modum dilucide describens; annectitque & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio, cum multis annexis quæstionibus, & ad rem facientibus.

Quo primo membro causæ efficientis expedito, transit ad secundum, scilicet ad *Postulationem*: illam describens, ponensque, qui, & quibus casibus sint postulandi.

Et quia hæc sunt, quasi quædam conjugii spiritualis initia; *Tit. 9. & seq.*
postquam egit de electione, & postulatione, transit ad ratificationem talis matrimonii, quæ fit per *confirmationem*: docetque, quid confirmatione quis consequatur, nempe ea, quæ jurisdictionis, non quæ sunt ordinis: & quomodo confirmans se habere debeat cum confirmando, cum aliis ad materiam facientibus.

Inde transit ad *consecrationem*, per quam hujusmodi spirituale conjugium consummatur: ponitque, qualiter illa debeat explicari; cumque expediri non possit, nisi consecrans sit palliatus, commode annectit *de receptione, & auctoritate Pallii*. Electo igitur confirmato, & per consecrationem, & consummationem conjugii spiritualis perfecto, & absoluto Episcopo, quædam moralia præcepta ponit, quæ ad *vitam & honestatem Prelatorum* spe- *Tit. 12.*

ctant: cougruebant enim, ut posito, quomodo instituantur Prælati, diceretur etiam, quomodo eos in Ecclesia DEi versari oporteret.

Et quia officium pastorale monstratur esse latissimum, & hujusmodi, quod ab uno tantum homine vix recte suscipi, & peragi possit; ostendit, Ecclesiam vocasse quosdam in partem cu-

Tit.13.& seq. ræ pastoralis, ut sunt *Archidiaconus*, *Archipresbyter* & *Coadjutor*, qui una cum Episcopo commissi sibi gregis sollicitudinem gerunt: de quorum officiis, & jurisdictione, & potestate singulis titulis agit, speciali etiam titulo apposito, quo *Corepiscoporum* usum sublatum esse demonstrat.

Descendit tandem ad dissolutionem istius spiritualis conjugii, secutus ordinem naturæ, quo inductum est, ut res prius nascantur, inde augeantur, vivant, & intereant: dicitque, dissolvi hujusmodi matrimonium tribus modis, *translatione, renunciatione*, & *depositione.*

Tit. 18. & seq. Rediensque ad primum modum, scilicet *translationis*, docet, eam fieri, vel causa utilitatis, vel causa necessitatis: subdens, qui possit transferre, & posit transferri, quomodo sit facienda translatio: nonnulla ibi, & de *Beneficiorum permutatione*, re ipsa suadente, subdens.

Consequenter transit ad secundum modum dissolvendi hujusmodi matrimonii, scilicet ad *renunciationem*: qua descripta, ponit sex principales causas, ob quas licite potest quis renunciare, quas dicit esse conscientiam criminis, debilitatem corporis, defectum scientiæ, malitiam plebis, grave scandalum, personæ irregularitatem: quas singulas declarando prosequitur, subdens inde, per quos, & quomodo hujusmodi renuntiatio fieri valeat.

Subinde transgreditur ad tertium modum, quo tale conjugium dissolvitur, scilicet ad *depositionem*, seu degradationem: quam dividit in realem & verbalem: utriusque vim, ordinem, & naturam breviter attingens.

Tit. 21. & seq. Quibus explicatis, redit ad secundum membrum personarum Ecclesiasticarum primæ classis, hoc est Sacerdotum: quorum dixerat quosdam esse positos in altiore gradu & ordine, ut sunt omnes ordines Episcoporum, de quibus diffuse supra dixerat;

rat; quosdam esse positos in inferiore, ut sunt Presbyteri: dicit igitur *de origine Presbyterorum*, *& potestate*, docens quædam esse in Ecclesia, quæ Presbyter suo jure, quædam, quæ permittente Episcopo, quædam, quæ nec proprio jure, nec Episcopi permissu potest exequi.

Delabitur postea ad secundam classem, quæ est eorum, qui sunt *constituti in Sacris tantum*, non in Sacerdotio, ut sunt Diaconi, & Subdiaconi, illorumque sigillatim describit munus, & officium cum origine. *Tit.* 22.

Inde transit ad tertiam classem personarum Ecclesiasticarum, quæ constat iis, qui tantum *in minoribus Ordinibus sunt constituti*, ut sunt Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius, Cantor: eorumque singulariter officia describit, demonstrans, quæ inter hos, & illos superiorum classium sit differentia. *Tit.* 23.

Et quoniam quædam in jure habentur, quæ *communia sunt*, *tam majorum*, *quam minorum Ordinum*; ubi contigerit, de majorennitate, & obedientia, de scrutinio faciendo in susceptione ordinis, & de temporibus ordinationum: de eo, qui per saltum, vel furtive promotus fuit: & pleraque, quæ in Decretalibus plures paginas occupant; quorum Auctor singulos titulos singulis paragraphis artificiose concludit. *Tit.* 24.

Demum ponit etiam titulum *de iis*, *qui promoveri non possunt:* qui & ipse communis est, tam majoribus, quam minoribus Ordinibus: & in eo diffuse tractatur de generibus omnium ferme irregularitatum, redigitque Auctor omnem tractatum ad quatuor capita, demonstrans, alios prohiberi Ordines suscipere ratione subjectionis, ut sunt servi, Libertini, Monachi, alienæ diœcesis viri: alios ratione delicti, ut qui commiserunt homicidium, habita tamen ratione, an sit voluntarium, necessarium, vel fortuitum; publice pœnitentes, usurarii, simoniaci, fures, & similes: alios ratione suspicionis futuri lapsus, ut baptizati in ægritudine, filii Presbyterorum, bigami: alios ratione corporalis impedimenti, ut cæcus, aut aliter notanter corpore mutilatus; & uniuscujusque capitis tractatum plene persequitur. *Tit.* 25.

Post

Tit. 26. Post hæc transitum facit ad materiam *Præbendarum*, *Beneficiorumque*: & sentiens tractatum hunc extrà propositum legentibus videri posse; cum se de Jure personarum ab initio locuturum pollicitus fuerit, docet, quemadmodum Præbendæ sunt Dignitatibus annexæ. Et per hoc non inconcinne posse earum tractatum inseri, & annecti tractatui personarum: exorditurque iisdem fere verbis, quibus Justinianus in suis Institutionibus super titulo de legatis: positaque ibidem descriptione Præbendæ, & ratione, cur illæ inventæ fuerint, ponit duos modos, per quos conceduntur Beneficia, & præbendæ; scilicet per collationem, & per institutionem: per collationem stricto vocabulo liberam ordinarii concessionem tantum designans; per institutionem eam, quæ fit ad præsentationem patroni.

Tit. 27. Amplexusque primo membrum collationis, ponit tres fontes, a quibus *collationes* ipsæ emanant, nempe ab Ordinario, a legato Sedis Apostolicæ, & a Romano Pontifice.

Et prosequens primum caput, definit, quis sit Ordinarius collator, & quomodo sit agendum; si duo sint ordinarii collatores, vel aliter ad collationem concurrere debeant, puta Episcopus, & Capitulum; & quomodo de uno ad alium fiat devolutio; & intra quod temporis spatium.

Transit inde ad secundum caput; cumque tres significet esse Legatorum species, missos scilicet, natos, a latere, declarat id, quod primo dixerat de legato simpliciter circa collationem Beneficiorum, solummodo ad Legatum de latere pertinere, atque illam ipsam conferendi potestatem certis limitibus contineri docet: ponitque, quid sit huic legato cum Ordinario commune, & in quo etiam dissideant.

Explicitis duobus capitibus circa collationem, descendit ad tertium, scil. ad rescriptum Rom. Pontif. quod quidem dicit concipi posse tribus modis, pure, adjecta die, & sub conditione, ponitque, quid intersit, hoc, vel illo modo rescriptum concipiatur.

Addit latenter, & aliam distinctionem, quod scilicet fit

ta-

talis collatio per rescriptum Apostolicum, vel motu proprio, vel ad alterius petitionem: demonstrans, quæ inter unum, & alium modum sit differentia, subnectitque, quantum provisio facta per apostolicum, cæteris antecedat: quando quis auctoritate Apostolica dicatur receptus, præfatosque Apostolici mandati fines diligenter custodiendos, nec ad alios, præterquam expressos, casus trahendos: adjicit hujusmodi rescriptum, ex persona, ex loco, ex ordine scripturæ, ex causæ insertione, & qualitate Beneficii recipere interpretationem, singula exemplis clara faciens, aliaque adjiciens, quæ ad rescripti gratiosi interpretationem pertinent.

Cumque circa provisionem factam per Apostolicum multa dixisset, quia specialia quædam videntur inducta circa beneficia vacantia in Curia; ponit tractatum separatum *de Beneficiis vacantibus in Curia:* edisserens, & quando in Curia dicatur vacare, & quibus casibus, licet in Curia vacent, possent tamen ab aliis, quam ab Apostolica Sede, conferri. *Hunc titulum resecuit ante editionem autor, quemadmodum pauca quædam alia, ratus brevi cuidam institutioni minus convenire.*

Explicito primo modo, quo Beneficia nanciscimur, scilicet cum per collationem illa consequimur; descendit ad secundum, qui est per viam *institutionis:* ponens, in quibus collationes, & institutiones conveniant, & quibus dissideant: & obiter tractat de *Jure patronatus*, docens, quibus modis illud censetur, & quare sit institutum; quis sit illius effectus: quæ differentia sit inter laicos patronos, & Ecclesiasticos; & quando tale jus intereat. *Tit. 38. & seq.*

Cumque provisi, sive per collationem, sive per institutionem residere debeant, subdit breviter *de Clericis non residentibus:* & quoniam a materia juris personarum videbatur aliquo pacto digressus; sub epilogo omnia prope, quæ antea dixerat, revocat ad memoriam; subnectitque materiam *Regularium & Monachorum:* qui licet sint personæ Ecclesiasticæ; non tamen erant comprehensi sub prima principali distinctione, cum tam Laici, quam Clerici possint esse regulares. Dicit igitur, Monachum fieri, vel paterna devotione, vel propria professione; quam nunc *Tit. 30.*

expressam, nunc tacitam esse, docet: vel voti emisssione; subdens votum esse duplex, simplex & solemne: prosequiturque hæc tria membra usque ad finem tituli, & libri: ponens, quid valeat patria potestas ad inducendam, vel prohibendam monachationem filiorum: quid intersit inter tacitam, & expressam professionem, inter hunc & illum ordinem: quæ sint substantialia religionis, vel regularitatis: qualiter, & quo ordine Monachi vivere debeant; & in quo a cæteris Regularibus differant.

LIB. II.

Tit. 1. & seq. Tractatu Personarum explicito primo libro, aggreditur secundum principale membrum, videlicet Rerum: factaque generali inscriptione, *de rerum divisione*, distribuit primo res omnes Ecclesiasticas in duo genera, scilicet in res spirituales, & temporales: rursus spirituales subdividit in incorporales, & corporales: rursus distribuit corporales in Sacramenta, in res sacras & sanctas, & in res religiosas: demonstransque res incorporales particulari & speciali tractatu minime indigere; aggreditur materiam corporalium: exorditurque a Sacramentis, tanquam a subjecto nobiliore. Facta itaque generali inscriptione, & titulo *de Sacramentis*, definit, quid sit Sacramentum: inde ponit primam divisionem Sacramentorum, quod aut sunt necessaria, aut voluntaria; subdividit inde necessaria, dicens, quod quædam proficiunt ad ingressum in Ecclesiam, quædam ad progressum in Ecclesia, quædam ad egressum ab Ecclesia. Ponit item, & secundam divisionem, quod quædam characterem imprimunt, & non sunt iterabilia; quædam non imprimunt, & sunt iterabilia. Inde quibus partibus constent; a quo, & cur instituta: quales, & cujus propositi, & intentionis oporteat esse ministros, ut Sacramenta conficiant, breviter exponit.

Tit. 2. Quibus generaliter cognitis, aggreditur Auctor de singulis specialiter dicere, exorditurque a Sacramento *Baptismi*, quod est cæterorum janua, & fundamentum: illud describit; efficaciam ejus, & naturam exponit: qui baptizare, & baptizari possint:

&

& quot genera ſint Baptiſmi, & quæ ſint ejus ſolemnia, declarat.

Subinde dicit de Sacramento *Chrismatis*, quod videtur Baptiſmo annexum: ponens, & qui chriſmare, & quos, & quando valeant: & quæ Chriſma propria, quæque cum Baptiſmo habeat communia. *Tit. 4.*

Poſtea tranſit ad *Pœnitentiam*, per quam poſt Baptiſmum, & Confirmationem lapſis ſubvenitur: eaque deſcripta, tres ponit Pœnitentiæ ſpecies, ſcilicet ſolemnem, publicam & privatam: quarum naturam, & vim deſcribit: proſequitur inde tres partes ipſius Pœnitentiæ, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem: annectens quæſtiones a materia non abhorrentes. *Tit. 5.*

Tranſitum inde facit ad *Eucharistiæ* Sacramentum: præviaque illius commentatione, & quis illud exhibere valeat, explanat: ponitque, quibus partibus hoc Sacramentum conſtet; nempe viſibili forma, veritate corporis, & virtute ſpirituali; quarum ſingularum partium declarationem proſequitur. *Tit. 6.*

Habito itaque tractatu Sacramentorum, quæ ad ingreſſum in Eccleſiam, & progreſſum in Eccleſia inſtituta ſunt; tranſit ad ea, quæ proficiunt ad egreſſum: & ſic ponit *de Extrema Unctione*, duplicem inquiens unctionis eſſe ſpeciem, & exteriorem, & inferiorem. *Tit. 7.*

Explicitis Sacramentis, quæ ſunt neceſſitatis, ponit de iis, quæ voluntatis habentur, quæ ſunt ordo, & Matrimonium. Et quoniam materia *Ordinis* diffuſe tractata fuerit in primo libro, cum de perſonis ageretur, poſita ſola Ordinis deſcriptione, tranſitum facit ad *Matrimonium*: quod quidem primo deſcribit, tum ejus laudes, & bona breviter perſtringens, illud initiari ſponſalibus, ratificari conſenſu, & copula conſummari, aſſerit. *Tit. 8.* *Tit. 9.*

Rediensque ad materiam *Sponſalium*, poſitaque illorum deſcriptione; docet, ea contrahi variis modis, utputa re, verbis, literis, & conſenſu: & appoſitis exemplis modorum, inter ſe varietatem, ac declarationem planam facit, annectitque commodam diſtinctionem, quod aut contrahuntur pure, aut adjecta die, *Tit. 10.*

aut sub conditione; exponens, quod intersit hoc, vel illo modo contrahantur, & a quibus & sub quibus conditionibus possit matrimonium vel Sponsalia contrahi: distinguens inter conditionem honestam, turpem, & impossibilem. Item quis sit Sponsalium effectus; quibus modis illa dissolvantur: docens ea interdum ipso jure dissolvi, interdum facto hominis: & utrumque per plura exempla declarat.

Tit. 11. Pleno igitur de Sponsalibus habito tractatu transit ad ipsas nuptias, hoc est, ad *Matrimonium contractum* per verba de præsenti. Item ad consummatum per copulam: ponens, & qui, & per quæ verba possint Matrimonium contrahere; quæ possint Matrimonium impedire; & quia inter multa, quæ matrimonium impediunt, est error; ponit quatuor genera errorum, videlicet personæ, conditionis, qualitatis, & fortunæ: secernitque ea,

Tit. 12. quæ *Matrimonium impediunt*, ab his, quæ non impediunt; ponit & quid valeat ad impediendum, vel dissolvendum Matrimonium cultus disparitas: eaque occasione triplicem quodammodo Matrimoniorum speciem, ac differentiam prosequitur: quippe quod illorum quædam sint legitima, & non rata, quædam ex contrario rata, sed non legitima: quædam vero legitima & rata, & harum specierum inter se differentiam breviter declarat: ponit & de voto solenni, & de susceptione Ordinum Sacrorum, & de coactione, metu, de furore, frigiditate, de morbo incurabili, de publicæ honestatis justitia; an, & quando prædicta Matrimonium impediant, planum faciens.

Tit. 13. Et quoniam cognatio contrahendo Matrimonio adfert impedimentum, quæ est triplex, ideo annectit tractatum *de triplici cognatione*; spirituali scilicet, quæ contrahitur non occasione omnium Sacramentorum, sed tantum Baptismi, Chrismatis, & Catechismi, licet non omnibus casibus ejusdem sit efficaciæ: legali, ut est ea, quæ contrahitur per adoptionem, vel arrogationem; quam docet modo habere temporalem causam prohibendi Matrimonii, modo perpetuam: & naturali, quæ deducitur, aut in consanguinitatem, aut affinitatem: subnectitque, quæ ad

gra-

graduum cognitionem ſunt neceſſaria, & quando & quatenus, inter quos illa Matrimonium contrahi impediat: diſtinguens inter affinitatem præcedentem ipſum Matrimonium, & ſubſequentem. Cumque ad detegenda hujusmodi impedimenta oporteat Matrimonia eſſe non clandeſtina, ideo commode annectit *de clandeſtina deſponſatione:* & *qui Matrimonium poſſint accuſare*, vel contra illud teſtificari. Tit. 16. & ſeq.

Demum plene tractat *de divortiis*, tanquam de quodam interitu matrimonii: monſtratque, divortii nomen nunc pro vera diſſolutione Matrimonii, nunc pro ſeparatione tori duntaxat uſurpari.

Ponit igitur primo caſus, in quibus veram contingit Matrimonii diſſolutionem fieri, cum ſuis rationibus. Inde proſequitur caſus, in quibus contingit fieri tori tantum ſeparationem: annectens, quæ ſint exceptiones, quæ poſſunt opponi a conjugibus repetentibus conjuges: cui tractatui adjungit verbum *de ſecundis nuptiis*, exponens, qui ſpe ſecundarum nuptiarum deſtituantur, & qualiter ſecundas nuptias Eccleſia ſuſcipiat. Et completur per ſupra dicta tractatus Sacramentorum.

Tranſit inde ad alias ſpecies rerum Eccleſiaſticarum corporalium, ſcilicet ad *res Sacras*, *Sanctas*, & *Religioſas*, ut ſunt Eccleſiæ, Altaria, Religioſorum domus, ſepulturæ. Ponitque primo de *conſtituendis*, *conſecrandis*, & *reparandis Eccleſiis*, & *Altaribus:* docens, quatuor eſſe cauſas Eccleſiarum ædificandarum: proſequiturque quæ ad Eccleſiarum, Altariumve ædificationem, & dedicationem, & ad reconciliationem (ſi execrata fuerint) debeant concurrere. Tranſit inde ad *unionem Eccleſiarum*; qua deſcripta, duas ponit unionum ſpecies, perpetuam ſcilicet, & temporalem: ex quibus cauſis ſit unio facienda: quis poſſit unire: quis unionis effectus, quomodo unio diſſolvatur. Tit. 17. & ſeq.

His traditis, tranſit ad *Eccleſiarum immunitatem*: quam triplicem eſſe dicit, localem, perſonalem, & realem: & ibidem quamlibet proſequitur, indicans, quæ negotia in materiali Eccleſia ſint exercenda, & quæ ab eodem ſunt arcenda; & qui per ac- Tit. 20.

cessum ad Ecclesiam impunitatem, vel remissiorem pœnam consequantur; a quibus muneribus Clericorum personæ sint immunes Ecclesiæ quin Episcopo subjiciantur: ponit etiam de Ecclesiarum subjectione, docens qua ratione, & quarum rerum intuitu Ecclesiæ sint Episcopo subjectæ: restringens omnia ad tria capita, scilicet ad jus Ordinis, ad legem jurisdictionis, & legem diœcesanam.

Tit. 21. seq. Et quia supra dixerat de iis, quæ ad Episcopos pertinent jure Ordinis, & lege jurisdictionis, sub congruis titulis; prosequitur tertium caput, quod restabat, scilicet ea, quæ pertinent *ad Episcopum lege diœcesana.* Tractat igitur de *censibus*, *de procuratoribus*, *exactionibus:* ubi materiam censuum, juris visitandi late prosequitur, annectitque, materia suadente, *de Capellis Monachorum*, & *de religiosis domibus:* ubi agit de pluribus inter se diversis locis, quæ nos vulgo communi vocabulo Hospitalia appellare consuevimus; de illorum regimine, & qualitate compendiose differens.

Tit. 24. Et cum sepulturæ sint religiosæ, annectit *de sepulturis*: docens quid conferat sepultura in loco religioso magis, quam profano; & an uxor, an filiusfamilias, an impubes habeant liberam sepulturæ electionem; an etiam Monachi: ubi quis sepeliendus, non electa a se sepultura: qui Christiana Sepultura privandi: qua pœna afficiendi vendentes terram pro sepultura.

Tit. 25. Et quod si quis, posthabita Parochiali Ecclesia, vel ea, in qua Sacramenta percipit; in alia Ecclesia sepulturam eligit: Parochialis Ecclesia de relictis pro anima a defuncto quarta detrahitur: ideo subdit de *Canonica portione:* qua descripta, illam in duas species dividit scilicet in Parochialem, & Episcopalem, ibique materiam utriusque diffuse prosequitur.

Cumque hucusque de rebus quæ quadam spiritualitate continentur, pertractasset; antequam veniat ad tractatum rerum Ecclesiasticarum temporalium, quod erat secundum caput primæ
Tit. 26. sectionis positæ in principio Libri; prius dicit *de decimis*, quæ mixtam quandam habent naturam inter res spirituales, & tempo-

porales; cum jus quidem decimandi ſpirituale ſit, fructus vero decimarum temporales: unde de his ponit in quodam quaſi confinio rerum ſpiritualium, & temporalium, maxime ob magnam ſimilitudinem, quam habent decimæ cum Canonica Parochiali, & Epiſcopali.

Poſita igitur deſcriptione decimæ, duas ejus ponit ſpecies, perſonales, & prædiales: ponitque earum naturam, & differentias, & quid habeant commune, docens, qui ſolvere, & ex quibus rebus ſolvi debeant, & quæ privilegia ab illarum ſolutione præſtent immunitatem.

Demum venit ad tractatum *rerum Eccleſiaſticarum temporalium*, differens de adminiſtratione, & alienatione ipſarum: cumque regula poſita, quod res Eccleſiaſticæ alienari non poſſunt, excipit quosdam caſus: & docens, quæ ſint res Eccleſiaſticæ; ponit, an, & quando Clerici in ultima voluntate poſſint aliquid relinquere: ſicque ponit titulum de *peculio Clericorum, relictis, & ſucceſſionibus eorum*: quo claudit ſecundum librum, & tractatum ipſarum rerum, quod erat ſecundum membrum principale totius operis. Tit. 27. Tit. 28.

LIB. III.

Supererat tertius principalis totius operis articulus, videlicet *Judiciorum*, quem Auctor partitur in duos libros: quorum altero complectitur materiam Judiciorum Civilium, altero criminalium. Tit. 1.

Tertio igitur Libro agit *de judiciis Civilibus*: appoſitaque judicii deſcriptione, dividit ea in ſecularia, & Eccleſiaſtica: cujus diſtinctionis occaſione ponit tractatum *de foro competenti*: docens, an, & quando Laicus conveniri poſſit coram judice Clerico & contra.

Inde ponit aliam diſtinctionem, ſcilicet, quod judiciorum alia ſint ordinaria, alia extraordinaria. Extraordinarium judicium appellant, (ut & Canones ipſi appellant) quod mediante delegatione exercetur: ibique naturam utriusque deſcribit, &

& fusius extraordinarii, vel delegati, quippe quod sit magis ordinario varium: ascribit igitur primo, quis possit delegare: & cum inter hos præcipuus sit Princeps, indicat, in quo delegatus a Principe sit magis privilegiatus aliis delegatis: & quid intersit, uni, vel pluribus delegetur: & an ultra ea, quæ sunt rescripto comprehensa, delegatus aliquid possit: docetque demum, solvi delegationem revocatione, delegantis morte, impotentia delegati, tam juris, quam facti, executione sententiæ, temporis fluxu, & judicis tum pronunciatione, tum recusatione.

Addit & tertiam judiciorum divisionem, quod aut sunt summaria, aut plenaria, & solemnia: utrorumque natura exposita, annectit, per quas personas possumus judicia exercere

Tit. 2. ibique ponit tractatum *de procuratoribus:* admonens, qui, & quomodo, & in quibus causis possint procuratores constitui: & quid intersit, utrum quis ad judicia, an ad negotia sit procurator; in causa profana, an in Ecclesiastica; unus, an plures constituantur; & quibus casibus procuratorium expiret.

Tit. 3. & seq. Cumque jam ad seriem, & acta ipsorum esset venturus, quia accidit, litigatores ad pacta, transactiones & compromissa interdum venire; ponit tam *de pactis & transactionibus*, quam *de arbitris:* eorum, & naturam, & efficaciam designans.

Tit. 5. Devenit tandem ad telam ipsam judiciorum, & exorsus a *citationibus*, docet, earum triplicem esse speciem, scilicet conventionales, monitorias, & peremtorias: cumque firmasset, regulariter quemcunque citatum teneri ad comparendum, adscribit etiam, quibus casibus citatio citatum minime arctet ad comparendum: quod dicit, accidere ex personæ qualitate, ex loci conditione, ex temporis ratione, & citationis ipsius forma: quæ quidem capita sigillatim declarat, & prosequitur.

Tit. 6. Et quia juridice citatus, nisi compareat, efficitur contumax, ponit *de dolo, & contumacia, & in possessionem missione:* ubi fuse prosequitur, an, & quando, & quibus cautionibus præstitis, contumax audiri, & quibus pœnis affici debeat; & quia

quia citatus, si possideat alieno nomine: dominum in judicio nominare debet; ideo ponit *de nominatione facienda.*

Et cum reo citato comparente, debeat offerri libellus, subdit *de libelli conceptione, & oblatione*; docens duas esse libellorum species, & qualis esse debeat, ac quis sit effectus porrecti libelli, & quibus casibus non sit necessarius: & quia viso libello, potest reus quasdam exceptiones opponere, ideo dicit *de exceptionibus* tam iis, quæ proponuntur postea quandocunque; de quibus ideo simul dicit, ut facilior sit hujus tractatus traditio. *Et hunc titulum resecuit. Auctor. Tit. 7 & seq.*

Posita igitur exceptionis descriptione, duas facit species exceptionum, dilatoriarum scilicet, & peremtoriarum; docet, dilatorias dici interdum ex persona actoris, interdum ex persona rei, interdum ex natura actionis, & qualitate causæ, & ex aliis locis: & harumquasdam etiam appellari declinatorias, ut puta, quæ incompetentiam Judicis adstruunt, quæ ante omnes alias proponi debent: & cum exceptio excommunicationis ipsa quoque sit dilatoria, habet tamen naturam anomalam; pluribus de ea tractat.

Descendit inde ad materiam peremtoriarum; quas & ipse in duo genera subdividit, in peremtorias scilicet, litis finitæ, puta transactionis, jurisjurandi, rei judicatæ: & peremtorias simplices, puta pacti conventi, doli mali, solutionis: earumque inter se differentiam explanat; addit, & de exceptionibus, quæ neque peremtoriæ vere dici possint; quales sunt exceptiones contra testes: subdens, adversus exceptiones *replicationes* dari, & alia.

Et quoniam si reus nullam adversus actorem habeat exceptionem, potest tamen actorem reconvenire: ideo statim post exceptiones, ponit *de mutuis petitionibus*: illarum naturam, & coram quibus proponi possint, explanans. *Tit. 8.*

Sed cum spoliator non possit spoliatum convenire, ea occasione ponit materiam *restitutionis spoliatorum*: & primum, quid intersit, spolium per modum actionis, an per modum exceptionis opponatur, & constituto, ac definito, quis dicatur spoliasse, firmataque vulgari regula de restituendo ante omnia spoliato, plures *Tit. 10.*

ponit casus in quibus spoliatus non est ante omnia restituendus.

Tit. 11. Explicatis his, quæ contingit fieri plerumque ante causarum discussionem; & quæ sunt judiciorum potius præparatoria, quam partes substantiales judicii, venit ad lapidem angularem ipsius judicii, scilicet ad *litis contestationem:* docens, quomodo fiat litis contestatio, & quis sit ejus effectus; ponitque aliquot casus, in quibus non est necessaria litis contestatio. Transitum inde facit ad *juramentum calumniæ*, quod præstari debet circa litis contestationem: docens, in quibus casibus, & per quos jurari de calumnia debeat, cum aliis ad materiam pertinentibus. Et quia lis tunc pendet, & lite pendente, nihil potest innovari, ponit titulum, *Ut lite pendente*, &c. declarans, quando lis dicatur pendere: & quibus casibus litis pendentia non officiat.

Tit. 12.

Tit. 13.

Tit. 14. Devenit inde ad ea, quæ merita causæ concernunt; dicit itaque *de probationibus*; & posito, quid sit probatio, prosequitur primum materiam positionum, quarum & originem, & usum explanat; inde aggreditur tractatum testium, admonens, quæ servanda sint in testium receptione: quomodo sint compellendi ad testificandum: quomodo se gerere debeat judex dum examinat: quod testes censentur natura, conditione, vita: an, & quando Clerici, Monachi, quando Christiani contra Judæos, vel contra; quando singularis persona pro universitate, quando criminosi, quando domestici, & alii examinari valeant: quot dilationes concedendæ ad examinandum: subdit de testibus reprobatoriis, & de reprobatoriis reprobatoriorum; item de errore, correctione, & publicatione ipsorum testium. Post hæc aggreditur tractatum instrumentorum: præfatusque quid instrumentorum appellatione contineatur, annectit, & quando illa exhiberi, & qualia esse oporteat, ut fidem faciant in judicio: quomodo de originali sint exempla sumenda, ut fidem faciant.

Prosequitur inde materiam juramenti, quod in proposito dividit in necessarium, & voluntarium, licet ipsum alias sit multiplex: ponit itaque quod sit necessarium, quæve ejus justæ sint recusandi causæ: postmodum attingit materiam juramenti voluntarii, inde

inde ponit quosdam casus, quibus sola judicis inspectione probationes continentur: prosequitur demum, & de notorio, de suspicione vehementi, de fama, aliisque hujusmodi ad probandum adminiculis, quæ vel saltem large probationis vocabulo contineri possunt: & sic claudit tractatum de probationibus.

Ex probationibus transitum facit ad *sententias*: quarum duas facit species, interlocutoriam scilicet, & definitivam, utriusque naturam breviter demonstrans: adjiciens, quomodo Judex, in pronunciando, gerere se debeat: tum quoque quid intersit; unus sit Judex, an plures, ordinarius, an delegatus, an vero etiam arbiter; & quid si plures judices in eadem causa diversas tulerint sententias: quid intersit, judicet quis contra jus Constitutionis, an contra jus litigatoris. Et cum ex sententia nascatur res judicata, annectit, & *de re judicata*, & *de executione rei judicatæ*; & distinguens inter sententiam latam in actione reali, & latam in personali; inter eam, quæ lata est ab ordinario, & eam, quæ a delegato: apponens quosdam casus, in quibus res judicata non potest executioni mandari. Sed cum per appellationes remedium prohibeatur sententiam in rem judicatam transire, subdit *de appellationibus*. Posita itaque descriptione, dividit eas in judiciales, & extrajudiciales, rursus judiciales in appellationes ab interlocutoriis, & in apellationes a definitivis: docens, quæ sit inter eas differentia, & quando licet appellare, & quibus, & an aliter, quam verbo, vel scriptura; & quando intersit, unus vel plures appellare debeant, ab uno, vel pluribus sit appellandum: & quid si prohibita sit appellatio, an tunc quoque, quibusdam casibus possit appellari; subdit, & de revocatione attentatorum, & coram quibus sit appellandum, cum pluribus ad materiam appellationum pertinentibus, præcipue de desertione causæ, & temporibus ipsarum appellationum. Et quia remedio appellationis destitutis subvenitur per restitutionem in integrum, ponit *de restitutione in integrum:* qui restitui debeant, & contra quos, & quibus casibus, & intra quæ tempora, & quoties; adjiciens verbum etiam de querela, & de supplicatione, per quas pariter iis, qui appellare non possunt, succurritur: & hoc titulo claudit tractatum civilium Judiciorum, & sic primam partem tertii

Tit. 15.

Tit. 16.

Tit. 17.

Tit. 18.

articuli principalis totius operis, & per consequens etiam tertium Librum.

LIB. IV.

Tit. 1. Quarto libro, qui cæteris brevior est, prosequitur Auctor secundum membrum principalis articuli totius libri; scilicet materiam *judiciorum criminalium*, & ipsorum quoque criminum; demonstrans ea institui tribus modis. *Per Accusationem*, quam præcedere debet inscriptio. Per *denuntiationem*, præcedente charitativa monitione. Per *inquisitionem*, quam præcedit diffamatio: & quid intersit, crimen magis isto, quam illo modo opponatur, addit; & quid juris statuendum sit, si crimen non his modis, sed per exceptionem opponatur. Inde transiens ad causam materialem horum judiciorum, scilicet ad ipsa crimina; dividit illa in duas classes: quarum prima continet ea, quæ Deum principaliter lædunt; ut simonia, hæresis, schisma, apostasia, sortilegium, maledicentia, sacrilegium: secunda vero, quæ principaliter lædunt proximum; ut homicidium, adulterium, stuprum, rapina, furtum, usura, falsum, injuriæ; de quibus omnibus postmodum separatim tractat.

Nihil hic memorat de duplici purgatione.

Tit. 3. De *simonia* igitur primum exorsus, eam describit: inde dividit illam in conventionalem, & realem: ponitque plures casus, & exempla, quibus committi. vel non committi simoniam ostendit: addens pœnas tam Ordinantium, quam Ordinatorum per simoniam; ac quid intersit, utrum quis ordinem per simoniam, an Beneficium consecutus fuerit. Quomodo cum simoniaco possit dispensari: quique admittantur ad accusationem tam detestandi sceleris, cum pluribus materiæ connexis. Transit inde ad alia crimina, quæ Dei læsionem principaliter continent: dicitque *de hæreticis*, *de schismaticis*, *& de apostatis*; docens, quæ sit inter hos differentia; de

Tit. 4. pœnis singulorum tractans, præcipue vero hæreticorum; declarans, quando per abjurationem dicantur reincorporati, item quando relapsi: item quomodo agendum cum relapsis, & his qui semel abjuraverint: quomodo cum suspectis: & usque ad quem gradum hæreticorum pœna transeat in descendentes. Demum de apostatis disserens, tres in Apostasia considerat species; scilicet, apostasiam perfidiæ,

fidiæ, apoſtaſiam inobedientiæ, & apoſtaſiam irregularitis. Conſequenter tractat *de ſortilegis*, *maledicis*, *& ſacrilegis*; de illorum natura, & pœnis diſſerens: docens, ſacrilegium committi tribus modis: ratione perſonarum, ratione rerum, & ratione locorum. Deſcendit inde ad crimina, quæ etiam hominum læſionem continent: exorditurque a *furtis*: his annectit *de uſuris*, quarum plene tractat materiam: adjungit *de adulteriis*, *& aliis conjunctionibus illicitis*, ubi agit de inceſtu tam ratione naturalis cognationis, quam ratione ſpiritualis: de vitio ſodomitico, de commixtione cum brutis, & de raptu: addit *de crimine falſi*; diſtinguens, an quis circa litteras Apoſtolicas, an circa alia documenta falſum commiſerit; falſaverit ipſe, an falſis ſcripturis fuerit uſus. Item ſubdit *de homicidio*, ubi agit de aſſaſſinio, de interficiente latronem: de homicidio fortuito; de opprimente proprium filium; de exponente filium, de impedientibus conceptionem, vel procurantibus abortum, & de his, qui ſibi mortem conſciſcunt. Tractat demum *de injuriis*, *& damno dato*: dicens injuriam inferri re, verbis, & literis. Et quia interdum, licet quis de crimine non poſſit convinci, publica tamen laborat infamia, ob quam indicenda eſt diffamato purgatio; ideo ponit *de tertium*, *purgatione*: qua deſcripta duas ſubdit eſſe purgationum ſpecies, vulgarem, & canonicam, & utriusque naturam, & ordinem demonſtrat. Demum cum ſæpiſſime per totum librum inveniatur facta mentio Eccleſiaſticarum cenſurarum, quas quis incurrit, non modo ratione contumaciæ, verum etiam aliorum exceſſuum, de quibus Auctor dixerat immediate ſupra; ponit quaſi in fine operis titulum, *de Eccleſiaſticis cenſuris*: & cum appellatione Eccleſiaſticæ cenſuræ demonſtraſſet contineri excommunicationem, interdictum, & ſuſpenſionem; quæ quid ſint, ibidem ſigillatim definit; de unoquoque facit titulum, & tractatum ſeparatum.

Tit. 5. *Tit. 6. & ſeq.* *Sed hunc titulum nunc poſuit ante* *Tit. 12.*

Tit. 13. Incipiensque *ab excommunicatione*, duas ponit excommunicationumſpecies, majorem, & minorem, quomodo invicem differant, declarans. Item rurſus dividens, aliam dicit eſſe excommunicationem Canonis aliam judicis; declarans, Canonis excommunicationem eam eſſe, quæ alias appellatur excommunicatio la-

tæ sententiæ; cujus materiam diffuse prosequitur, dando exemplum de his, qui eam incurrunt, ob in Clericos manuum injectionem. Prosequitur inde materiam excommunicationis, quæ fertur a judice: ponens, quæ sint partes judicis in ea ferenda, quid statuendum sit de participantibus excommunicatis: subdens in fine de absolutione ab excommunicatione quam plura, cum cæteris omnibus tractatui
Tit. 14. annexis. Transiens inde ad *Interdictum*, declarat, illud quædam habere cum excommunicatione communia, quia & ipsum aliud inducitur a Canone, aliud a judice; inde addit, quomodo sit interpretandum, quæ sit illius virtus, & efficacia, & quæ interdictum
Tit. 15. violantium pœna. Ultimo agit *de Suspensione*, quam & ipsam docet esse aliam Canonis; aliam Judicis; ponitque ejus descriptionem, & naturam: & hoc titulo librum quartum claudit, & operi finem imponit.

Operis nexus

Hæc sunt totius operis prima quædam lineamenta: si quis autem velit colores ipsos, umbras, & totius corporis quasi quandam effigiem intueri, totum percurrat, necesse est: in quo præcipue in eo videtur auctor laborasse, ut scilicet ita tractatus tractatui annecteretur, ut unus ex alio sponte sua fluere, non vi quadam trahi videretur: quod, cum ad libri pulchritudinem, tum multo magis ad tyronum, & eorum qui lecturi essent, profectum, & memoriam juvandam, pertinere, est arbitratus:

Operis ordo

Usus est hoc ferme ordine, ut ante omnia rem, de qua ageretur, prius definiret, vel verius describeret, vel per exempla declararet: inde divideret in species, ubi divisio locum habere poterat; vel poneret originem, vel initia ipsius rei; tum effectus, demum & interitum ostenderet.

Definitiones quales.

Satis autem habuit, si rem ita definisset, ut si minus tali definitione essentiam, & substantiam complexus esset, saltem rei intelligentiam clauderet: nec enim fuit sibi propositum tales definitiones redigere ad strictam normam Logicorum, cum sciret quam difficile, & periculosum sit, definitiones formare:

Nonnullæ sumtæ ex optimis Auctoribus.

quas auctor plerumque non ex ipsis Canonibus, in quibus raræ admodum reperiuntur, sed ex classicis, & probatissimis Auctoribus fuit mutuatus; eas etiam interdum unius rei plures posuit, ut quod una minus comprehensum vide-

videbatur, alia suppleretur; sed hoc non nisi raro, & ex optimis Auctoribus; sumsit enim hoc sibi, ut quæ ad materiam concinne, ac methodice detractandam pertinere arbitratus est, & si illa minus verbis, ac contextu ipsarum Decretalium expressa invenirentur, dum tamen ex mente Juris fluerent, libro suo insereret, licet hoc perquam raro. Sed nec fuit auctori propositum, omnia quæ cæteris Juris Canonici libris continerentur, in suum librum congerere, & quasi transcribere: sed ea tantum, quæ Isagogice tradi potuerunt, quæ variis locis, ac libris, nullo fere ordine dispersa in unum colligere, & quodammodo in medullis Canonum abstrusa, & recondita in lucem elicere, fuit longe difficillimum. Nec secus ac si quis vetustam aliquam, & insignem statuam in multas partes confractam, & variis locis dispersam, & operam multis ruderibus effossis, & conquisitis undique membris, glutine aliquo ita composuisset, ut ad pristinam formam, atque pulchritudinem restituta appareat. Satis igitur esse arbitratus est, si iis qui lecturi essent, id utilitatis liber afferet suus, ut quasdam tenebras modico labore discuteret; in quibus positos impossibile est aliquid diligenter investigare, & introspicere: tantumque in ea facultate afferret luminis, ut quis sine cujusdam ductu per se brevi temporis spatio expedite, per totum Jus Canonicum, quasi per immensam sylvam pervagari possit, & certo pede discurrere. Quædam etiam consulto ea ratione prætermisisse videtur, quod non satis venuste, vel ob prolixitatem, vel ob aliam causam operi suo inseri posse, consideret: quæ tamen omnia brevibus quibusdam notulis est complexus. Quædam etiam ex professo videtur interdum dixisse compressius, & perplexius, tum quod aliquo labore agnita, & intellecta solent nobis esse jucundiora; tum quod sciret, eadem cum multo fœnore esse dictis notulis explicanda. Stylo scriptus est liber exili, & tenui; quali scilicet decet librum scribi, qui solum ad docendum, atque adeo ad tyrones prima artis rudimenta docendum compositus sit; interdum tamen pro materiæ qualitate nonnihil assurgit: ut cum agit de Primatu Romanæ Ecclesiæ, & Romani Pontificis; cum de vita, & honestate Prælatorum differit; &

Quæ continentur libro Institutionum.

Solum quæ Isagogice tradi potuerunt ex Canonibus in librum Institutionum translata.

Quid præstet institutionum liber.

Qua ratione quædam prætermissa.

Stylus operis.

Lingua.

& in aliis quibusdam raris locis. Lingua usus est auctor neque omnino pura, & candida, neque omnino sordida & impura: sed quantum potuit simili cæteris libris Iuris Canonici. Plura etiam fere ad verbum ex canonibus in opus suum transferens, Institutionum Juris Civilis ductus exemplo: nam cum daret operam, ut iste libellus reputari posset Iuris ipsius Canonici quasi portio: absurdum arbitratus est, membrum unum a reliquis corporis partibus cultu etiam, & vestitu dissidere: ac non proprium, sed ab alio quopiam mutuo sumtum videri. Accidit, quod, cum cujusque artis, & scientiæ sunt propriæ voces, & peculiaria vocabula, ac pleraque barbara; si quis iis alia Latina voluisset reponere, quod ipsum factu fuisset difficillimum, (ut fieri potuisse demus) longe tamen a proposito aberrasset, cum institutum Auctori fuerit, ea, quæ difficilia, & involuta essent, dilucide explicare, & plana facere; non novis vocibus, & insolitis vocabulis obscurare: cum (ut ille inquit)

Membra corpori respondere debent.

Artis alicujus vocabula, quanquambarbara minime imitanda.

Ornari res ipsa vetat, contenta doceri.

FINIS LIBRI SECUNDI.

COMMENTARII INSTITUTIONUM JURIS CANONICI.

Ad Scholares Perusinos.

LIBER TERTIUS.

Confutantur hic adversarii. Tria genera sententiarum de opere Lancelotti, 1) institutum ejus probantium, 2) id penitus impugnantium & institutiones etiam Justinianeas improbantium, quibus breviter respondetur; 3) institutum quidem probantium sed rem confici posse diffidentium, ipsis Pontificibus, & maxime Innocentio IV. talia non audentibus.

bus. Nec opus esse institutionibus cum jam adsit summa Hostiensis. Hic respondetur: Valde tamen utiles esse Juris Canonici Institutiones, & prope necessarias. Noviora ingenia non esse minus fœcunda antiquis; difficultatem superari diligentia; nec difficilia esse impossibilia: periculum non esse tantum, quantum fingitur: inprimis accedente idonea interpretatione, qua etiam scriptura Sacra, Jus Civile & omnia scripta ac dicta opus habent. Tum adversario cuidam objicienti, confirmationem Pontificis non esse necessarium, si Lancelottus ubique retinuisset verba canonum; at vero periculosam, si multa innovasset, & asserenti, se laqueo vitam finiturum, si Lancelottus (qui quis sit, omnes norint) voti sui compos fieret; prolixe respondet, ac eum refutat. Pergit ad removendam objectionem, quod tamen hactenus nemo ex Pontificibus, & ne quidem Innocentius IV. de Institutionibus cogitaverit, atque post varias responsiones iterum docet necessitatem & utilitatem talium Institutionum eamque majorem in Jure Canonico, quam in jure Civili, tam intuitu ICtorum, quam Theologorum & Aulicorum Ecclesiastica dignitate gaudentium. Hostiensis summam non esse scriptam pro tyronibus, & mole majorem quam totum Jus Canonicum, imo & periculosam, cum scripserit ante noviores Pontificum Constitutiones. &c.

VEntum jam est, (Juris Studiosi) ad eam partem instituti operis, quæ nobis una omnium & difficillima videtur, & molestiæ plenissima: nempe ad confutationem eorum, quæcunque adversus nos, atque scriptas a nobis Institutiones objiciuntur. Nam ut omittam; quod, ut quisque optime institutus est, ita etiam a contentionibus sponte sua maxime solet abhorrere; natura ita comparatum est, ut, quæ in alios vel temere dicuntur, libenter excipiamus: eos vero, qui se, vel sua etiam necessario laudant, non sine stomacho audire possimus. Vnde adversariis nostris id relictum est, quod voluptatem lecturis non mediocrem sit allaturum: no-

Bene instituti a contentionibus abhorrent.

Libentius maledicenti aliis quam laudanti seipsum aures accommodamus

nobis vero quod statim nauseam sit facturum: nam si de me, ac mea diligentia libere atque magnifice interdum loquar; non dubito, quin statim arrogantiæ nomine suspectus omnibus sim futurus, sin id frigidius fecero, non satis valide adversariorum objecta refutare, ac nostra tueri, videri potero. Sed ita profecto sermonem instituere conabimur, ut nec causæ defuisse, & modestiæ rationem habuisse æquis judicibus videri possimus. Et quanquam ex his, quæ initio inchoati hujus a nobis Commentarii perscripta sunt, tam præstantissimorum virorum testimoniis, atque authoritate, quam etiam validissimis (ut nobis quidem videtur) rationibus, facti, atque instituti nostri rationem satis superque omnibus probare potuisse videamur: quia tamen eorum, quæ adversus nos objicerentur, quædam, vel parcius attigimus, vel omnino prætermisimus, quippe quod nemini tunc respondere, sed tantum gesti negotii seriem explicare nobis propositum erat; ne quis ea dissimulasse, & quasi causæ nostræ diffisos, consulto præterire voluisse nos existimet; colligemus in præsenti eorum omnium, qui contra nos sentiunt, argumenta; quibus in unum locum congestis, semel omnibus respondere conabimur, imitabimurque Imperatores, qui post commissa leviora prælia, eductis demum omnibus copiis, de summa rerum decernunt. Et quoniam præliorum, ac copiarum meminimus, erit operæ pretium diverse opinantium numerum, in suas quasi classes distribuere, ut quibuscum negotium nobis futurum sit, facilius atque explicatius agnoscere valeamus.

Tria genera diverse opinantium. Penitus probantes.

Horum omnium tria genera colligere mihi posse videor. Plerique enim graves, & docti viri nostrarum harum Institutionum editionem ita mihi probasse visi sunt, ut vehementer etiam admirentur, tot annorum seculorumque decursu, ex tot Patribus, qui in utroque jure floruerunt, nemini venisse in mentem, ut talem librum conscriberet, quo Pontificii juris elementa certa ordinis ratione complexus, ad cætera, quæ plus quam expediat, involuta sunt, & ardua, quasi gradum faceret. Earumque promulgationem omnino maturandam censeant, ut non solum posteri, sed etiam nostræ tempestatis homines, ejus rei uberem fructum capere ali-

quan-

quando valeant. Contra vero alii ab his toto cœlo diſſidentes, in ea re oleum, & operam perdi, affirmare nihil dubitant. Quippe qui conſultius eſſe exiſtiment, ſitientibus (ut ipſi dicunt) ex ipſis fontibus, ac veterum libris, quibus univerſum Jus Canonicum (quaſi mare quibusdam littoribus) concluditur, quam ex deductis inde rivulis non tam potum haurire, quam vix primoribus labris deguſtare, Iuſtinianique ipſius inſtitutum, qui Inſtitutiones in Jure civili curaverit tyronibus concinnandas, incuſare audent: remque feciſſe non modo nullius ſtudioſis utilitatis, verum etiam noxiam, contendunt: ſatis enim fuerat (inquiunt) juvenes præclaris illis veterum conſultorum monumentis inſueſcere; atque iis memoriam exercere, quam minutulis illis rebus, quæ quatuor Inſtitutionum Juris Civilis libris continentur, diutius immorari. Horum ita invicem pugnantium ſententiæ nullum nobis in præſentia negotium faciunt: nam cum primis quidem mihi per omnia convenit, habeoque ſcriptores graviſſimos, ac doctiſſimos viros: aliorum vero adeo deliram, & multorum ſeculorum conſenſu confutatam eſſe opinionem, ſic omnes intelligunt, ut non niſi ineptus videri poſſit is, qui eo laborat, ut eam multis argumentis rejicere, ac confutare conetur. Quemadmodum enim in corpora mollia, cedentiaque non poſſis egregiam plagam infligere, eo quod obſiſtere, contraque niti non queant; ita eos, qui palam inſanire non verentur, nemo forti redargutione percellere poterit; inania enim ita ſua ſponte concidunt, & evaneſcunt, ut expulſoribus nullum omnino locum relinquant. Ideoque iſtorum, neſcio quo pacto melior eſt cauſa, quam eorum, qui ratione aliqua adverſantur: quippe quod ipſis reſponderi non poſſit. Id vero non ſubticebo, quidquid iſti garriant: cenſere me, idque etiam ex maximis, & in Jure Civili eruditiſſimis viris ſæpius audiviſſe ex univerſa illa enucleati Iuris collectione, ac compoſitione, quam Juſtinianus nobis reliquit, nihil eſſe abſolutius, & ad comparandum in toto Jure civili lumen quoddam, conducibilius, quam illud Inſtitutionum opus, quod iſti ex juvenum manibus extorquendum & ab omnibus gymnaſiis eliminandum, quaſi nullius prorſus utilitatis, tam ſtulte con-

Penitus impugnantes. Juſtiniani Inſtitutiones parum probatæ.

Inſana loquentium aliquo pacto melior conditio eo quod ipſis reſponderi non poſſit.

Institutionum Civilium opus pulcherrimum atque absolutum.

Multi sunt in utroque jure anfractus, & difficultates.

censent. Nam quod isti Juris Cæsarei, ac Pontificii libros quasi pacatissima maria junioribus ipsis exhibent; non satis quidem scio, num illorum in eo judicium desiderem, an accusem inscitiam: omnino, quam parum in utroque jure versati fuerint, planum faciunt: nam tam multi sunt in utraque facultate anfractus, & disputationum procellæ; tam multa nodosa, ac durissima, ut nullo pacto juvenum stomacho concoqui possint. Sed ut verissimum sit, quod isti asserunt, & utriusque Juris libri pacatissimi maris speciem nobis referant; illud certe negare non potuerunt, stulte scilicet facere eos, qui sint penitus natandi rudes, si se mari primum, quanquam tranquillo, ac placidioribus undis, nec ita profundis aquis credere velint, ut se mari postmodum tutius committere valeant.

Probantes sed rem confici posse diffitentes.

Plusculum igitur erit nobis negotii cum iis, qui nostri instituti rationem magnopere probantes, rem tamen adeo arduam, & difficilem existimant, ut præ difficultate nec tentandam quidem; nec si tentetur ipsam faciliter absolvi posse judicent: nam si futurum est, ut eam quemadmodum Juris Civilis Institutiones, ita etiam noster hic liber, Legis sit vim habiturus: quanta tandem doctrina, prudentia, & vigilantia eos esse oportebit, qui tantam provinciam aggredi velint, & librum conscribere audent hujusmodi; in quo nihil anceps, nihil obscurum, nihil cæteris Canonibus contrarium esse, nihil deesse, nihil abundare debeat, & in quo punctus deficiens, vel syllaba temere adjecta, nos in magnam aliquam, vel difficultatem, vel errorem possit conjicere? Addunt præterea, non videri verisimile, nihil hujusmodi cogitasse tot Rom. Pontif. quorum plures fuere, qui maxima cum laude Jus ipsum Canonicum professi fuerunt: si quo pacto id e re studiosorum, vel publica fuisset, illud verisimilius, cogitasse quidem illos, sed tanquam id esset plenissimum periculi, ac difficultatis cujusdam insuperabilis, hujus operis conficiendi, vel tentandi consilium abjecisse: ajuntque, huic eorum sententiæ Innocentium IV. subscripsisse videri posse, qui cum tam feliciter hunc quasi campum Juris Canonici excoluisset, quemadmodum præclara sua

Cur Romani Pontifices non conscripserint Institutiones Juris Canonici.

Innocentius quid videatur sensisse hac in re.

ſua ſcripta facile teſtantur: ad Pontificatus ipſius apicem tandem evectus, non ſibi id ſumſit, ut quæ a ſe eſſent conſcripta legis autoritatem habere vellet, ſed ſimplicis tantum cujusque interpretis; nimirum prudentiſſimus Pontifex, & eruditiſſimus ſatis ponderavit, quid, ac quanti demum conſilii, & deliberationis eſſet, leges condere. Demum addunt, ut commode fieri id poſſe detur, nihil tamen eſſe cauſæ, ob quam quis hujusmodi laborem nullo ferme uſui poſteris futurum ſibi ſumat: cum antiquorum (ut ipſi appellant) Summiſtarum ſcripta, & præſertim Hoſtienſis ſatis eleganter, & concinne totius Juris Canonici, quaſi quoddam corpus contineant: quibus, ſi quis diligenter inſiſtat, brevi procul dubio magnam (ut conſtanter aſſerunt,) in illo jure ſcientiam ſibi comparare poterit.

Hoſtienſis ſumma videtur facere ſuperfluas Inſtitutiones Juris Canonici.

Horum ego dicta, nec aſpernari debeo; gravium ſcilicet, & doctorum virorum: nec item illis, quaſi re ſecundum eos judicata, acquieſcere, quod inſtituti noſtri rationem non ſatis adhuc hi mihi perpendiſſe videantur: reſpondebo autem, ſi primum illud præfatus fuero, ita videlicet ferre naturam rerum, ut nihil ſit tam rectum, nihil tanta ratione in vitam, uſumque hominum inductum, cujus novitas non ſit aliquibus ingrata, nec inculcatas vias facile mutari poſſe: atque hæc ardua reputari vetuſtis gratiam dare & novis auctoritatem. Docendum igitur nobis nunc eſt, eum quidem, quo de agimus, Inſtitutionum librum nullo periculo, non tamen nullo negotio, etiam quaſi Pontifice Auctore potuiſſe conſcribi: quod poſtquam evicerimus, tum demum etiam debere ob eam, quam inde ſtudioſi conſecuturi ſunt, utilitatem, oſtendimus. Ac primum quidem nullos præterit, eſſe in unaquaque facultate certos conſcriptos libros, quibus Auctores alieni commodi, ac profectus amatores, prima quædam cujusque ſcientiæ rudimenta complexi, ad cætera magis ardua gradum fecerunt, & viam a carceribus ad ultimam usque metam certo ordine ſtraverunt: cum ad ſumma perveniri, niſi ex principiis, non poſſit. Nam ut corporum, ita etiam animorum, atque ingeniorum quædam eſt infantia: in qua conſtituti ſolidiora, & crudiora

Reſponſio ad objecta.

Convenit in omni facultate eſſe libros continentes principia artis.

Etiam ingeniorum eſt quædam infantia.

nec mandere, nec concoquere possunt. Unde bonarum artium Doctores, qui se ingeniorum altores esse voluerunt, nonnullos libellos, quasi lac, & meliores quosdam cibos conscripserunt: quibus cognitis ingenia veluti adulta, etiam duriora devorare, ac digerere valeant. Ejus rei multa quidem ad manus nobis sunt exempla, sed, ut de aliis taceamus, majores nostri Institutiones Juris Civilis, quasi vix quicquam sine his aliquid in legitima prudentia proficere valeat, magno in honore semper habuerunt: & varia interpretatione, ac Commentariis exornatas, & locupletatas ad nos transmiserunt: hujusmodi aliquid, & in hac Juris Canonici facultate, cur excogitari, & conscribi non possit, ac debeat, ego non video: nisi forte quis, cum his sentiat, qui Justiniani factum improbare non desinunt. Mihi quidem Jus ipsum Pontificium diligenter aliquando intuenti, præstantissimæ materiæ, sed nondum ad certam ædificii formam constructæ, & compositæ; vel (si mavis) ædificio quidem, januis tamen, atque omni aditu carenti persimile videri solet. Nam si quis quæ sint ejus Juris initia, quove libro ejus prima elementa concludantur, interroget; nemo facile respondere possit. At (inquis) hoc ideo contingit, quod ea res non facile explicare potuerit, propter immensum quendam, tum laborem, & difficultatem; tum vero etiam periculi metum: das tu quidem, ergo fieri hoc potuisse, vel etiam nunc posse: sed quod id aliquando antea perfectum non fuerit, in causa laborem, & immodicam difficultatem, ac periculi formidinem fuisse, asseris. Quid ergo? Si sint, qui laborem, vel jussi, vel sponte subierunt, & difficultatem superarint, erit plane quod illis habeas gratiam. Erit quidem (inquies) sed vix in animum possum inducere, ejus eruditionis, ac judicii viros hodie reperiri posse, quibus id oneris satis tuto credi posse existimem: hic tu mihi naturam injuste nimis accusare videris, quasi non eadem, earundemque virium illa nunc sit, quæ olim fuerit; aut tempestate hac nostra, tanquam effera, & debilis, vires in angustum contraxerit. Nam si eadem naturæ vis, quæ olim fuerit, idem vigor manet plantis, pecoribus, ac cæteris brutis: quæ (malum)

Institutiones Juris Civilis.

Jus Canonicum comparari potest ædificio, sed janua atque aditu carenti.

Nullus certus liber continet elementa Juris Canonici.

Eadem nunc est naturæ vis, quæ olim.

lum) injuria est unis hominibus eandem mentis vim, easdem judicii & ingenii vires, quæ paulo antiquioribus fuerit, adimere: nisi forte similes illis sumus, quibus superior annus semper fertilior videri solet. At si verum amamus, nec ipsi nos, ac bona nostra nimis contemnimus; contrarium vero propius esset, & ratione, & certis rerum argumentis statuendum erat. Siquidem cum eandem semper generi humano ingenitam solertiam, atque idem insitum semper mentis acumen fuisse, inficiari non possimus; nostræ tempestatis homines ad naturalem, ac perpetuam illam vim ingenii, multam etiam veterum monumentorum lectionem, multa præteritarum rerum experimenta adjunxerunt; ita, ut mirum videri non debeat, si recentiores a veteribus accepta, & cogitata sæpe reddant meliora; aut imitatione veterum ipsi quoque quædam nova inveniant, cum huic nostræ docendi ætati cæteræ elaborasse videri possint: nec temere a nostris Jureconsultis illa usurpari credendum est; omne scilicet artificium incrementum recipere, & quanto quique sint juniores, tanto esse etiam perspicaciores. Quod quidem, ut de aliis taceam, nostra sane, & parentum nostrorum tempora satis planum faciunt: quibus non modo bonæ, ac liberales artes antiquo nitori restitutæ sunt; verum etiam quædam comperta, vel a veteribus non excogitata, nec cognita, vel etiam antea fabulosa credita. Quis unquam apud antiquos librorum formis excudendorum rationem novit? Quis antiquorum æneas fistulas conflatas ad pilas ferreas jaciendas aspexit? Quis Antipodas adiit? aut quis potius non hæc, antequam fierent, factu impossibilia credidisset; aut anilibus fabulis non adnumerasset? At cuncta hæc, vel nostra, vel Patrum memoria facta cognovimus. Non dabimus ergo recentiorum ingeniis, ut exiguum libellum, atque illum quidem ad alterius veteris imitationem, maximo præsertim aspirante Principe, conscribere possint? cujus rei explicatio præ his, quæ nunc attigimus, mea quidem sententia ludus æstimari poterit. Et sane supervacuus longior in studiis foret labor, si nihil liceret melius invenire præteritis: & quæ magna non sunt, atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum effi-

Superior annus videri quibusdam semper solet fertilior.

Quanto juniores, tanto perspicatiores.

Nostra ætatis in quo melior conditio.

Quæ parentum nostrorum memoria comperta

cerentur, habuerunt. At (inquis) poteſt quidem id fieri, ſed laborioſum eſt, difficile eſt, periculoſum eſt. Bene jam nobiſcum agi incipit, fieri enim poſſe, jam confiteris. At id erit magni laboris: noli tu nunc tam vehementer de labore alterius laborare, & quaſi ante tubam trepidare: nam quæ pulchra ſunt, eadem & difficilia eſſe oportet: erit, qui laborem libenter amplectatur; qui Superis bene juvantibus, difficultatem ſuperet; quod ſi unus non ſit par oneri ferendo, illi comes adjungetur: nec unus tantum, ſed ſi res exigat, etiam plures: nec enim usque adeo eſt hæc ætas effœta, & Princeps præclaris, & eruditis viris ſic indiget, ut rem hanc aggredi vereatur: dummodo nos incaſſum non laborare, & Trebonianos, Theophilos, & Dorotheos temporibus quoque noſtris reperiri poſſe, confitearis. At adhuc urges, cum periculoſum (inquis) id ſit; quod vel punctus, vel ſyllaba, nedum dictio, vel oratio ſecus poſita, quam deceat, nos ducere poſſet in graves errores: eapropter abſtinere ab hoc incœpto, ſatius ſit, quam ſe temere, nullius neceſſitatis impulſu, periculo huic objicere. Hic quidem ſatis prudenter illi nos monent, ne punctus, vel ſyllaba ſecus in opere ponatur, quam deceat, ne ſcilicet in magnos errores incidamus. proptereaque ad eam rem vitandam adhibebitur, vel adhibita eſt potius, quanto major potuit diligentia, &; ne quid accidat hujusmodi, legetur opus, relegetur opus, expolietur opus, non ab uno tantum, ſed a pluribus: addetur aliquid, & expungetur, mutabitur, multorumque ſententiis iterum atque iterum auditis, & collatis, eorum ſequemur judicium, qui prudentiſſime, & doctiſſime ſentire videbuntur: nec enim ſumus neſcii, nihil unquam humano ingenio elaboratum tam exactum initio fuiſſe, quin multorum poſtea accedente judicio, perfectius reddi potuerit. Quidquid enim optimum reperitur, ante non fuit, &, quæ vetera nunc ſunt, fuerunt olim nova. At, quod feliciter rem poſſe cedere, diffidis, etiam ſi opus recoquatur, refingatur, & ſæpius incudi reddatur, & propterea abſtinendum ducis; hic ego te ad Juſtinianum revoco, cui ex immenſa illa ſylva Juris Civilis, & infinita prope veterum librorum mole ſuas

Non eſt trepitandum ante tubam.

Diligentia.

Nihil perfectum ab initio.

In-

ſtitutiones elicere, feliciſſime ceſſiſſe multorum ſeculorum teſtimonio comprobatur, quod ſi nos ab hac ſuſcipienda provincia laboris & periculi metus retrahere debet; jam & navium uſus quaſi generi humano pernicioſus, improbandus ſit, quippe quod navigaturis ab undis, omnibus horis præſentiſſimum mortis periculum immineat: & quod (quanquam pretioſas merces advecturi, & magnum quæſtum facturi videantur) facile tamen fieri poſſit, ut transfretantes obrutis, & illiſis navibus medio mari mergantur: Agricolis campis ſemina mandare ne permittamus; quod poſt totius anni exantlatos labores uredine enatum germen ita corripi poſſit, aut alia calamitate ſeges ita atteri, & caſſari, ut nec ipſum quidem ſemen ager reddere valeat: quanquam de certo fructu, ac proventu longe nobis eſt exploratius, quam aut nautis, aut agrorum cultoribus: nec enim antea liber edendus eſt, quam bene maturuerit, & rebus ad unguem diſcultis, illum edi in rem eſſe ſtudioſorum, luce meridiana clarius apparet.

Laboris & periculi metus non debet nos ab honesta provincia retrahere.

Sed quodſi etiam rebus non ita ad amuſſim perpenſis, nullum ſubeſſe magnum periculum planum faciamus? aut, ſi ſubſit, nullo ferme negotio id poſſe vitiari, doceamus? Neque ego aliquid nunc cogito de illa a cenſoribus noſtris prudentiſſime excogitata cautela, qua putant ex re eſſe, ſi Pontifex ipſe diſerte teſtetur, quod harum Inſtitutionum editione jura nova inducere, aut vetera abrogare nulla ratione intendat; nam iſtud quidem adeo nobis plana, & expedita reddit omnia, adeo adverſariorum objecta contundit, ut nec Momo quidem ullum reprehendendi locum relinquat, verum etiam ſi nulla hujuſmodi teſtatio, quam tamen ego obviis ulnis amplector, adhibeatur.

Nullum subesse in editione libri periculum, etiam si diligentia fuerit remissior

Cautela censorum.

Principio nihil præcipue timendum eſt in eo, quod æque univerſis accidere ſolet. Eſt autem perſpicuum non ſolum ea, quæ paulo ſcripta ſunt gravius, verum etiam nullum prorſus eſſe genus ſcriptorum ita clarum, & undequaque abſolutum, quin interdum, vel ad dictum ambiguum illuſtrandum, vel ad loca, quæ invicem pugnantia videantur concilianda, vel ad fuſius quid explicandum, benigna legentis, vel docentis interpretatione indigeat. Atque ut (quemadmodum ſolent boni Poetæ)

Omnia scriptorum genera benigna legentis interpretatione interdum indigent.

Sacra Scriptura indiget interpretatione.

a Jove ipso exordiamur: Quis nescit, in ipsis Sacrarum Litterarum oraculis divino numine Sanctissimis viris inspiratis, nihil esse contrarium, nihil absurdum, nihil perperam positum? omnia pia, omnia veritati consona, omnia denique ab uno, eodemque Spiritu tum inspirata, tum dictata? & tamen, si quis Judaice verbis tantummodo mordicus inhærere velit, nec ullam prorsus interpretandi rationem admittat, multis erroribus ansam tribuat, necesse est, de quo utinam non tam multa nobis exempla nostrorum temporum calamitas suppeditaret; notiora quidem sunt hæc, quam exemplis indigeant; nec tam adeo quis insanus est, & a communi sensu Christianorum tam abhorrens, qui Solem ipsum de mundo tolli satius esse existimare non debeat, quam illa ipsa alicujus perplexitatis, vel ambiguitatis obtentu ab omnibus non legi, non concoqui, in succum & sanguinem verti: nimirum quod, quæ quandoque perplexa sunt, vel ambigua, ab eruditissimis viris explicentur, ac clara fiant. Jam vero, si ad veterum Jurisconsultorum monumenta, & Imperatorum rescripta, & sanctiones, quibus intelligendis, & enucleandis, dies ac noctes invigilamus; animum referamus: & si nihil in his contrarium deprehendi posse, Justinianus constanter ausus fuerit affirmare; tam multa tamen, saltem ad speciem, invicem pugnantia comperiuntur, ut in eo potissimum nostrates Interpretes insudare videantur; quemadmodum scilicet ea, quæ ex diametro videntur adversa, conciliari valeant: atque adeo interdum in eo laborant, ut quasi cum monstro quodam frustra diu luctari, demum dent manus, seque victos confiteri minime pudeat: sed, ut saltem quoquo modo sese ab inextricabilibus perplexitatibus eximant, & legislatoribus suis honorem servent, aut unum responsum secundum alterius legis sententiam accipiendum asserunt; aut hoc quidem inspecta dispositione Juris antiqui, illud vero recentioris, obtinere affirmant: aut hoc stricte, illud large accipi debere contendunt: nunc etiam facti speciem inter se diversam, contra verba contextus comminiscuntur, & unoquidem casu hoc, alio vero illud procedere affirmant. Quid plura? non satis quidem illi acute, sed procul dubio vi quadam, & necessitate com-

Vix posset Jus Civile subsistere sine interpretatione.

Quibus modis Interpretes Juris se a perplexitatibus conentur eximere.

compulsi, & adacti, vel quid minus recte dictum erudiendorum juvenum gratia contendunt; quasi vero docendi gratia errare, vel pugnantia loqui liceat: vel difficultatibus succumbentes nos ad Apollineos Tripodes rejiciunt. Cogitaram hic pauca hujus rei exempla subnectere, sed hæc minus etiam, quam mediocriter in Jure Civili versatis cognita sunt., & penitus perspecta: obtinuerunt tamen, & obtinent digestorum libri, Imperatorumque Constitutiones & Institutiones Justiniani nomine conscriptæ, vim legum: nec propterea abjiciuntur, quod plurima in his valde ambigua; multa quæ videntur contraria; nonnulla inextricabilia deprehenduntur: nimirum, quod velut Ursæ informes, & recenter natos catellos suos lambendo, ad elegantiorem formam redigunt; ita interpretationis munere id consequimur, ut, quæ ab Auctoribus scripta videntur durius & perplexius, interpretando quasi admota leviter manu, ad molliorem tactum, & ad quandam rerum planiciem traducamus. Non permittam hic orationem nostram ambitiosius vagari, ut idem accidere, & in Philosophorum, Medicorum, Poetarum, & omnium prope Scriptorum libris planum facere velim: cum & res multis non indigeat, & satis nobis sit, si nos inter propria castra, ac domesticos cancellos contineamus. Illud non dubitanter ausim affirmare, ne quotidianum quidem, ac familiarem amicorum inter se sermonem posse subsistere, si ita verbis inhæreas, ut nullam prorsus interpretationem admittere velis.

De hoc in Epistola Fernandi Farnesii ad Flavium Ursinum in operis limine.

Quid præstet interpretatio.

Etiam quotidianus amicorum sermo sine interpretatione non subsistit.

M. *Næ tu* (inquit Comicus) *istic hodie malo tuo compositis mendaciis.*

Huc advenisti, audaciæ columen, consutis dolis.

S. *Immo equidem tunicis consutis huc advenio, non dolis.*

M. *At mentiris etiam certo, pedibus, non tunicis venis.*

His captionibus, si nihil interpretationi demus, non modo Comicorum scena, verum etiam gravissimorum quorumvis Auctorum scripta sunt obnoxia: sic, qui in Clericum violentas manus intulerat, non incidisse in pœnam Canonis, *Si quis suadente diabolo*, contendebat, quod sua sponte verberasset, non diabolo suadente: sic qui per annum non communicaverat, pœnis capituli,

Exempla cavillatoriarum interpretationum Juris Canonici.

omnis utriusque sexus, non teneri, quod illud de hermaphrodito tantum loquitur: sed (ut inquit Paulus) non oportet Juris verba captari, sed qua mente quid dicatur animadvertere.

Cavendum igitur erit summopere, & quantum humana potest præstare industria, & solertia, vitandum, ne quid in ista nova Institutionum Juris Canonici editione sit ambiguum, perplexum, contrarium: & nos id studiose cavimus. Sed postquam omnis erit diligentia & cura adhibita, si quid minus perspicue dictum exciderit, aut quod perplexitatem præ se ferat; nihil adeo perverse scriptum deprehendetur, quin interpretationis beneficio, quasi manu medica adhibita, ad sanum intellectum retrahi, ac traduci possit: quod utique futurum esset, etiam si diligentia adhibita fuisset paulo remissior; quod quidem ex lectione voluminum utriusque Juris facile intelligere possumus; quibus colligendis, ac disponendis, quam non magnum adhibitum fuerit studium, nostro incommodo quotidie experimur. Cur tantum formidamus, ne huic nostro, cæterorum etiam librorum subeunda sit fortuna? Scripserunt antiqui Pontifices Libros suos, atque Legis vim obtinere voluerunt, eosque hodie amplectimur, & exosculamur, in quibus tamen plurima sunt obscura: nonnulla vero ita invicem etiam in eodem libro, & sub eodem titulo pugnantia videntur, ut maximum conciliare volentibus negotium faciant. Possem ego hic sexcenta hujusmodi afferre exempla; sed profecto clarior est res, quam ut exemplis illustranda sit. Nec hoc a me eo dicitur, quasi imitandum istud putem: quod utique tanquam scopulum, semper magno mihi studio, ac labore vitandum censui, sed ut aliquando ipsis rerum experimentis, ac certissimis exemplis isti intelligant, nullum magnum formidandum, & extimescendum esse in hac editione periculum. Alii tamen, nec illi quidem (ut sibi videntur) inepti, ita adhuc argumentantur. Aut quæ in Decretalium Libris comperiuntur, nullis omnino mutatis verbis in tuum Librum transtulisti: & tunc, cum sint illa ipsa penitus, quæ alibi ab ipsis Pontificibus scripta reperiuntur, etiam nullius novæ approbationis interventu, ubi ubi legantur, eandem semper retinebunt aucto-

In libris Juris anonici multa sunt quæ videntur pugnare, & quæ non facile conciliantur.

Quorundam objecta.

auctoritatem. Aut non quidem ad verbum transtulisti, sed pro ingenio, & judicio tuo illa tibi finxisti: & tunc Pontificis intervenire approbationem, est valde periculosum. Video, quid isti moliantur, & quam mecum astute, ac callide agant: sentio nempe, ut nos omni penitus laude spolient: ita enim putant, si fateatur is, se in suum Librum ad verbum ex aliis Juris Pontificli Libris omnia transtulisse; non tam Auctoris operis novi sibi nomen vendicare poterit, quam simplicis Librarii nobis ministerium sese præstitisse, confitebitur. Sin se pleraque pro suo ingenio innovasse asseruerit, tum metu imminentis periculi, de suo illum instituto dejiciemus, atque ita nostræ causæ arcem invasisse, existimant, ut se vel suspendio vitam finire velle magno clamore jactent, si quando me voti compotem fieri contingat, quem, qui sim, satis jam (ut isti prædicant) omnes norint. His objectis facile me posse respondere, non dubito, quod antequam faciam, paucis mihi lautus iste vir est admonendus, & compellendus. Si nescis (bone vir) cum ita excandescis, cum sic stomacharis, cum me oblique in angulos perstringis, cum laqueum te meditari vociferaris, si Pontifex approbet: alia viro gravi indigna evomis, auctoritatem tuam, quæ sola tibi superest ad evertenda consilia nostra, apud eos, qui te solum in cute norunt, multum imminuis, atque arma ipsa, quæ adversus nos non cessas intorquere, ipsemet infringis: oportuit te sedatiore animo hanc causam attingere, nosque, & institutiones nostras ad speciem interdum ornare tuo testimonio, ac laudare, atque ita fovere, ut cum boni viri existimationem, atque intercidentis inter nos amicitiæ opinionem tibi comparares, tum me facilius, quasi per cuniculos oppugnare, & dum altera manu scriberes, altera ferire posses; nec alicui alieni a nobis animi suspicionem ingerere antea oportuit: nullæ enim graviores sunt insidiæ, quam quæ in simulatione necessitudinis, & benevolentiæ delitescunt: quod, ut facias, ego te aliquando conatum intellexi: sed usque adeo in visceribus tuis venenum ebullit, ut illud intra stomachi claustra continere, & comprimere non semper possis, sed vel te invito interdum erumpit ardentius. Quod vero (ut asseris)

Insidiæ sunt graves, quæ in simulatione necessitudinis delitescunt.

qui sim norint omnes; non satis mirari possum, quomodo id passim prædices, qui me non multis ante mensibus ipse noveris, immo nec nunc quidem forte bene cognitum habeas: sed me quidem hujus rei, si ita sit, minime piget, te certe pauci omnino sunt, qui sicut ego, & alii quidam, bene norint: & plane non tu talis es, qui aliquid in hac nostra mediocritate dispicere possis. Num meministi cum primum Romam appulissem, neque me de facie antea nosses, quanto studio mecum inire amicitiam quæsieris? quoties me inviseris? quoties domum tuam, quasi veterem amicum perduxeris? quantis laudibus ingenium, judicium, atque opus meum extuleris, quam sæpe Pontificem ipsum magna mihi eo nomine debiturum, prædicare soleres? quam sæpe, & Pontificis ipsius cunctationem, & vicem meam dolere te diceres? quæ omnia tunc ego non subdolo, sed humanissimo, & candidissimo animo dici, & fieri abs te credebam, nec adagii memineram, *Intempestivam scilicet benevolentiam simultatis loco habendam.* Itaque nihil non egi, ut, quod unum te spectasse, & ambiisse non multo post comperi; inter Censores meos, quos tu illico forte auro onerandos credideras, ab ipso Pontifice legereris. At postquam hi, quibus melius quam tunc mihi cognitus esses, optimo judicio, valde ambientem repulerunt; vix dici potest, quam mihi repente fueris immutatus: quam ab illa tua simulata humanitate, atque animi candore recesseris, quam tibi homo paulo ante plane cum Tribonianis, ac Dorotheis conferendus, statim nullius eruditionis, ac judicii visus fuerim: quam demum mihi iniquus factus, & omnibus cœptis nostris adversatus fueris. Demum quid te cogitari potest levius, & inconstantius, qui non modo adversus ea, quæ sæpe dixeris, verum etiam contra illa ipsa, quæ proprio chirographo aliquando confirmasti, tam impudenter, atque imprudenter, coram amplissimis viris de me, ac meis scriptis obloquutus fueris? num meministi, cum librum, quem tibi legendum tradideram, reposcerem, & tu me sic extolleres, ut Tribonianis ipsis parem facere non dubitares; petiisse me ex te, ut illius tuæ sententiæ scripto fidem faceres? num eorum, quæ scripseris, penitus es oblitus? vel me adeo supinum arbitraris, ut ea, quæ ad existimatio-

Intempestiva benevolentia.

Semper amat, qui verus est amicus.

mationem meam valde pertinent, tui similis factus prorsus negligam? falleris, amice, falleris. Nam veluti eo tempore, quo jam mihi in aliquam tergiversationis suspicionem veneras, proprium a te chirographum extorsi: ratus; ita me posse penitus coërcere procacitatem istam tuam, quam quasi tempestatem quandam (velut ex longinquo) jam tum mihi videbar intueri; ita illud ipsum, ut impudentissimam garrulitatem tuam, saltem quoquo modo, reprimam; diligentissime asservo, & cum opus est, proferre soleo, ut miretur jam nemo, si mihi tam inique detrahere conaris, qui nec ipsum tibi parcere noveris, & aliud stans, aliud sedens, dicere assueveris, atque chirographum illum tuum Commentario huic nostro inseruissem, nisi ab illaudato viro laudari turpissimum duxissem. Qui sim (inquis) omnes jam bene norunt; ac norint quidem omnes; ecquem me tandem norunt? ecqua labe inquinatum? ecquo scelere, vel turpi nota commaculatum? norint omnes (inquam) me, nec enim recuso, nam & in patria nunc celeberrimi nominis viri, & qui aliquando in Aula majori quam tu, qui in ea consenuisti, in pretio fuerunt, & nunc sunt, me collegam, nec dedignantur, neque aspernantur: & ibidem probati quique consuetudinem nostram appetunt: & Romæ illustrium virorum patrociniis non destituimur: & quod forte scis apud Maximum Principem, maximis nos laudibus, maximi viri ornarunt. Sed tu nec etiam ipsis parcis, & fœdo isto tuo, atque incondito sermone gravissimorum, & doctissimorum virorum laudes ita conspurcas, ut has ego obtrectationes, ac teterrimam istam tuam verborum colluviem æquiore animo jam feram, cum mihi socios, tantos scilicet viros, adjungis: unde nihil impedio, quin more ignavorum canum, qui non pro veritate, sed pro consuetudine latrant, quantum vis, garrias. Sed revertor jam ad causam nostram, & præclaram argumentationem tuam, neque committam, vt diverticulum, ne responderem quæsisse, et (quod dicitur) nimium altercando, veritatem perdere voluisse, videri possim. Unum illud addo, quod te suspendere velle jactas, si quasi Pontifice Auctore liber exeat; per me quidem, & si non exeat, id facias licet: im-

Laus propria quandoque non impudens.

Dissolutio objectionis.

Plus unus potest in destruendo, quam multi in construendo.

immo te, ac tui similibus adversantibus non exiturum facile conjicere possum: non quod magnam tibi inesse auctoritatem videam, sed quod in demoliendo plus unum, quam in construendo plures valere intelligam: sed tu, si cujus alterius sceleris conscientia, quasi furiis ad laqueum urgeris; tantisper, obsecro, subsiste, ac sustine, donec ad praeclaram illam tuam argumentationem brevissime respondero. Brevissime, (inquam) tum quod priori parti, cum de imminenti periculo, cum populo ipso nos admones; saepius supra, ac varie a nobis responsum est: tum quod anterior pars egregiae istius tuae complexionis tantum abest, ut contra nos faciat, ut illam ipsam maxime nostram causam adjuvare contendamus. Quaero (inquis) quomodo egeris, & an ad verbum in librum tuum Canones ipsos intexueris? quomodo me gesserim, alias supra satis dilucide explicavi, unde nunc non repeto, cum praesertim tibi satis id exploratum, putem: nam & pluribus diebus perlegenti operis tibi potestatem feci, & ex me ipso de tota ratione instituti nostri saepius cognovisti: quinimo quidam (nec illi quidem aspernandi) ex nostro Codice, dum illum apud te esse paterer, exemplum clanculum sumsisse, atque illud asservare te domi diligenter, ausi mihi fuerunt affirmare. Sed fac, me ad verbum transtulisse. Quid praeterea? Ergo (inquis) nulla nova necessaria est Principis approbatio. Praeclara mehercule illatio, & homine valde dialectico plane dignissima: sed finge, me concedere, nullam necessariam esse Principis comprobationem, quod tamen falsissimum esse proxime docebimus: non propterea etiam evincis; approbationem Principis nulla ratione intervenire oportere, multa siquidem comperiuntur, quae quidem, ut necessaria non sint, quia tamen, vel decora sunt, vel utilia, non solum recipimus, verum etiam magno studio undique conquirimus: quod satis liquido apparet, dum vestes nobis curamus, dum aedificamus, dum agrum colimus. Nec enim omnia ad solam necessitatem referimus, sed multa utilitatis, nonnulla solius etiam decoris, ac pulchritudinis gratia facimus, imitamurque in hoc naturam ipsam, quae licet nihil agere frustra credatur, quaedam tamen ostentat in herbis, floribus, in plantis, frondibus, atque terestrium anima-

Multa, quae non sunt necessaria, fiunt causa utilitatis, ac decoris.

animalium pellibus, in pennis. avium, folius decoris, ac pulchritudinis causa a se confícta: nec tu (puto) inficiaberis, tum magnum operi decus accessurum (quanquam hoc minime omnium cupis) tum Pontifici illi gloriosum futurum, quo quasi Auctore Juris Canonici Institutiones in lucem sint proditurae: cum inter egregia a se gesta maximus Imperator reposuerit, quod se Auctore Juris Cæsarei Institutiones exissent; nisi forte tu, ut mihi, ita & Pontifici ipsi invideas; nec quenquam præter te, aliquam gloriæ particulam assequi, æquo animo pati possis: sed puto, dabis, decorum hoc futurum supremo Pontifici, saltem, ut illius amans & studiosus videaris: ergo, ut hoc necessarium quidem non sit, gloria tamen Principis, atque operis ipsius decus satis est causæ, ut quasi illo Auctore liber in publicum exeat: ut accedat profectus studiosorum, ac utilitas, qui longe alacrius, & impensius huic perdiscendo, & enucleando operi invigilabunt, si quasi de manu Pontificis, quam si ab homine privato sint recepturi; quippe quod ita natura comparatum est, ut munera ipsa, non magis interdum materia, quam Auctores ipsi grata nobis ac pretiosa faciant: ut non immerito Iustinianus ipse non semel juventuti a se docendæ gratuletur, quod tanto honore digni tyrones habiti fuerint, ac tanta felicitate affecti, ut prima legum rudimenta ab Imperiali (ut ille inquit) splendore, ac voce principali accipere debeant. Accedit, quod cum Juris Pontificii facultas Jus ipsum Civile quasi æmuletur, injuriam quodammodo illi facimus, si quemadmodum Juri Civili contigit, Juri etiam Canonico, quasi Principe auctore sua principia non concedimus: præsertim quod illo suadente, in libros collecta, illo jubente, recognita, ac revisa sunt, ac non, nisi illo permittente, sint edenda. Videsne igitur, etiam si ipsorum canonum verbis ad amussim usum esse me, tibi concessero, multas tamen esse causas, quæ quanquam necessitas, (ut vis) non urgeat, quasi Pontifice auctore liber exire debeat, suadere possint. Sed in præsenti nihil nos adjuvet, quod Pontificis approbatio operi magnum decus adderet, nullum habeat momentum, quod ea res futura est approbanti Pontifici gloriosa. Nec attendamus, quod sit lecturis utilitatem allatura, nec indecens

Justinianus de Institutionibus suis gloriatur.

Munera gratiora nobis facit largientium dignitas.

Jura Canonica & Civilia æmula.

habeatur, quod Juris quidem Civilis elementa, quasi Imperatore Magistro discimus; ac Juris Canonici a privato accipiamus: omnia hæc nec assis faciamus, nec aliquo modo ad rem pertinere, confiteamur. At quid tandem dices, quo tandem confugies, si ut tibi dederim, me a Canonum verbis ne latum quidem unguem recessisse; tunc tamen maxime huiusmodi necessariam esse approbationem extorsero, si tute id sponte tua confiteberis? responde, sodes, vir acutissime, & qui tam anceps dilemma ex quodam profundo Dialecticæ artis expiscatus es, quo quasi cornibus quibusdam ita posse nos impetere, tibi persuaseras, ut nusquam posse nos effugium aliquod reperire, credideris? responde (inquam) sodes, cujusnam autoritate muniuntur jura ipsa, quæ in gratiam tuam fateor nunc, me ad verbum meo libro intexuisse? Romani (inquis) Pontificis. Tum præterea dicas, obsecro, eadem illa, cujus loquentis personam nobis exhibent, atque exprimunt: & pariter non negabis, quod Romani Pontificis. Si ergo ad verbum translata sint in nostras Institutiones, nonne & ibi Pontificem loquentem intueri necesse erit? & hoc quoque negare non poteris. Quid ergo? non putas nunc necessariam Pontificis approbationem: quasi mihi homini privato in privato opere liceat sine scelere, ac falsi crimine Pontificis induere personam? Quid tu ad hæc? quo pacto elaberis? quomodo ab hoc laqueo te expedies? vides quam subito, quam nullo negotio, non dicam, corruerit tota tua machina, quam ad quatiendam caussam nostram paraveras, sed in te ipsum retorta fuerit? viden' ut tuo te gladio confoderim? viden' quam parum sis in disputando acutus? Quid dicam? videre non potuisse te, quod vel pueros latere non potuit? an potius vidisse te quidem, sed facile nostris, atque aliorum oculis tenebras offundi posse, existimasse? sed neutrum horum statuam: nam nec tibi medioeris ingenii, ac judicii laudem invideo, neque itidem te de nobis tam prave sentire audio, ut hujusmodi nugas facile nos imbibere posse existimes. Sed profecto ita natura comparatum, atque usu compertum est, ut cumprimum mentem livor occupat, animus quasi cæca caligine involutus nihil rectum cernere valeat: unde multos, alioquin oculatissi-

Impugnandi studium anteam tribuit erroribus.

mos

mos viros, impugnandi ſtudio in fœdiſſimos errores fuiſſe delapſos, legimus.

Sinamus igitur, hos pro ſua libidine blaterare, proſequamurque, illorum objecta confutare; qui, ut multo, quam hi nobiſcum agunt modeſtius, ita & a nobis modeſtius excipientur. Ajunt, ſi hujuſmodi Juris Canonici Inſtitutiones conſcribi, aut neceſſitas cogeret, aut ſuaderet utilitas, vel res aliqua ratione ſine magno periculo tranſigi potuiſſet, utique futurum fuiſſe, ut alii Romani Pontifices eas conſcribendas jam pridem nobis curare debuerint: neque exiſtimandum, hanc paratæ ſibi laudis materiam poſteris illos fuiſſe relicturos. Ego vero quid illi curaverint, vel non curaverint, non multum ad rem pertinere arbitror. Primum enim nimis iniquo loco recentiores conſtituimus, ſi eiſdem omnem inveniendi rationem præceptam ſtatuimus, quod falſiſſimum eſſe, ſupra demonſtravimus; cum rerum ipſarum parens, & repertor tempus, non omnia ſimul perficiat, ſed ſub variis temporum ſpatiis, & diſtinctis annorum intervallis; & ex unius perfectione alterius quoque rei trahat, & deducat inventionem. Et (ut prudentiſſime in Ethicis docet Ariſtoteles) omnes præclaræ artes ab exiguis principiis profectæ ſunt, atque inde ad magnum decus pervenerunt. Sed per me cogitarint quidem & alii Pontifices, non tamen continuo evinces, eos difficultate perterritos huic rei manum non admoviſſe; id enim fieri potuit, quod hi ad alia negotia animum vehementius appulerint; illi non diu ſuperſtites fuerint. Sed demus, alios Pontifices omnino vacuos fuiſſe, diu ſupervixiſſe: demus, de componendo hujuſmodi opere cogitaſſe; demus, difficile id, immo impoſſibile reputaſſe, & ideo abſtinuiſſe: & ſi quid quærunt amplius, num propterea nobis quaſi lex quædam dicta eſt, ut non idem poſſimus & nos excogitare, & tamen aliter, atque ipſi opinari, & demum rem ab ipſis deſperatam aggredi, ac tentare? Nonne ſæpe fit, ut quædam nobis non poſſint magis ex ſententia cadere, quæ tamen non tam conficiendi, & abſolvendi ſpe magna ducti, quam libidine tentandi aggredimur? Quinimo inquit Comicus:

Non omnis inveniendi ratio eſt recentioribus præcepta.

Tempus omnia invenit ſed non ſimul.

Licet nobis a veteribus diſſentire.

Et deſperata cadunt interdum ex ſententia.

Imprudens itidem, & sæpe jam multis locis
Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

Et idem rursus:

Insperata accidunt magis sæpe, quam quæ speret.

Quis scit igitur, quin aliquo amico Numine favente, vel causa possint recentiores feliciter id absolvere, de quo veteres desperarint. *Dii enim* (ut est in adagio) *facientes adjuvant, & omnia vendunt laboribus.* Quanquam alia ratio diligentius id cogitanti solet interdum occurrere, quamobrem illi nullas in Jure Canonico Institutiones conscripserint: nempe, quod veteres circa quædam Juris illius, quasi cunabula ad Pontificatum evecti, ad firmandum constituendumque Jus ipsum Canonicum, quod tum videbatur adolescere, animum intenderent; nec potuerint Jus ipsum, vel nullum omnino, vel certe rude adhuc & vix inchoatum ad rectam methodum redigere: quod satis liquido apparere potest, si quis ad tempora Gregorii Noni, Bonifacii Octavi, & Clementis Quinti animum & memoriam revocet; qui quidem haud ita munitis seculis suos libros promulgaverunt, qui novissime Juri Canonico certam quandam formam, & corpus, quod hodie retinemus, constituerunt. Institutiones itaque tunc temporis, quasi deficiente materia, conscribere minime potuerunt sacrosancti ille Patres: quod in ipsis fuit, satis luculenter præstiterunt. Nunc cum ipsa materia abunde suppeditetur, accipienda est, atque ex ea, quasi de rudi prope marmore effigies ducenda. Nec ego propterea Pontificum illorum libros male digestos esse contendo, sed ad id quod molimur, nullum, aut certe perexiguum usum præbere, nec enim illis fuit propositum, ut nos jura veterum docerent, aut rudes aliquos instituerent, sed tantum, ut quæ vel in universum statuerunt, vel antiquorum Imperatorum instar, consulentibus responderunt, Justitiæ & Divinæ Legi consona essent: in eo autem nulla necessaria erat methodus, aut docendi ratio, sed Divinæ tantum legis peritia, & eorum, quæ antea constituta essent scientia. Atque cum interdum factum illorum cum nostro comparo; illud interesse mihi prope videri solet, quod inter marmorum, ac lignorum materiam, optimam quidem illam, & ad ædificandam longe præstantissimam, se

Ratio probabilis cur veteres Pontifices in Jure Canonico Institutiones non conscripserint.

Veteribus Pontificibus non tam docere propositum fuit, quam statuere.

sed dissolutam, ac male congestam, atque ex eadem materia fabrefactam domum: nam marmora, & ligna eadem sunt illa quidem sed usum longe diversum nobis præbent artificis manu, certa ratione composita, & tenacissime inter se compacta, quam disjecta, ac in varias partes dissipata, vel ad inhabitandum non satis omnino illa commode constructa. Veluti ergo commode inhabitare volentibus non satis est, saxa, atque materiam, & cætera ædificanti utilia congerere, nisi disponendis eis, collocandisque artificum manus adhibeantur: sic non satis est, facultatem quamlibet abundare rerum copia, cumulum tantum habere; nisi illas certa disponendi ratio in ordinem digestas, atque inter se conjunctas devinxerit: eadem accedat, oportet, via, atque ea, cum ad ingrediendum, tum ad demonstrandum, incipientibus expedita: neque propterea ista comparatione antiquis illis Patribus aliquid nos detractum velle quisquam existimet: nihil enim mirum, si id illi non præstiterunt, quod vel deficiente ipsa materia, vel alia quacunque causa suadente, ne tentarunt quidem; minimum illud est, quod nobis vendicamus, atque hujusmodi, ut si eo veteres animum appellere valuissent, vel voluissent, elegantius forte, quam nos id ipsos præstare potuisse, non negemus, hoc est nonnullam forte laudem non inepte omnino disponendi, ac rudioribus expeditiore quadam, & compendiosiore via tradendi ipsa, quæ a veteribus non modo præclare cogitata, atque divinitus inventa; verum etiam ad constituendam Christianam Rempublicam solemniter sancita, ac salubriter decreta fuerunt: unde præter faciliorem quendam ordinem ad eas res perdiscendas cætera omnia ipsis relinquimus, atque multo magis illos nobis, quam Cererem ipsam, quam frugum inventricem Poëtæ fabulantur, molitori cuidam, vel pistori præstare existimamus. Quod autem de Innocentio dicitur, qui suis scriptis Legis autoritatem non est impartitus; nihil eos movere debet, siquidem is, nec cum scripsit, Pontifex erat, nec si fuisset, quasi Legislator scripsit, sed quasi purus interpres: nec utique dubium esse debet, eundem, si collibitum est, potuisse libris suis auctoritatem Legis concedere: cum illius multas Decretales cæteris Canonibus admixtas habeamus: sed credendum est, eundem ideo ab-sti-

Nihil detrahitur veteribus Pontificibus.

Innocentius omnibus a se scriptis Legis autoritatem non dedit.

Idem plures

Decretales condidit. stinuisse, quod multa nova suis libris inseruit, quæ non ea,qua decet Legem ferenti, diligentia expendisset. Cum multum intersit, interpretemne quis se exhibeat, an Legislatorem, & ut cætera desint, certe non plus unius nos movere debet Innocentii auctoritas, qui omnibus a se scriptis vim legis non tribuit,quam Gregorii, Bonifacii, Clementis, atque adeo ipsius etiam Innocentii,aliorumque, *Diversa ratio est scribendi nova, vel vetera ordinandi.* qui Jus ipsum Canonicum,quasi a fundamentis erexerunt. His accedit, quod diversa prorsus est ratio nova scribendi, quod illi contingit: alia eorum, quæ etiam non modo scripta, verum etiam ab omnibus recepta sunt, ad certum ordinem, rationemque redigendi, *Institutiones in Jure Canonico an necessariæ.* quos nos molimur. Extorsimus itaque, in harum Institutionum editione periculum aliquod magnopere formidari non oportere: dispiciamus nunc an eæ necessariæ sint, & quam allaturæ sint legentibus utilitatem, & an omnino provinciam istam suscipiendo, oleum & operam luserimus. Quanquam, quæ de hoc instituitur disputatio probabilior sane fuisset, si quis opus nondum aggressus esset, quam nunc, cum res in eo statu sit, ut suprema tantum manu indigere videatur. Quis enim quærat, an necesse sit quid tentari, quod prope absolutum ostendatur? conemur tamen etiam his (si possumus) satisfacere. At primum quidem si librum hunc nostrum ita esse necessarium, ut sine eo nemo satis proficere valeat, astruere coner, imprudentissimus sim: quis enim non novit, quotquot unquam in ista nostra Juris Canonici facultate floruerunt,neque cogitasse quidem, neque librum attigisse similem? Sed quemadmodum Jus ipsum Pontificium in omni vita profiteri volentibus, non omnino illum necessarium minime diffitemur; ita cum omnibus conducere, tum vero quosdam sine eo nihil posse proficere, affirmare audeamus. Principio neminem latet,ut proxime disseruimus,quam deceat unamquamque facultatem certum habere librum, quo ipsius prima elementa concludantur,ac velut in artem redigantur: cujus rei quanquam per se ipsa satis pateat; locupletem tamen *Ciceronis auctoritas.* testem apud M. Tullium habeamus Marcum Crassum. *Omnia fere* (inquit) *quæ sunt conclusa nunc artibus dispersa, & dissipata quondam fuerunt:ut in Musicis numeri, & voces & modi; in Geometria li-*

lineamenta formæ, intervalla, magnitudines: in Astrologia Cœli conversio, ortus, obitus, motusque siderum: in Grammaticis Poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus: in hac denique ipsa ratione dicendi excogitare, ornare, disponere meminisse, agere; ignota quondam omnibus, & diffusa late videbantur. Adhibita est igitur ars quædam, extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum Philosophi assumunt, quæ rem dissolutam, divisamque conglutinaret, & ratione quadam constringeret. Sit ergo in Jure Civili finis hic legitimæ, atque usitatæ in rebus, causisque Civium, æqualitatis conservatio: tum sunt notanda genera, & ad certum numerum, paucitatemque revocanda: Genus autem, id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas, aut plures complectitur partes: partes vero sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, subiiciuntur omniaque, quæ sunt, vel generum, vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeant, est exprimendum. Est enim definitio eorum, quæ sunt ejus rei propria, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio: his ego rebus exempla adjungerem, nisi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar quod proposui brevi: si enim, aut mihi facere licuerit, quod jam diu cogito, aut alius quispiam, me impedito, occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne Jus Civile in genera digerat, quæ perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriam cujusque vim definitione declaret: perfectam artem Juris Civilis habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem, & obscuram: atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sint, coguntur, & vel passim licet carpentem, vel colligentem, undique repleri ista iuris Civilis scientia. Hæc ille. Et hoc quidem, quod in Jure Civili tantopere se desiderare, atque expectare Crassus ajebat, & se facturum aliquando credebat, abunde suis Institutionibus Justinianus videtur præstitisse: quod tamen tunc non erat perinde, ac nunc circa Jus Pontificium necessarium. Siquidem Jus Civile maxima sui parte ex veterum Jurisconsultorum libris, & interpretationibus constat, dum illi aliquid vel ad Senatusconsultum, vel ad Legem, vel ad Prætoris Edictum

Institutiones in Jure Canonico magis necessariæ, quam in Jure Civili, &

quam ob rem. ctum commentabantur: quibus suis lucubrationibus etiam ordinem quendam, vt homines erant magna tum doctrina, tum judicio, certamque rationem servasse comperiuntur, dum finiendo, dividendo, generales quasdam positiones formando, rem tractant, ita ut ipsorum Jurisconsultorum monumentis, idem prope, labore haud multo majore consequemur, cum inde institutiones illas ferme ad verbum desumtas, & excerptas fuisse videamus, quod de Jure Pontificio non item affirmari potest: quippe quod potissimum ipsorum Pontificum ex facto consultorum responsis totum ferme constet, ut omittam interea, quantum putem interesse inter ipsorum Juris Consultorum, & Pontificum, aut eorum, quorum opera ipsi usi sunt, in pertractandis, ac subtiliter pervestigandis disciplinis, eruditionem, & exercitationem. Si quis igitur, quantumvis rudis, quinquaginta Digestorum libros perlegat, non modicum legendo consequetur in Jure Civili, tum doctrinæ, tum judicii: non idem legenti omnes Decretales usuveniet, cum illa cuncta fere ad solam oblatæ speciei decisionem, nullo, neque docendi, vel certa ratione interpretandi, sine ipsis conditoribus proposito, emanarint. Si igitur Juris Civilis Institutiones recipimus, laudamus, & tanquam necessarias exosculamur, cur non multo magis idem existimemus de Institutionibus Juris Canonici? cuius libros, si diligenter quis inspexerit, aut nulla, aut certe valde tenuis finiendi, dividendi, certa methodo rem explicandi ratio continetur, quod de Pandectarum libris vere prædicari non potest. Accedat huc, quod studiosorum hominum, quibus liber hic noster usui esse poterit, duo genera considerari posse videntur. Alterum eorum, qui huius Juris peritiam sibi ad quæstum comparare nituntur, ut sunt ii, qui per multos annos Juri Cæsareo in publicis Gymnasiis operam dantes, in recessu vix paucis mensibus, ad summum anno Juri Pontificio ita sese dedunt, ut tanquam de Nilo canes recedentes, vix pauca degustent.

Duo hominum genera quibus hæ Institutiones usui esse possunt.

Alterum est eorum, qui non tam ad quæstum, quam ad proprium eam sibi usum facultatem parare cupiunt, ut sunt Theologi, qui, cum Jus ipsum Canonicum cum Theologia communionem in plerisque, & affinitatem quandam habeat, non multum se profecisse exi-

Cur Theologis Jus Canonicum discere laboriosum sit, licet

existimant, nisi ad eam etiam Juris Canonici cognitionem, si non exactam, at quamcunque saltem adiungant. Et audivi ego sæpe magnos in Theologia viros ad Jus Pontificium, quasi sibi occlusas fores conquerentes. Quippe quibus ad publica Gymnasia honeste non detur accessus, neque, si detur, multum sint profecturi, cum ibi judiciorum vel beneficiorum tractatus; vel si qui sunt alii ad lucrum parandum aptiores, interpretari doctores suis auditoribus consueverint. Quæ vero habent cum Theologis quædam communia, & ad pœnitentiarium forum spectant, neque digito quidem attingere solent; eodem ferme loco & aulici sunt habendi, & præsertim qui Ecclesiastica aliqua dignitate sunt insigniti, quibus circa suarum Ecclesiarum administrationem, & multiplicia negotia impeditis non vacat multos annos in ejus Juris sibi paranda cognitione consumere: cum tamen passim ea illis occurrant, quæ non possint sine illius Juris notitia explicari. Sive igitur ad quæstum, sive ad proprium usum hujus juris cognitionem referas, neutris harum Institutionuus editio ingrata esse debet. Siquidem ii, qui ad quæstum rem totam referunt, eo ipse anno quo Juris Civilis desinunt audire prælectiones, & ad Pontificium se transferunt; vix unius aut alterius tractatus cognitionem assequi valent. Ea enim his temporibus invaluit interpretandi ratio, ut interdum vix duobus, aut tribus mensibus, unius Decretalis interpretationem absolvant: ita fit, ut juvenes perpaucorum solummodo tractatuum notitiam tenentes, sese, vel domum recipiant, vel ad Civilia obeunda munera conferant; & sæpe incidunt quæstiones quarum prima illi rudimenta ne obsecerunt quidem: adeo, ut sedes ipsas principales incidentis quæstionis misere interdum emendicare cogantur. His igitur hoc certe commodum liber hic noster afferat, ut, si vel mensem in eo diligenter perlegendo ponant, qnocunque sub tractatu emergens quæstio reponatur. ex illius lectione, si non decisionem, quam tamen sæpe sunt ibidem inventuri, at certe loca, unde quæstionem solvere possint, nota, nullo negotio habere valeant. Quod quidem, & ad laborem levandum, & ad vitandam gravem temporis jacturam,

Quæ Juris Canonici in publicis gymnasiis explanetur portio.

Aulici Ecclesiastica dignitate insigniti.

Quæ hodie interpretandi ratio invaluerit.

Generalis terminorum cognitio multum confert.

quod quis diu quærendo facere cogetur, valet plurimum: ut omittam interea, quod generalis illa omnium, quæ Pontificio jure continentur, rerum cognitio incredibile est, quantum mentis tenebras excutiat, & ad unumquodque, quantumvis abstrusum, investigandum adjuvet. His vero, quibus circa Theologiæ cognitionem, vel alia negotia occupatis in Jure Pontificio perdiscendo non vacat multos annos collocare, non modo utiles erunt Institutiones istæ, verum etiam omnino necessariæ At primum quidem quomodo hi nulla Juris Civilis cognitione imbuti, quæ procul dubio multum adjuvat, audebunt tantam provinciam aggredi? Quomodo Decretales ipsas incisas, & plerumque longissimam facti speciem continentes, ferre poterunt? aut si possint, quem inde succum elicient? cum eæ, uti sunt justitiæ, & æquitatis plenissimæ, ita tanquam ad consultantium vota pro tempore ab Auctoribus conscriptæ, nullum certe ordinem continere potuerunt: aliquid forte hi ex libro Gratiani (quem Decretum appellant) consequi poterunt; sed non est incognitum quantum illius libri nutet auctoritas, quam etiam perplexo ordine conscriptus sit, qui tamen ut sit optime digestus, & totus aureus, certe multa sunt in eo posteriorum Pontificum Constitutionibus immutata, & correcta; multa noviter inducta, de quibus verbum in eo nullum invenias, & si omnia ibi sint, fusius tamen inveniuntur pertractata, quam ut his, qui expeditam quandam discendi viam sequi cupiunt, conveniat: quod quidem libri ipsius magnitudo satis aperte ostendit. Sed neque Hostiensis Summa hos meo judicio multum adjuvare poterit: nec enim liber ille ab Auctore ad eum usum, de quo nobis nunc est institutus sermo, editus fuit: sed scripsit egregius ille vir, non minus consummatis viris, quam tyronibus: neque ut suo libro elementa Juris Canonici complecteretur, sed ut omnia, quæ usque ad tempora sua in jure tam Pontificio, quam Cæsareo a quibusvis Interpretibus, quantumvis ardua, vel ambigua conscripta essent; in librum suum congereret: quod satis perspicue ex operis ipsius prooemio liquere potest, uti id ipsum Auctor clarissime testatur. Et procul dubio, si omnia, quæ in illo libro con-

Juris civilis cognitio adjuvat volentes profiteri Jus canonicum.

Decretum Gratiani.

Hostiensis summa non est scripta solis tyronibus.

Grandior est

congessit, numerentur, plura sunt, quam ea, quæ tribus ipsis Juris Canonici libris continentur. Accedat, quod illius lectio non potest non esse periculi plenissima: siquidem constat, Hostiensem antea scripsisse, quam Bonifacii, Clementis, nonnullorumque aliorum Pontificum Constitutiones promulgarentur; ac velut Citharedus, quantumvis peritissimus, si ea Cithara, in qua plures principaliores fides confractæ fuerint, pulsanda sit; nullum suavem concentum reddere poterit; sed obstrepet verius, quam personet: sic vir ille insignis, cui scribendum fuit multo antea, quam bona pats librorum illius Iuris, quod interpretabatur, esset in lucem edita; non potuit non multa dicere, quæ aliter, atque ipse putaverit, hodie statuta comperiuntur: Potuit quidem ipse, quid maxime Iuri & æquitati pro tempore consentaneum sibi videretur, scriptis suis mandare, quid posteriores Pontifices constituturi essent, divinare non potuit. Quod item & de aliis pluribus dici potest: Sed demus illum scripsisse nudius tertius, quis obsecro omnium rerum rudis ad Jus Canonicum perdiscendum accedens, summamque Hostiensis legendam assumens, primum quidem tam grandis libri machina non terreatur, atque inde legendo operi incumbens; ob tam multiplices (ut vocant) allegationes, ob tam varias antiquissimorum Doctorum, quas recenset, opiniones; ob tam multas quæstiones, non adeo se multiplicium rerum mole gravatum sentiat, ut in ipso statim limine (ut dicebat Imperator) desertor fiat studiorum? aut aliter, quam cum labore maximo sero eo perveniat quo leviore, & simplici via ductus, citius cum majore etiam profectu pervenire potuisset? Alenda profecto primo tempore sunt ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda, non asperiorum tractatu rerum atterenda, aut difficultate numerosæ, atque perplexæ institutionis deterrenda. Et sane si Hostiensis liber hujusmodi putetur, qui aliquem institutionibus ullis locum non relinquat, jam & Justiniani Institutiones frustra membranas occupant, siquidem, & Placentinus & Azo, aliique nonnulli in Jus Civile Summas (dicam audacter) elegantius, quam in Jus Pontificium Hostiensis, conscripserunt. Quod si neque Placentinus, nec Azo, nec alius quisquam ita scripsit ut Cæsareæ Institutiones hodie superfluæ existimari debeant; neque istorum libris ad Jus Civile paratur ingressus, sed per eas tantum ad illud primus nobis aditus patet: cur idem, & de Institutionibus Juris

liber summa Hostiensis quàm omnes Canonum libri.

Lectio summæ Hostiensis periculosa, & quam ob rem.

A principio alenda sunt ingenia, non atterenda.

ris

ris Canonici existimari non debeat, non satis quidem perspicere possum. Denique ut ea, quæ Hostiensis, & alii similes scripta reliquerunt, per omnes numeros penitus cognoscere ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus quædam brevias, ac simplicius tradi magis convenit. Sed puto iis, qui metam contigerint, & in Jure isto Pontificio ita progressi sunt, ut vix illis supersit, in quo proficere ulterius valeant, in hoc libro nostro judicando perinde accidere, atque si quis arduum, ac præruptum iter ingressus emenso longo spatio, terminum tamen tandem contigerit. Nam, si ad eundem locum expeditiorem quandam viam ei quis polliceatur, aspernetur; tum quod ei, qui ad metam pervenerit, quanquam cum labore, nulla nova,qua illum ingredi oporteat, via necessaria est; tum etiam, quod vix æquo animo pati potest,alios brevi, ac quasi nullo labore eo pervolare, quo ut ipse pertingeret, multum insudavit, ac multos menses consumsit. Cujus rei ex eo conjecturam facio, quod pauci ii, qui institutum nostrum non perinde mihi probare interdum videntur, hi ferme hujusmodi sunt, quibus libri hujus nostri usus minime videatur necessarius, & qui didicisse malunt, quam discere. Quanquam non desunt multi seniores,docti etiam,ac graves viri,qui rem hanc mirum in modum collaudent, atque complectantur; horum ego tam multos in præsentia proferre possem, ut vel nuda illorum nomina utramque paginam facere possint. Ut tamen unusquisque de re tota possit exploratius judicare,placuit,brevissimum compendium, & prima totius operis lineamenta edere, ac quasi Apellis tabulam in publico proponere: obtestorque eos, qui lecturi sunt (si quis tamen hæc quoque) ut si qua sunt, quæ aut prave posita judicet, aut quæ quaque ratione illis non probentur, mihi ante editionem nota facere, minime graventur: a quibus tantum abest, ut aliquid mihi detractum putem; ut hoc ipsum maximi beneficii loco sim repositurus.Neque enim ego is sum, qui ei, qui in scriptis meis aliquid desideraverit, vel reprehenderit,inimicitias denunciare velim: cuius enim esset hoc intemperantiæ, aut qui obtineri id potest, ut homines,etiam quæ non probent, laudent: immo hæc reprehensio non solum sine offensione, verum etiam accidit cum gratia: Ita enim se res habet, ut qui alterius librum corrigere conatur; si quid affert, quod in rem sit, gratia sit ei habenda: sin autem, ut eius saltem sedulitatem amare debeas.

Malunt homines didicisse quam discere.

Gratiæ sunt ei agendæ qui alienum librum conatur emendare.

Non tamen ut quis surripiat.

FINIS LIBRI TERTII.

PIO IV. PONT. MAX. JO. PAULUS LANCELOTTUS JURECONSULTUS PERUSINUS S.

PONTIFICII Juris Institutiones proximis annis superiorum Pontificum jussu & nos conscripsimus, & summi viri castigarunt, quæ quidem optandum sanè erat, ut iis in lucem prodirent authoribus, quorum mandato & scriptæ & recognitæ fuissent, vel ea saltem ratione, quod authores ipsi munera nobis gratiora, ac pretiosiora facere consveverint, & sæpe non tam quid, quàm à quibus accipiant, homines soleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque causa fieri non sinit, illud certè nulla ratione committi debet, ut Juris scilicet Pontificii Institutiones sub alterius, quam ipsius Pontificis nomine appareant, à quo Pontificia omnia jura emanant: velut enim ab Oceano deducta flumina in ipsum tandem refluunt, ita hoc, quicquid est operis, quod totum de Romanorum Pontificum constitutionibus deriva-

tum est, ad ipsum Romanum Pontificem, quasi ad fontem proprium redibit. Ad te autem eo justius, quod magnis aliis animi dotibus, quibus ad Pontificatum tibi aditum parasti, exactissimam adjunxisti Juris hujus cognitionem. Unde perbelle nunc accidit, ut quæ facultas optimum te meliorem reddidit,& ad moderandam difficillimis temporibus Christianam Rempubl. instructiorem, eam nunc tu contrà, cum Canonum conditor evaseris, beneficium reponens meliorem sis redditurus: cujus rei non dubia jam apparent indicia, cum tam per te sanctissimas in urbe Constitutiones quotidie edere non desistas, quàm Tridenti ad restituendos antiquos Christianorum mores, atque extirpandas hæreses universale concilium indixeris. Ex quo te præsidente indies emanant Decreta non minus salubria, quam ex his Synodis, quibus Innocentius, Alexander, Bonifacius, & Clemens præfuisse leguntur: quæ Juris libros implent, ac quasi corpus quoddam constituunt. Ad illa autem Institutiones hæ nostræ gradum fortè rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo: nam si ita contingere senserimus, ad alia promptiores reddemur, & alacriores. DEUS opt. te nobis diu incolumem, felicemque seruet.

Perusia, Kal. Augusti, M.D.LXIII. Pro-

JO. PAULUS LANCELOTTUS
J. C. Perusinus, Juris Pontificii
Candidatis S.

PROOEMIUM.



Libros Juris Pontificii diligenter intuentibus facilè apparebit, eos ad quandam imitationem (1.) illorum, qui in jure Civili extant, fuisse conscriptos, atqve digestos. Nam ut illi Romani Imperatoris, sic hi Romani Pontificis authoritate potissimum nituntur, ac velut illi Romanorum Imperatorum constitutionibus, Senatus, aliorumqve magistratuum placitis, & Jurisconsultorum responsis constatn, sic in hoc Ponti-

NOTÆ.

(1.) Imo potius ad æmulationem, ab eo scil. tempore, quo avulsa est a Pontificibus Ecclesia ex regimine Imperatorum & Principum & qvo primum stabilita est monarchia Ecclesiastica. Id vero qvam impie, & quibus artibus factum fuerit, jam exposuimus in dissertatione præmissâ. Jure divino omnis anima Principibus subesse tenetur, *etiamsi Apostolus sit, etiamsi Evangelista, etiamsi Propheta, sive quicunque tandem fuerit*, ut loquitur Chrysostomus *ad Rom. hom.* 23. At jure Pontificio cautum est, ne Clerici subjiciantur. Contradicit igitur Canonicum & repugnat juri divino. Dederant Principes Episcopis honoris causa, ut Clericorum suorum causas audirent, & ad reverentiam ministris Ecclesiæ in plebe conciliandam concesserant, ne ad communia judiciorum tribunalia comparare cogerentur. At qvod *Imperatores ita distinguendorum negotiorum Episcopis sanctis, juxta divalia constituta permiserunt*, uti ait Leo Episcopus Romanus *epist.* 94. Id

tificum itidem Romanorum (2.) ſanctiones, ſacrorum conciliorum decreta, & ſanctisſimorum virorum haud disſimili ordine congeſtæ ſententiæ conſpiciuntur: qvæ omnia tam pari poſtmodum ſtudio poſteritas amplexa eſt, & tam eodem ſtylo (3) interpretata, ut inter bonas ar-

id in ipſorum Imperatorum injuriam & irreparabile damnum verterunt pesſimi & ingratisſimi Pontifices.

(2.) Horum omnium autoritas multo inferior eſt autoritate eorum, qui jura civilia condiderunt. Pontifices qva tales nullam omnino habent leges ferendi poteſtatem, quippe quos DEUS ſubeſſe jusſit poteſtatibus ſupereminentibus. Concilia per modum imperii obligare neminem posſunt, nec Sacerdotum eſt νόμα κρατεῖν. Unde quæ in Synodis conſcribuntur ad ordinem aut ordinatum facientia, non leges ſed canones vocantur, habentqve aut ſolam conſilii vim, ut in his, quæ ſingulos magis ſpectant, quam univerſos, aut obligant per modum pacti, volentes, & nolentes etiam pauciores ex necesſitate determinationis, & qvatenus in latitudine oppoſiti pauciores contrario robori cedere coguntur, ac proinde ex lege naturali, non ex humano aliqvo imperio, niſi tale ſpecialiter ex poteſtate Principum acceſſerit. Multo minus vero Doctores Eccleſiæ juris conſtituendi habent poteſtatem. Juris Conſulti olim tempore Auguſti poterant jura interpretando condere, atqve id jus reſpondendi ab ipſo Imperatore impetrari oportebat, uti notant Doctores *ad* §. 8. *de J. N. G. &C.* Nulla talis poteſtas unquam tributa eſt Doctoribus Eccleſiæ; neque etiam Gratiani Decretum, quod ejusmodi dictis Patrum refertum eſt, pro authentico apud Pontificios habetur; tantum abeſt, ut qvoad autoritatem & juris condendi poteſtatem reſponſis prudentum comparari queant. Atqne hinc conſtat, nullam juris canonici cum jure civili inſtitui poſſe comparationem, niſi inimicam forte & theatralem.

(3) O imitatores, ſervum pecus. Pertinent huc verba Joh. Franc. Pici *de imitat. ad P. Bembum. Tantum*, inquit, *priſca illa ætas monebat ſtudioſos literarum, ut homines tandem vellent ſe eſſe, non ſimias; quod ſub-*

artes nullæ prorſus ſint, quæ tanta ſimilitudine (4) ſeſe invicem contingant. Non parva (5) hinc nos interdum cepit admiratio, qvanam ratione contigerit, ut veluti

ſubſecuta ſecula cuſtodiſſe illud ſit indicio, quod & Terentius a furis nomine maximopere abhorruit: & Manlius gloriatus eſt, ſeſe non furtum ſed opus editurum, ut qui neminem unum ſequeretur; quaſi tacite doceret:imitatores nimios a furibus nihil omnino differre.

(4) Verum eſt, non ſimilitudine tantum ſeſe invicem contingere jus civile & canonicum, ſed in unam etiam ſocietatem & conſonantiam coiiſſe,ut quod in alterutro horum jurium expreſſim deciſum ſit,in altero quoque deciſum eſſe intelligatur. Ferd. Vaſqv. *controv. illuſtr. Cap.* 87.*n.* 28. Eaqve ita in judiciis hodiè inter ſe revincta & cognita ſunt, ut communi qvodam nexu ſe mutuo complectantur. Verum iſtud vinculum in noſtro foro tam neceſſarium non eſt, ut ſolvi & revelli neqveat.

(5) Me plane nulla. Nec enim ad umbilicum adhuc perductum fuerat jus Canonicum, cum quotidiè & ab omnibus in ſede Romana ſucceſſoribus novæ ederentur conſtitutiones, qvas agglutinari reliqvo corpori, & ex illis quoqve inſtitutiones confici Jurisprudentiæ Pontificiæ intererat. Et contigit ipſi Lancellotto, qvod admirationem ſi non tollere omnino, ſaltem minuere potuiſſet. Cum enim eo ipſo anno, qvo has primum Inſtitutiones edidit, etiam Tridentini Concilii Decreta expectarentur, maluit Laucellottus finem concilii antevertere & Editionem ſuam maturare, quam repetita ex decretis Tridentinis interpolatione opus denuo pertexere, præſertim cum nova deinceps opus eſſet cenſura nec impetranda facilè, nec cito expedienda. Edidit igitur hoc ſuum opus menſe Auguſto anno MDLXIII. cum menſe demum Decembri finis Concilio imponeretur. Et quanquam eſſent deinceps, qui, ut contextui ea,quæ in concilio mutata fuerant, infererentur, ſæpiuſculè inſtarent, impetrari tamen id ab eo non potuit, quod diceret, velle ſequi ſe Juſtiniani exemplum, qui licet poſt editas a ſe Inſtitutiones juris Civilis, multa novellis ſuis conſtitutionibus innovaſſet, non propterea aliquid dictis Inſtitutionibus adjecit vel immutavit, ſed lectoribus

luti Imperatorio nomine Cæsarei Juris in certos libros redacta sunt elementa, non ita etiam ad usum studiosæ juventutis ad jus Canonicum ab ipsis Pontificibus compositæ Institutiones reperiantur, cum id, si, ut quidem nunc est, contemplemur, ædificii cujusdam referat speciem, januis, atque, omnipropemodum aditu carentis, & una hac tantum dissimilitudine a jure Civili sejungatur. Accedit, quod, cum nemo sit mortalium, qui gloriæ cupidine (6) non tangatur, hoc non sine magna sua laude factu-

ea perqvirenda reliquit, uti refert Franciscus Mancinus *in Epist. ad Cardinalem Joh. Franc. de Gambara.* Tolerari potuisset ista excusatio, si vim legis accepissent institutiones Lancelotti, sicuti acceperunt Institutiones Justiniani.

(6) At putabam ego, Ecclesiæ salutem qværendam esse a Pontifice, non gloriam propriam. Optime Hieronymus *in Epist. ad Gal. Videas plerosqve (qvod etiam Tullius ait) libros suos de contemnenda gloriâ inscribere, causa gloriæ proprii nominis titulos prænotare. Interpretamur Scripturas, sæpè vertimus stylum, qvæ digna sunt lectione, scribimus: Et nisi Christi causâ fiant, sed memoriæ in posteros & famæ in populos, totus labor irritus fiet, & erimus quasi tympanum sonans & cymbalum concrepans.* Videtur autem mihi Lancelottus suam maxime gloriam in hoc opere concinnando qvæsivisse, ut immortale Triboniani nomen sibi compararet. Nec dissimulare id potest Lancelottus, dum frustra a se collocatam operam, Pontificis tarditatem, tempus a se Romæ inutiliter consumtum, & expensas factas longa relatione commemorat, quibus omnibus supersedere, & ad Pontificis arbitrium totum hoc institutum referre potuisset ac debuisset, nisi propriæ laudis argumentum captare maluisset. De tali autem gloria, quam ad Romanum Pontificem spectare simulat Lancelottus, revera autem sibi ut tribuatur, vehementer cupit ipse, talem facit conjecturam Critonius Mellonus *in Epist. ad Lancel. Venturum aliquando Roma-*

facturi videbantur. Sed veteribus quidem facile id ignosci poterit, in jaciendis & struendis hujus Juris fundamentis videlicet occupatis, & quasi materiæ defectu (7) impeditis: at recentioribus, ejus facultatis tractatibus ad justum corpus excrescentibus, Institutiones inde elicere, & quasi de rudi marmore (8) statuæ cujusdam effigiem ducere non difficile fuisset: & quæ nostrorum est feli-

manum aliquem Pontificem, qui gloriæ cupidine magis titilletur, quam fecerint hactenus hi, a quibus de eis conscribendis mandatum acceperit Lancelottus, vel qui eis successerunt, eumque causaturum, indignum esse, ut juris Canonici elementa de scriptis privatorum hominum hauriantur; tum quoque Institutionibus, quæ circumferuntur, non pauca deesse, quæ necessario sint adjungenda, & propterea curasse se, ut undique absolutæ Institutiones hujusmodi quasi recudantur & nomine Pontificio edantur, inde quibusdam immutatis, additis vel dempiis, ut novum quoddam opus videri possit, suo nomine editurum, vetiturumque, ne deinceps aliæ juris Canonici Institutiones a quoquam legantur, sicque dum Romanus aliquis Pontifex gloriam aucupatur, laudem & memoriam Lancellotti, suis Institutionibus remanentibus, aboleri. &c. Id quidem factum a Pontifice nondum est, fieri tamen adhuc quovis tempore potest, hoc unico ad Lancelottum redundante commodo, quod ejus in præfatione fieri aliqua possit mentio, qualem & Gaji JCti fecit in procemio suarum Institutionum Justinianus.

(7) Defectus ille in priore Ecclesia non fuit privativus sed negativus. Negavit Ecclesia, sibi eam potestatem competere, quam magna cum animorum & populorum concitatione affectavit posterior. Regnum suum non esse de hoc mundo, dixit Salvator; at ejus Vicarius regna invadit, ut suam de hoc mundo ostendat potentiam.

(8) Nimis aculeata hæc mihi videntur verba, & ipsam juris Pon-

felicitas temporum, non modo in ea re illustrium virorum opera uti, verum etiam per se id præstare nonnulli potuissent. (9) Sed & horum quidam vitæ brevitate, quidam multiplicium hæresium, bellorumque (10) tam civilium, quam externorum procellis facile excusari possunt. Quis enim in sacri Apostolatus fastigio (11) universæ ecclesiæ (12) præsidens, atque orbem ipsum principum discor-

Pontificii structuram, quam tantopere commendant Pontifices, haud leviter suggillare. Ruditatis arguere Pontificum opera, suis vero statuæ elaboratæ atque effigiatæ nomen impertire, est hominis temerarii, & plus, quam decet, sibi tribuentis.

(9) Qui scil. jurisprudentiam ipsi excoluerant, quales fuerunt inter Pontifices non pauci.

(10) Etiam hoc est contra institutum primæ Ecclesiæ, quod bella gerere velint Episcopi, qvibus longe aliud munus commissum est. Graviter in hunc abusum invehitur Claudius Espencæus Theologus Parisiensis *lib. 2. digress. cap. 6.* inter alia his verbis: *Postquam exlex semel necessitas clero ad prælia non tantum animum, sed manum etiam exeruit, factum est. ut cum tempore omnia deterente eundem ludum exercerent, simulatque receptum est, ne profanas cum sacris ministeriis ditiones & tenerent & gererent. Nec tantum contra barbaros & incredulos, sed ejusdem quoque nunc sagvinis nunc patriæ, aut certe fidei principes, Domini nostri DEI pacis quidam minus pacifici Vicarii bella indicerent & gererent, exemplo scandalis infinitis gravido & nulla scripturarum aut Canonum autoritate probato &c.*

(11) Subinnuit primatum Petri & ejus Vicarii, sed qui nunc pex sesqviseculum variis argumentis ita de absurditate convictus est, ut cum omni nunc jure destituatur Pontifex, sola vi primatum istum sustineri censendum sit.

(12) Quis eum ita præfecit? Gregorius M. cum mentionem fecis-

ſcordiis fluctuantem, bellorumque incendiis æſtuantem circumſpiciens, ad ocium literarium varie agitatum animum facile poſſit appellere? Sed hoc nos parum aliquando perpendiſſe videri poſſumus, nam cum in aula Romana difficillimis temporibus (13) degeremus, de Inſtitutionibus Juris Canonici Pontificio nomine conſcribendis, Juſtiniani Imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus: & quamvis minus forte oportune, de his tamen conſcribendis ab eodem mandatum accepimus, (14) & quantum in nobis fuit, etiam explevimus: ſiqui-

feciſſet, titulum univerſalis Epiſcopi Romanis Pontificibus aliquando datum aut oblatum fuiſſe, illico dicit: *Sed nullus eorum unquam hoc ſingularitatis vocabulum adſumſit, nec uti conſenſit, ne dum privatum aliquid daretur uni, honore debito Sacerdotes privarentur univerſi. lib. 3. epiſt. 32.* Cumque eo tempore Johannes jejunator Patriarcha Conſtantinopolitanus Patriarchæ Oecumenici ſeu univerſalis nomen ſibi tribueret, indignatus Gregorius ſcripta ad eum epiſtola, quæ eſt 38 lib. 3. *univerſalis vocabulum* dicit *eſſe nefandum, profanum, ſtultum, ſuperbum, perverſum, temerarium, quo vocari*, inquit, *nullus præſumpſit, qui veraciter ſanctus fuit. Et epiſt. 39.* dicit: *In iſto ſceleſto vocabulo conſentire, nihil eſt aliud, quam fidem perdere.*

(13) Factum id ſcribit autor anno MCLV. haud multo poſt initum Pontificatum a Johanne Petro Caraffa qui Paulus IV. dictus eſt. Quis tum fuerit Europæ ſtatus, ex Thuani hiſtoria peti poteſt,

(14) Ad ſuggeſtionem ſcil. quod proinde pro conſenſu verius haberi debet, quam pro mandato. *Inde ad me converſus*, inqvit Lancelottus *in relat. vehementer hortatur, ut novum hoc tam pulchrum ac neceſſarium, (ut ipſe aſſerebat) inventum literis mandem &c.* Si Pontifex ſponte mandaſſet, non dubitarem longe feliciorem exitum inſtitutum hoc Lancellotti habiturum fuiſſe. Quia vero ad ſuggeſtio-

ſiquidem intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi (15) ac patrocinandi munere, impenſe operam dedimus, (16) ut per nos hujusmodi Inſtitutiones componerentur, quæ, ut Pontificio nomine exirent, non indignæ judicarentur: quod quidem ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimum ſummorum virorum (17) probavit teſtimonium, ut illæ jam jam de manu Pontificis in manus veſtras venturæ crederentur. Sed usque adeo poſtmodum, cum Romæ

nem demum de Pontificis voluntate conſtare coepit, non aliter interpretari eam licet, quam Pontificem disſuadere Lancelotto opus coeptum noluiſſe.

(15) Dicit ipſe autor alibi, ſe tum temporis, cum opus hoc abſolviſſet, Juri civili interpretando duodecim jam annos occupatum fuiſſe.

(16) Per integrum triennium, dicit alibi, ab eo ſcil. tempore, quo in patriam ſe poſt habitos cum Pontifice ſermones ex urbe Roma recepit. Sed longe antea inchoatum iſtud fuerat opus. Ita enim ad eum anno MDLXIII. ſcripſit Johannes Franciſcus Cardinalis de Gambara: *Agitur annus ſextus decimus, quo ego Peruſiæ, te Præceptore, prima juris civilis initia urgebam, & tu jam tum opus hujusmodi ſub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, unde quod tam diu illud continueris erit fortaſſe qui te accuſet.* Conſcribere igitur opus hoc ſuum coepit Lancelottus adhuc ante annum MDXLVII.

(17) Qui Cenſores ex pontificis mandato electi fuerant. Erant autem Fabius Acorombonus, Julius Oradinus & Antonius Maſſa, qui cum omnia prope examinaſſent, & ſæpe de illis, quæ ſibi dubia videbantur, cum Autore communicaſſent, egregium de toto hoc opere dederunt teſtimonium. Neqve contentus eo autor, ne qua porro a Theologis moveretur controverſia, eorum etiam cenſuræ ſcriptum ſubjecit, & tum a Daniele Blanco, tum ab ipſo Dioeceſeos Peruſinæ In-

Romæ ob eam unam rem diu fuiſſemus,(18) ſupremæ manus impoſitio differebatur, ut qui graviſſimis, ac multiplicibus undique ad ſedem Apoſtolicam confluentibus negociis admodum ſenem Pontificem,& natura ipſa (ut ajebant) valde cunctatorem(19) diſtentum fuiſſe ignoraverit, magnam illo tempore incuriam fuiſſe facile ſuſpicari potuerit. Itaque diutius ſubſiſtere non valentes in patriam conceſſimus,(20) Pontifex paulo mox in fata.

Inquiſitore Matthæo Lachio ſubſcriptionem & conſenſum obtinuit.

(18) Per integrum fere biennium, intra quod ſpacium impetrari vix potuit copia ſemel tantum, cum Pontifice loquendi. Sed nec tum quidem, præſentibus licet & approbantibus Cenſoribus obtineri potuit, ut liber publico Pontificis nomine ederetur, quippe quem ipſe quoque perlegere & ex judicio proprio ultimam limam adponere decreverat.

(19) Adde & ſuperbum, & in jurisprudentia parum verſatum. Ad Theologiam enim eum vitam ac mores compoſuiſſe,deinde in montem Pincium conceſſiſſe, ibique nec commodis ædibus aut loco amœno a rerum humanarum cura alienam prorſus vitam aliquot annis egiſſe ſcribit Thuanus *hiſtor. lib. 15.* Sed etiamſi juris fuiſſet conſultiſſimus, exiſtimat tamen Lancelottus, non melioris librum ſuum futurum fuiſſe conditionis, quam Breviarium Romanum, quod non modo ab initio initi a ſe Pontificatus, verum etiam in omni propemodum vita a ſe caſtigatum Clericis legendum tradere ſtatuiſſet, & quod quotidie vel invitus; dum honorarias preces perlegeret,præ manibus haberet, nunquam tamen abſolviſſet.

(20) Quod Elephanti partum ut ipſe loquitur, non amplius expectandum duceret. Succeſſit vero deinde Pius IV. Papa, quo in thronum evecto ſuaſiſſe ſe Lancellotto ſcribit Ferdinandus Farneſius,ut Romam iterum concederet, illum vero ſe facturum omnino negaſſe, dicen-

ta, Sed hæc commentariolo (21) sufficiat nos aliquando fuisse complexos. Ergo si cui forte audentiores visi fuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli ausi fuerimus, maximis authoribus, atque adeo mandato ipso Pontificio hanc temeritatis culpam redimere possumus: vel certe id non impune tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impensas, atque invidorum obtrectationes, (22) nescio an dicam, frustra subierimus, utinam non am-

cendo, improbe Neptunum accusari ab eo, qui iterum naufragium faciat. Nec tamen defuerunt interim, qui id negocium apud Pontificem urgerent. Refert enim ipse Lancelottus in responsione ad Francisci Muscantii literas, post mortem Pauli IV. Pium IV. instante cardinali Cicada mandasse Francisco Alciato, ut opus rursus percurrreet, & judicium faceret, an hujusmodi sit, quod Pontificio nomine edi conveniat, se tamen, licet non unis ab eo literis compertum habeat, Alciatum optime sentire de institutionibus suis; Pontificique rem suasurum, certo tamen scire, Pontificem id minime curaturum, quippe qui jam pridem mores aulicos cognitos habeat, adque ideo se relationis hujus exitum non expectaturum, sed primo quoque tempore opus ipsum privato nomine editurum, prout fecit, vel ipso Alciato festinatam editionem non probante.

(21) Quem specialiter de fato hujus libri ad Candidatos juris in Academia Perusina scripsit,

(22) Quas prolixe refutat Lancelottus *commentar. lib.* 3. Habuit vero etiam suos æmulos, quibus ipse fortasse occasionem dedit, dum commentarium, uti vocat, seu *σκιαγραφίαν*, aliquot annis ederet ante, quam Institutiones. Et palmam ei dubiam fecisse præ reliquis mihi videtur M. Antonius Cuchus JCtus Ticinensis, qui ipse quoque juris Canonici institutiones, & eas quidem breviores, Anno MDLXIV. edidit, sed ille privata gloria contentus, ut, quod conscripsit, opus a Pontifice confirmaretur, non expetiit, sive Lancellotti exemplo deterritus, sive modestiæ studio.

(23)

PRÆMITTENDA
INSTITUTIONIBUS
LANCELOTTI.

I. Caſparis Ziegleri diſſertatio, de origine & incrementis juris Canonici P. 1. II. Lancelotti Commentarium Juris Canonici p. 72. Commentarii liber 1. referens hiſtoriam impedimentorum cur hactenus Inſtitutiones ſuas edere non potuerit p. 83. Liber 2. Continens Epitomen Inſtitutionum & rationem methodi p. 115. Liber 3. Reſpondens objectionibus adverſariorum p. 136. III. Dedicatio operis p. 165. IV. Prooemium Lancelotti ad ſtudioſos, cum notis, Ziegleri p. 167. V. Index titulorum p. 180.

Anno 1717.

amplius subituri. Sed hæc omnia æquissimo feremus animo, si, quod vehementer semper optavimus, nostra hæc ejusmodi sit scriptio, quæ studiis vestris commoda videri possit: quod sane his temporibus futurum non desperamus, quibus ut nonnullos forte sacrosancti Pontificii juris ignoratione in errores aliquos, atque hæreses (23) facilius prolabi potuisse, ita nunc expeditiore quadam ejus tractatione non tam facile juvenum hoc jure imbutos animos aberraturos verisimiliter existimare debemus. Unde quamvis non iisdem, quibus inchoatus fuit auspiciis, liber hic noster in lucem prodeat, (24) in communi saltem peri

(23) Quomodo vero quis ex ignoratione juris Pontificii in hæresin incidet? *Hæreticos* dicit Augustinus *in fin. lib. de hæres. qui suis dogmatibus oppugnant regulam veritatis*, h. e. analogiam fidei ex scripturis extructam, vel ipsam Scripturam sacram. Hoc fieri dicit Lancelottus ex ignoratione juris Canonici. At jus Canonicum, uti nunc est, etiam Augustinus ignoravit. Et credo ego, juris Canonici cognitione facilius aliquem in hæresin prolabi posse, quam ejus ignoratione.

(24) Ut vero iis auspiciis adhuc prodiret, anno seculi currentis XVIII. Paulus V. Pontifex enixe rogatus fuit, negocium id inprimis curantibus Scipione Cobellutio Cardinale S. Susannæ, Galeotto Oddone Balivo Narniensi, & Leandro Galganetto JCto, uti patet ex epistolis Johannis Baptistæ Lauri ad eos scriptis. Atque ut Pauli IV. tempore Lancelotto adhuc vivo ex Academia Perusina Studiosorum nomine ad pontificem missi fuerunt Oratores, qui editionem urgerent: Ita suo quoque tempore suadet Laurus *epist. 16. quæ est ad Galeottum Oddonem*, ut ad Pontificem ex Academia Perusina mitterentur, qui denuo instarent & opus tandem ali-

periculo non fuiſſe nos ocioſos, ſed quoquo modo tuliſſe opem, juvabit. Accipite igitur privati quidem hominis, Pontificio tamen mandato ad jus Canonicum & ſcriptas, & caſtigatas Inſtitutiones: Cumque eis nihil ſit comprehenſum, quod (ni fallimur) ſacris Canonibus penitus non conſentiat, ita exiſtimate, ſi de Pontificis manu eas accepiſſetis, fuiſſe id perinde futurum, ac ſi vobis vaſis aureis, ac longe ſplendidiſſimis menſis fuiſſent fercula ſubminiſtrata: nunc cum

aliquando promoverent: *Et quo petitio*, inquit, *majus habeat pondus, majoreque cum dignitate adurgeatur: quemadmodum ſuperſtite Lancelotto tum ex univerſo nobilium cœtu, qui gymnaſium noſtrum frequentabant, delecti ſunt duo, Ptolemaus Senenſis, & Gluſſianus Mediolanenſis, miſſique huc ad Pontificem fuerunt cum literis Hippolyti Cornei Epiſcopi, & Myrti Epiſcopi Cajacenſis Gubernatoris: ita nunc velim non ſolum ex illa claſſe legari duos, ſed par etiam Juris Conſultorum; cum præſto futuri e noſtris hic ſint Comitolus Epiſcopus, Franciſcus Ubaldus, Hieronymus de Oddis, Antiſtes Tiphernas, Paulucius & illuſtriſſimus Gerhardius: Cardinales præterea, Aquinas, Juſtinianus, Lanthes, Lenius: primores denique in Romana aula, qui Peruſiæ juris utriusque lac ſuxerunt, quorum ampliſſimus eſt numerus: ut ſileam protritum illud: Gymnaſium noſtrum videri ſeminarium quoddam Præſulum, Cardinalium, Pontificum, quibus Peruſina Urbs titulis admodum gloriatur tametſi alienis, cum ob fortunæ inclementiam in præſens non queat ſuis.* Et in Epiſt. *ad Leandr. Galganett.* urget, ut ipſe quoque apud Pontificem inſtet, ne tam præclarum opus autoritate Pontificia amplius deſtituatur. *Per Paulum V.* inquit, *Juris Pontificii ſub Paulo IV. inchoata perfectaque ſcriptio, æternam Pontificiæ lucis uſuram acceptura eſt, quam Pontifices decem annis plus minus duobus & ſexaginta*

cum de manu noſtra, ac ſi fictilibus illa quidem, atque exoticis: in ſapore tamen nullam fore differentiam.

---

ta vel conferre neglexerunt, vel incerta conferendi ſpe deſtituti ſunt. &c. Sed nec tum quidem impetrari id potuit. Hoc unicum obtinuit Lancelottus, quod inſtitutiones nunc corpori juris Canonici inſertæ inveniantur, nulla tamen addita Pontificis vel confirmatione vel cenſura ſaltem. Tanta tamen illis hinc authoritas acceſſit, ut eas loco movere & alias ſubſtituere nunc valde difficile ſit.



INDEX TITULORUM, ET PRIMUM PRIMI LIBRI.


SECUNDI LIBRI.

V.

LIBRI TERTII.

LIBRI QVARTI.

II.





Christianus Thomasius
Potentissimi Borussiæ Regis Consiliarius Intimus
Universitatis Fridericianæ Director ac Professor
Primarius et Facultatis Juridicæ Ordinarius etc.

JOANNIS PAULI LANCELOTTI
JCti PERUSINI

INSTITUTIONES JURIS CANONICI,
CUM NOTIS VARIORUM
PRAECIPUE ARCANA DOMINATIONIS PAPALIS, EPISCOPALIS, ET CLERICALIS IN ECCLESIA ROMANA DETEGENTIBUS.

IN USUM

AUDITORII THOMASIANI.

PARS PRIMA.



HALAE MAGDEBURGICÆ A. 1715.
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI

LIBER I.

DE JURE CANONICO

TITULUS I.

Dividitur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Ius Canonicum. In secunda quid sit. In tertia, ex quibus constet.



JVri Canonico (1) daturum operam nosse oportet, unde talis denominatio descendat. Et quidem jus, generale est nomen: Canonicum verò dicitur à verbo Græco Κανὼν, *a*) quod Latinè idem significat, quod regula: unde jus Canonicum, jus

a) can. 1. distinct. 3.

Notæ in Lancelotti Institutiones Juris Canonici.

TIT. I.

1) Jus hoc decrescente Imperio Romano & aucta hinc Romanorum Pontificum potentia primum cœpit. Cum enim non Germania tantum, sed Gallia etiam & Hispania, & ipsa denique pleraque Ita-

Juris Can. autoritas ex superstitione

jus regulare 2) non malè dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quòd ex regulis priscorum Patrum ad rectam vivendi normam institutis deductum fuerit.

Italia barbaris parerent, factum est, ut leges quoque Romanorum, quibus adsuetæ ante hac gentes fuerant, cum eorum regimine antiquarentur, & mores haud paulo horridiores introducerentur. Interea tamen tantus erat in populis Christianæ religionis ardor, ut Episcopos & Clericos magni semper facerent, & Romani Pontificis mandatis ferè omnes se submitterent. Arthur. Duck. *de autor. jur. civil. Romanor. lib. 1. c. 7.* In hac spontanea subjectione non sentiebant gentes, materiam dari & viam sterni duriori imperio, donec in Imperatores protervi Pontifices Romani omnem à se potestatem tum ecclesiasticam tum civilem dependere, suoque arbitratu & dari & adimi posse, imperiosis dictatibus assererent. Et certe negari nequit, per illorum seculorum infelicitatem multum auctum esse jure hoc Canonico, & decretalibus præcipue, dominatum pontificium, quippe quod medium fuit & instrumentum stabiliendæ, tum exercendæ tyrannidis ecclesiasticæ. Pauca ejusmodi talia axiomata ex ingenti acervo collegit Sleidanus *de quat. summ. imp. lib. 3. p. 399. seq.* Z.

Idem est instrumentum stabiliendi dominatus Pontificii.

Astutia in voce canonis.

2) I. Cum legislatoriam potestatem non haberent patres in conciliis, quicquid ab iis constitutum fuerat, quod in ecclesia normam exhibere posset, non legis, sed canonis vocabulo denotarunt, eo quod hac ratione regulam præscriberent actionum moralium & ecclesiasticarum. Talium canonum & regularum farraginem dum congessisset Gratianus, Jus Canonicum ea dici cœpit, h. e. regulare; sed quod sæpe irregulare est, & eo nomine indignum, &c. Regula dicta est eo quod recte ducit, nec aliquem aliorsum trahit, *c. regula dist. 3.* Difficile erit de jure Canonico, ut nunc est, id asserere, & jam diu inter ipsos Pontificios viri cordati animadverterunt, istos juris Canonici defectus. *Z.*

Canonum flexilitas.

II. *Sacrosanctos canones melioribus annis factos, ut iis velut regulis vita clericorum dirigeretur, jam in amusses plumbeas evasisse; quis non videt? Quales olim fuisse canones Lesbia structu-*

fuerit. Est igitur Ius Canonicum, quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. (3) Constat verò in primis id jus divinæ legis præceptis, consuetudine, & constitutionibus: quæ singula qualia sint, diligentius dispiciamus.

DE

---

structuræ tradit Aristoteles. Nam ut canones plumbei & molles non structuram operum tenore æquabili dirigunt, sed ex structorum commodo & libidine flexiles, structuræ accommodantur: Sic canones pontificii ex usu flexibiles, plumbei & cerei facti sunt, ut iam diu instituta maiorum & sanctiones pontificiæ non moribus regendis usui esse, sed propemodum dixerim, argentariæ factitandæ autoritatem accommodare, videantur. Budæus *de asse lib. 3. Z.*

III. Sub nomine regularum Clerum occultasse quæsitam potestatem legislatoriam, ostendi *in cautel. circa præcogn. Jurisprud. Eccles. c. 18. §. 27. T.* *Aliud arcanum.*

3) I. Quasi vero æterna beatitudo actionibus & bonis operibus impetrari & comparari posset. Et quid vero ad beatitudinem æternam consequendam facit totus tractatus de judiciis, maximam partem ex gentilium Romanorum jure desumtus? qui, dum de in jus vocando, de contumacia punienda, de libelli conceptione, de litis contestatione, & rebus ejusmodi aliis curiose leges conscripserunt, beatitudinem tantum civilem intenderunt, nullo modo æternam &c. Longius adhuc progreditur Petrus de Marca *de concord. sacerdot. & imperii l. 2. c. 10.* statuens & Canonum & legum civilium finem esse æternam felicitatem, illorum directo, harum per consequentiam. Utrumque perperam, nec arbitror, Imperatores gentiles finem istum intendere potuisse. *Z.* *Vanus prætextus æternæ beatitudinis.*

II. Jus Canonicum, etsi tantum primum ejus originem spectes, quantumquantum est, est Codex legum ab Episcopis, eum in finem conditarum, ut Christiani ad vitam piam & sanctam, & ad verum de divinitate sensum promoverentur, sed eo tamen modo, quo astutiores facile abuti possent, ut sub specie singularis probitatis, & zeli divini *Genuina definitio Juris Canonici.*

 tyran-

DE JURE DIVINO, CONSUETUDINE ET CONSTITUTIONIBUS.

TITUL. II.

Jus divinum, est quod continetur in Lege, & Evangelio, & est immutabile.

§. I.

b) *distinct. 1. in sum.* JUs divinum (4) est, quod in Lege continetur & Evangelio (5) *b*) atque immutabile semper permanet. (6)

---

tyrannidem & absolutam potestatem in conscientias laicorum acquirerent, & imperium civile sacerdotio subjicerent. Quam definitionem latius exposui *in cautel. circa præcogn. jurispr. Eccles. c. 18. §. 29. seq. T.*

TIT. II.

ad §. 1.

Impia denominatio juris divini. 4) I. Etiam Canonicum jus quandoque dicitur divinum Andr. Vallens. *in prooem. §. 7. n. 2.* Barbos. *in c. nimis 30. X. de jurejur. n. 2.* eadem adulatione & impietate, qua Glossa *ad extravag. Johannis XXII. de V. S.* Papam Dominum Deum nostrum vocat. *Z.*

Similis comparatio juris C. cum scriptura S. II. Nempe quo sensu lemma *Can. in Canonicis, dist. 19.* statuit blaspheme & contra mentem Augustini *lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8.* cujus verba ibi recitantur, quod inter canonicas scripturas Decretales epistolæ connumerantur, & quomodo dicuntur canones ecclesiastici *divino instinctu* sanciti, *canon hoc ipsum c. 33. q. 2.* & quod eos violare est *Spiritum Sanctum blasphemare, can. violatores. c. 25. q. 1.* Deberent quidem canones ecclesiastici exigi ad normam scripturarum, sed jus canonicum sæpe ab illa recedit. *M. p. 17.*

Legis & Evangelii significatio. 5) Uti alias legis nomine quandoque totum vetus Testamentum venit, *Joh. 10. 34. c. 15. 25. 1. Cor. 14, 21.* & per Evangelium integra doctrina ab Christo & Apostolis tradita denotatur; ita hic quoque tam late ea accipi debere, statuamus interim, utcunque id forte autor non intenderit. *Z.*

6) Ve-

(6) Sunt c) enim Legis & Evangelii præcepta, aut moralia, aut myſtica. (7) Moralia præcepta, nullam omnino mutabilitatem (8) recipere poſſunt: Myſtica verò, etſi quantum ad ſuperficiem mutata videantur, ſecundum mora- c) *can. fi. §. his itaque diſtinct. 6.*

6) Verum id eſt tantum de jure divino morali, quod cum naturali coincidit. Poſitivum enim jus divinum mutari potuit, & mutatum etiam eſt. *Z.* *Immutabilitas juris divini.*

7) I. Per myſtica hic videtur intelligere ea, quæ cum ceremonialia & forenſia maximam partem ſint, morale tamen aliquod continent. e. g. morale eſt, quod turbatores pacis publicæ debeant puniri, ſed quomodo puniri debeant, id forenſe eſt. Ita feriatio diei alicujus in quavis ſeptimana morale eſt, ſed ceremoniale eſt feriatio diei præciſe ultimi, i. e. ſabbathi. *Z.* *Myſtica præcepta quæ?*

II. Sed magnus hic ſubeſt abuſus vocis contra communem ſignificatum. Nam myſticum regulariter opponitur literali, moralibus vero præceptis opponuntur ceremonialia & forenſia. Et poteſt adeo tam de morali quam de ceremoniali vel forenſi præcepto prædicari ſuo modo partim ſenſus literalis, partim myſticus. Quamvis circa myſticum caute verſandum eſſe alibi annotavimus. Imo vero per myſtica præcepta Gratianus d. l. intelligit ſaltem ſacrificiorum præcepta de agno & alia ſimilia his: adeoque forenſia plane omittit, qui novus diviſionis hujus defectus eſt. *T.* *Hujus ſignificatus impertinentia.*

8) Quia igitur jura naturalia & moralia ſunt immutabilia, recte concludit Franciſcus a Victoria *relect. 4. n. 1.* Papam non poſſe mutare, diſpenſare aut abrogare decreta & canones conciliorum, qui neceſſariam & manifeſtam habent connexionem ad legem divinam ſeu naturalem pertinentem ad bonos mores. Quo etiam ſpectat, quod ſcribit Martinus ab Azpilcueta Navarr. *tom. 3. miſc. 64.* quod Papæ diſpenſatio ex ſua ſola voluntate ſine aliqua juſta cauſa procedens excuſet quidem à malitia transgreſſionis canonis, ſed non ab alia fractionis legis naturalis vel divinæ. Audacior adhuc Gregor. Sayrus *An Papa mutare poſſit moralia.*

moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepiſſe comperiuntur. (9)

Quid ſit conſuetudo, & unde duxerit originem, & quam vim habeat.

d) can. fin. §. jus vero conſuetudin. diſtinct. 6.

e) canon. conſuetudo 1. diſt.

§. 2. Jus *d*) conſuetudinis, poſt naturalem legem ſumpſit exordium, (10) ex quo homines in unum convenientes cœperunt ſimul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain (11) civitatem ædificaſſe legitur. Eſt autem conſuetudo, *e*) jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege (12) ſuſcipitur. In iis enim rebus, in quibus nihil certi divina ſtatuit ſcriptura,

rus *in clav. reg. lib. 6. c. 12. n. 26.* peccare dicit Papam, qui diſpenſat ſine cauſa, nec tutum eſſe taliter diſpenſatum in conſcientia. Et proinde impium eſt aſſertum Bellarmini *l. 4. de Pontif. c. 5. Si Papa,* dicentis, *erraret præcipiendo vitia vel prohibendo virtutes, tenetur eccleſia credere, vitia eſſe bona & virtutes malas, niſi velit contra conſcientiam peccare. Z.*

Inepta deſcriptio præceptorum myſticorum.

9) Gratianus ipſe non intellexit, quid his verbis innuere voluerit. Age enim doceat, quid v. g. moralis ſeu naturalis præcepti lateat ſub præcepto de agno paſchali. Si vero putaverit ſub omnibus præceptis myſticis latere aliquid morale, inepte præcepta divina in moralia & myſtica, tanquam in ſpecies diſtinctas diviſit. *T.*

ad §. 2.

Conſuetudinum origo.

10) Conſuetudines eſſe antiquiores legibus ſcriptis, docui in *differt. de content. morum cum jure ſcripto §. 6. ſeq. T.*

An ante civitates?

11) Imo vero etiam in familia conſuetudo ex ſe jus pariens, introduci potuit. *Z.*

Varii errores de conſuetudine ex doctrina Patrum.

12) Scilicet ratione efficaciæ & impunitatis, non ratione obligationis pœnalis, ut latius demonſtravi peculiari *Diſſertat. de jure conſuet. & obſervant.* ubi ſimul notavi errores varios communis doctrinæ de jure conſuetudinario, quæ magnam partem videtur originem

ra, *f*) mos populi Dei & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi. (13)

f) *canon. in iis rebus. 11. dist.*

Prava consuetudo non ligat.

§. 3. Hæc tamen de eâ consuetudine intelligere nos oportet, *g*) quæ neque divino Juri, (14) neque Canonicis contradicit institutis: (15) si quid autem contra

g) *can. consuetudinis §. cum vero & c. seq. dist. 11.*

---

nem debere dictis Patrum doctrina morali destitutorum, adeoque mire de consuetudinis jure ratiocinantium *dist. 8. & 11.* passim *T.*

13) Ita quidem Augustinus *in can. cit.* Sed subest hic hypothesis erronea, ac si consuetudo producat obligationem pœnalem, quam modo negavimus. Imprimis vero id erroneum est, si subintelligatur, ac si nec princeps possit mutare Ecclesiasticas consuetudines circa ritus lege divina eaque universali, non præceptos. T.

Arcanum de immutabil. consv. Eccles.

ad §. 3.

14) Scilicet universali. Nam consuetudines juri Mosaico, qua tali contradicentes, & ab Ecclesia rite receptæ pro irrationabilibus nequaquam habendæ, v. g. suspendium furum. *T.*

Consuet. juri Mosaico contraria.

15) I. Sed nec hæ indistincte pro irrationabilibus sunt habendæ; v. g. omissio exorcismi in baptismate, &c. quia instituta Canonica contraria falso supponuntur in *can. 5. dist. 11.* orta esse ex Apostolicis traditionibus. *T.*

Item contraria institutis Canonicis.

II. At plurima talia observantur inter Pontificios, quæ bono consilio nostræ resecarunt Ecclesiæ. Ita novo Decretalium jure omnes consuetudines damnantur, quæ libertatem & immunitatem Ecclesiasticam violant, h. e. quæ Principibus Laicis potestatem quandam in res aut personas Ecclesiasticas indulgent. Hinc vero cum vident Canonistæ, Clericos actionibus realibus passim apud judices Laicos conveniri, ne vel immunitati Ecclesiasticæ, vel jurisdictioni seculari quicquam derogent, fingunt privilegium à summo Pontifice olim

Astutia Cleri Papalis circa tales consuetudines.

h) *consuet. 9. dist. 11.* tra fidem catholicam *h*) usurpare dignoscitur, non tam consuetudo, quam vetustas erroris (16) est appellanda. *i*)

i) *can. consuet. 8. dist.*

Quid sit constitutio, & quotuplex: & civiles constitutiones, quæ non sunt contra Evangelium & Canones, sunt honorandæ, licet ipsis ecclesia non ligetur.

k) *can. constitutio 2. dist.* §. 4. Constitutio *k*) est lex scripta. Constitutionum autem *l*) aliæ Civiles, aliæ Ecclesiasticæ. Civiles sunt, quas princeps, aut Magistratus, aut populi sibimetipsis sanciunt: quæ quidem, si evangelicis, atque canonicis de-

l) *3. dist. in sum.*

---

olim concessum fuisse, ejusque, etsi nullæ omnino exhiberi possint tabulæ, probationem tamen illius ex sola possessione centenaria vel immemoriali elici. Et tum non in ista possessione, nec præscriptione aut consuetudine, sed ex his probato privilegio Laicis aliquam competere potestatem in res aut personas Ecclesiasticas. Petrus de Marca de *concord. sacerd. & imper. c. 9. n. 5. & 6.* Sed hæc omnia tyrannidem redolent Papalem, & Principes, quibus sacrorum cura à Deo commissa est, per injuriam sua hac potestate excluduntur, Pontificibus omnia per iniquissimam invasionem ad se rapientibus, quæ propterea jure suo sibi vindicarunt principes Evangelici. *Z.*

Exempla consuetudinum contra canones. III. Inde apparet, subsistere consuetudinem, ut etiam Clerici ad collectas tenerentur, ut Laicorum jurisdictioni subjiciantur; ut à judice Laico ob delictum deponantur; ut Ecclesiæ seu templa asylorum jure non amplius gaudeant; quæ tamen omnia sunt contra Canones & Ecclesiarum libertatem *S. l. 3. 8. p. 41.*

Inconstantia Canonistarum. 16) I. Male igitur novi moralistæ, ecclesiæ decreta, etiam ea, quæ aliquid divini juris admixtum habent, inepta sua censura evertunt, & Ecclesiæ leges desuetudine abrogare contendunt, quos idcirco insectatur Ludovicus Montaltius *in literis provincial. Epist. 6. & in notis ad eam* Wilhelmus Wendrockius. *Z.*

II.

decretis non sint (17) contrariæ, *m*) sunt omni reverentia

m) *gl. p. canon.*

II. Hactenus quidem consentimus, consuetudines irrationabiles esse nullius momenti. Sed nondum certa criteria sunt determinata, ex quibus examen institui possit, quænam consuetudines pro irrationabilibus habendæ. Vid. *differt. de iure consuetudinis §. 66. seq.* item *differt. de Statuum Imperii potestat. legisl. §. 36. seq.* Notandum etiam hic est argumentum plane absurdum, quo in hac quæstione utuntur Gregorius & Augustinus ex dicto Christi; *Ego sum veritas & vita, in can. 5. & 6. dist. 8.* ut probavi *d. differt. de Jure consuet. § 91. T.*

Alii errores Juris Canonici ex Patribus.

(17) I. Si per canonica decreta autor intelligit ea, quæ Papa Romanus promulgat & pronunciat, falsum est, nullius esse momenti constitutiones, quas contra talia decreta promulgant principes. Falsum est, quod statuit Andreas Vallensis *in prooem. § 9. n. 3.* Justiniani constitutiones in Codice & Novellis de rebus & personis Ecclesiasticis nominatim disponentes, licet de facto olim obtinuerint, de jure tamen Canonico nullius fuisse momenti. Procedit enim iste error ex falso principio, de rebus aut personis Ecclesiasticis potestatem secularem non posse quicquam valide statuere. Vid. *exercitat. nostram 5. de Juribus Majest. Z.*

Valor constitutionum contra decreta papalia.

II. Imo eadem est ratio, si per canonica decreta intelligantur decreta Conciliorum. Quia nec hæc vim legis habent, nisi quatenus eam à Regibus acceperunt. Approbatio vero hæc non obligat successores. *T.*

Et contra decreta conciliorum.

III. Nec Pontifici potestas legislatoria convenit, nec debent constitutiones Principum Ecclesiasticis obsequi, ut statuit perperam Gratianus *dist. 10. in summa* Sane *leges Principum & regulas patrum* pari loco haberi debere edicitur *can. quis autem dist. 10. & ibid. can. de capitulis.* Leo IV. promittit Lothario, se ejus imperialia præcepta & prædecessorum suorum *irrefragabiliter* custoditurum. Nec canones vim legum habent, nisi quam à seculari potestate accipiunt. Videatur Grotius *cap. 8. de imperio sum. potest. circa sacra. M. p. 17. 18.*

Hujus assertionis probatio ulterior.

cum ad veram.96. distinct. n) canon. 1. in fin. & canon. se-

tiâ dignæ, atque eis ecclesia sæpe contra *n*) hæreticos, contra tyrannos,& quoscunque pravos utitur: (18) alioquin nullius sunt momenti, quod usque adeo obtinet, ut etiam si quid in eis statutum fuerit, quod ecclesiarum respiciat commodum, nullius firmitatis existat, nisi ab ecclesia fuerit comprobatum. (19) Sed nos ad eccle-

Arcana significatio hæreticorum, tyranni &c.

18) Id est leges civiles sunt omni reverentia dignæ, quatenus favent ecclesiæ,id est Clero & Papæ; quatenus vero horum fastum, avaritiam, nequitiam coercent, eatenus haud dubie non sunt ad eorum gustum. Uti Monachi sunt clerici in favorabilibus,non in odiosis: Ita intelligenda etiam est explicatio Lancelotti, quam hic habet. Nam per *hæreticum* intelligendus est omnis, qui contradixit majori parti Cleri,aut Papæ; per *tyrannum* omnis,qui non permisit Clero aut Papis, ut pro lubitu tumultuarentur, aut qui noluit eorum decreta & conclusa coeca sequela ut brachium seculare exequi, aut qui eorum ambitioni & avaritiæ non in omnibus assurrexit, aut, qui etiam,postquam Clerum maximo honore affecisset, & multis divitiis onerasset, tempore necessitatis subsidia charitativa à Clero rursus postulavit; per *pravum quemvis* omnis ille, qui sputa Cleri lingere noluit,aut curiosius inquisivit,Papa quid faciat. *T.*

Ingratitudo Paparum erga Principes.

(19) I. Piget fastum & ingratam hanc Ecclesiæ Romanæ vocem perstringere. Addam tamen querelam Joh. Petri de Ferrariis, cujus in praxi,*tit. 30. n. 2. 3.* hæc sunt verba. *Vides, quod ipse Papa, (qui deberet tanquam verus Vicarius vestigia sequi JEsu Christi) possidere & manu armata nititur detinere jurisdictionem in terris, civitatibus,& villis & locis, quæ sunt naturaliter & à mundi creatione Imperii Romani, - - imo ipse Papa in ipsum Imperatorem nititur superioritatem habere: quod ridiculum est dicere, atque abominabile audire. Nam naturaliter à principio mundi omnes clerici, nedum Laici erant sub potestate & jurisdictione Imperii, sed ipsorum Imperatorum dulcedine & benignitate fuerunt Clerici dimissi sub potestate Papæ, &*

ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, species, & authoritatem breviter referentes. *quent. distinct. 10.*

DE

& beneficium hoc tanquam ingrati sciunt male cognoscere &c. Hæc Petrus de Ferrariis anno 1413. satis confidenter & nequaquam ad palatum hodiernorum pontificiorum. De legibus scilicet Justiniani, quæ in codice circa negotia Ecclesiastica perquam multæ extant, anxius est Petrus de Marca *de concord. sacerd. & Imper. l. 2. c. 11.* ne cogatur fateri, Principis potestatem legislatoriam etiam ad ecclesiasticas causas se extendere &c. Nos vero alibi docemus, competere curam circa sacra Principi cuique summo ex vi ipsa Majestatis, qua pollet, & qua Princeps est, & quidem jure gentium, abstracta qualitate religionis seu cultus. Et hinc Justinianus jure suo usus est, quando circa personas & res Ecclesiasticas talia promulgavit edicta, qualia tum facere visa fuerunt ad bonum ordinem in Ecclesia servandum. *Z.*

II. Nam quia Principi vel cuique summæ potestati suprema jurisdictio etiam in ecclesiasticis competit, ejus etiam leges & rescripta Ecclesiasticas personas obligabunt, quod Romano-Catholici minus recte negant, & non nisi in generalibus Constitutionibus favorabilibus concedunt. Panorm. *ad C. 10. X. de constit. n. 12. & in repet. eiusdem. n. 17. & ibid.* Marcus Mantua *n. 23.* Licet alii constitutionibus Principum omnem penitus autoritatem denegent, quamvis Ecclesiarum respiciant commodum, nisi ab Ecclesia fuerint comprobatæ. Lancel. *in inst. Jur. Can. §. 4. Tit. de Jure Canonico*, quæ ipsa sententia cum ratione careat, discussionem non meretur. *B. I. III. 2.* *Potestas principum in personas ecclesiasticas.*

III. Sunt aliqui, qui leges humanas de causis Ecclesiasticis penitus non posse disponere dicunt, ex quadruplici fundamento: (1) quia unus Ecclesiæ Legislator est Christus, (2) quia Sacra Scriptura jam exhibet legem perfectam, (3) quia cultus Dei ex unico Dei præscripto est peragendus, (4) quia Ecclesia Veteris Testamenti à Deo per Mosen ritus accepit, non vero sibi formavit; sed hæc argumenta ordine excussit Robert. Sanderson *Tr. de obligat. Conscient. Prælect. 6. th. 26. seq. S. I. III. 2.* *Rationes contraria Canonistarum.*

 TIT.

DE ECCLESIASTICIS CONSTITUTIONIBUS.

TITULUS III.

Canones quibus constent, & quotuplicia sint Concilia, & quæ Concilia universalia.

§. 1.

a) *canon 3. §. porro. distinct 3.*

CAnonum *a*) quidem alii sunt statuta Conciliorum, alii decreta pontificum, aut dicta sanctorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia, alia vero episcopalia.(20) Universalia sunt, quæ sancti Patres (21) ex

TIT. III.

ad §. 1.

Conciliorum universalium significatus varius.

(20) Omittit nationalia seu dioecesana h. e. conventus Episcoporum & Metropolitarum cum patriarcha suo. Et talia concilia plenaria vocabantur & universalia, siquidem ea, quæ hic universalia vocat autor, oecumenica olim plerumque dicta fuerunt. vid. Christoph. Justell. *in not. ad codic. canon. Eccles. African. p. 30. 31. 32.* Aut vero dicuntur oecumenica concilia non alia ratione, quam imperator totius orbis dominus *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jactu. Z.*

Etiam Laici membra conciliorum.

(21) I. Non patres tantum, sed & Laici qualiscunque ordinis. *Z.*

II. Ex Chalcedonensi Concilio apparet, Politicos quoque seu Laicos ab Imp. in conciliis adhibitos fuisse. Non enim solis Theologis Spiritus Sancti dona concessa, sed & Laicis debita pietate Deum colentibus. Imo, uti omnibus scrutatio Scripturarum injuncta, ita & Laicis quoque non denegabit Deus gratiam suam, veritatem dogmatum divinorum percipiendi & cognoscendi. Et omnino fecem pontificiam redolet, quod sibi solis arrogare interdum velint

ex universo orbe *b*) in unum convenientes, juxta fidem evangelicam & apostolicam condiderunt. (22) b) *can. 1. in prin. vers. sub hoc disinct. 15.*

Initium universalium Conciliorum celebrandorum post Apostolis cœpit, temporibus Constantini: & ipsorum celebrandorum est apud sedem Apostolicam authoritas.

§. 2. Quorum *c*) celebrandorum initium post sanctissimos Apostolos (23) à temporibus Constantini Magni cœpit: ipse enim primus cum fervente persequutione, docendarum plebium commoditas minime daretur, c) *can. 1. in prin. dist. 15.*

lint Theologi cognitionem veritatis, Politicis vero, quippe qui secundum Pontificiorum mores ne legere quidem S. Sripturam debebant, eam denegare. *B. I. III. 25.*

22) Sed nota est Gregorii Nazianzeni justa querela de conciliis etiam primis & oecumenicis, quam adduxit etiam Lutherus in aureo tractatu de conciliis; item Hilarii deploratio de fidei veræ transmutatione in fidem formulariam, ap. Arnold. *prim. Christ IIX. 20. 15.* Adde Basnagii *Historium Ecclesiæ in indice sub titulo: infallibilité des Conciles refutée. T.* *Conciliorum fallibilitas.*

ad §. 2.

23) I. Primum concilium ab Apostolis fuit habitum, *Act. XV.* quod etsi neget Grotius *de imper. summ potestat. circa sac. c. 7. n. 2.* non concilii sed collegii nomine conventum eum insigniendum putans, nihil tamen hactenus agit, præsertim ubi circumstantias temporis & personarum perpenderimus. Quod autem Cardinalis Baronius *ad ann. XXXIII, n. 17.* concilium primum habitum vult *Matth. XVI. 13. seq.* in eo solide jam diu refutatus est Casaubono *Exercit. 15. n. 9.* & Richardo Montacutio *part. 2. Orig. Eccles. pag. 159. Z.* *Concilium Apostolicum. Locus Matth. 16. 13.*

II. Non bene concilia comparari cum conventu Apostolorum Hierosolymitano, verum sextuplicem differentiam inter conventum illum Apostolorum & concilia etiam oecumenica inveniri lati- *Diversitas conventus Hierosolymi-*

d) *dist.* 17. *in sum. in fin. & can.* 1. *& seq. d. dist.*
e) *quib. forte*

retur, Christianis, ut libere (24) congregarentur, facultatem præstitit. Legitima *d*) vero conciliorum universalium aggregandorum potestas, & authoritas est penes sedem Apostolicam: (25) quæ, *e*) si Romanus pontifex interesse impediatur, unum vel plures speciales ad hoc legatos constituere solet.

Qua-

tani a conciliis.

us docui in *Cautel. circa præcognit. Jurisprud. Eccles. c. 18. n. 34. 35. 36. conf. c. 10. §. 23. T.*

Libera congregatio qua?

24.) Male ex hoc conficit glossa, non requiri ad celebrandum concilium consensum Imperatoris vel alterius Principis, quod alias libere congregatum dici non possit. Libere enim dicitur congregari ideo, quod non clam, nec refragante aut prohibente Magistratu congregari possit. Et imo, dum Constantinus facultatem præstitit, invito Imperatore & sine consensu ejus concilia libere deinceps congregata nemo dixerit. Et frustra iterum est glossa, quæ, repugnante latinitate, per facultatem non jus, sed factum intelligit. Z.

Quis concilia oecumenica convocet.

25.) Falsum hoc est. Uti enim in suo territorio princeps tantum convocare potest concilia topica, sive dioecesana ea fuerint, sive provincialia, sive Episcopalia, non Patriarcha, non Metropolitanus, non Episcopus; ita concilia Oecumenica nec Papa convocare potest. Quis ergo? cum nemo totius terrarum orbis teneat imperium? Dico, fieri id posse à quocunque Principe summum imperium tenente, & partim vi imperii respectu suorum subditorum, partim precario, petendo scilicet & invitando reliquos terrarum dominos, ut suos ad Concilium ablegare velint. Sed frustra omnino est, de his disputare, cum impossibile sit, Ecclesia in tot partes scissa, & imperiis mundi tanta hostilitate inter se collisis, ut adhuc aliquod Concilium generale & vere oecumenicum celebrari possit. Et testantur Historici, Pontificem valde sibi metuere à generalibus synodis, ne statui ejus officerent; & tanquam ursum ad palum (quod ajunt) reluctantem accedere, ubi illas cogitur indicere, Guicciardin. *hist. Ital. lib. 9. & 20.* P. Jovius *hist. l. 2.* Ipsa tamen quatuor illa concilia, quæ Oecu-

menica

Quatuor sunt principalia Concilia: Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense.

§. 3. Inter f) cætera autem concilia quatuor sunt, quæ totam principaliter Christianam fidem complectuntur, quasi quatuor evangelia: (26) Nicænum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense, in quibus velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit. *f) can. 1. §. seq dist. 15. c. inter cætera. & can. seq. dist. 15.*

Inter discordantia concilia præponitur sententia ejus, quod est majoris authoritatis.

§. 4. Alia vero concilia, quæ ductu sancti spiritus (27) congregata & celebrata fuerint, proximum ab

menica vulgo dici solent, ab Imperatoribus Romanis convocata fuerunt. *Z.*

ad §. 3.

26.) I. Non consistunt in pari gradu Evangelia & quatuor illa concilia. Quatuor enim Evangeliis credimus, utpote θεοπνεύστοις propter semet ipsa. Conciliorum vero decretis non item, nisi ea, quæ credenda, vel facienda aut omittenda proponunt; per scripturas S. probare possint. Quae enim in scripturis dicuntur, à nulla alia revelatione dependent, quæ autem in Conciliis definiuntur, dependent à revelatione superiori. *Z.* *Inepta comparatio Conciliorum oecumenicorum & Evangeliorum.*

II. Ista comparatio Lancelotto non adeo vitio est vertenda, cum ipse Justinianus *Nov. 131.* dogmata quatuor conciliorum oecumenicorum sanctis scripturis æquiparaverit, qui error crassus à doctoribus protestantibus non palliari, sed ut erroneus distincte notari debuisset, ut latius ostendi *in citatis cautelis c. 19. §. 8. T.* *Communis Lancelotto cum Justiniana.*

ad §. 4.

27) Non arbitror esse autorem ejus sententiæ, ut comminiscatur cum Sylvestro Prieriate, Alfonso a Castro & aliis, infundi Episcopis in Concilio sedentibus supernaturalem aliquem habitum scientiæ an- *Conciliorum non oecumenicorum fallibilitas.*

ab iſtis ſibi locum vendicant. Quod ſi quando inter ea diſcors ſententia inveniatur, illius ſententia magis eſt tenenda, cujus antiquior & major eſt authoritas.(28)

Provincialia concilia quæ ſint, & quam authorit. habeant.

g) *diſt. 17. per totum & can... propter diſt. 18.*

§. 5. Provincialia *g*) concilia ſunt, quæ propter eccleſiaſticas cauſas & altercationum ſedationes per ſingulas provincias, convocante Metropolitano epiſcopo omnes provinciales epiſcopos, & cathedralium eccleſiarum capitula, celebrari placuit. Hæc autem neque diffiniendi (29) *h*) neque generaliter conſtituendi (30) vim aliquam habent: ſed tantum curandi, ut id ſervetur, quod alias ſtatutum eſt, & quod generaliter ſeu ſpecialiter obſervari præceptum eſt: licet interdum & quæ ab

h) *d. diſt. 18. c. 18. in fum.*

---

antea non inexiſtentis, per quam infallibiliter decernant de rebus quæſitis. *Z.*

Probatur etiam ex eorum diſcordia.

28.) Imo vero, quod magis convenit ſcripturæ, aut quod in ritualibus magis convenit temporibus præſentibus. Sequitur autem hinc, inter concilia eſſe poſſe diſcordiam. Ubi autem diſcordia eſt, ibi error in alterutro ſubeſt, & à veritatis via deviatio. *Z.*

ad §. 5.

Concilia univerſalia a particularibus corrigi poſſe.

29.) Quidni? cum in conciliis non reveletur ulla nova deciſio divina, ante non extans in ſacro codice, ſed feratur tantum ſententia de ſenſu revelationis jam ante de tali quæſtione factæ, & in Codice ſacro conſignatæ. Cur ergo prohibeatur concilium particulare deciſionem iſtam in ſcripturis inveſtigare, & certi quid ſtatuere? Sane, quia multa ſibi Pontificii fingunt concilia generalia, fieri de iis poteſt, quod in colloquio Poſſiacenſi dixiſſe fertur Galliæ Cancellarius, errorem concilii generalis à Nationali pluries correctum, apud Petr. Suav. hiſt. Concil. Trident. *l. 5. p. 508. Z.*

Definire & conſtituere quid hic denotet.

30.) Ita ut in aliis Eccleſiis obtineat & obliget. Videtur autem autor vocabulum conſtituendi ad diſciplinam Eccleſiaſticam & mores referre: definiendi autem ad dogmata fidei. *Z.*

ad

ab his recte statuta sunt , etiam catholica ecclesia suscipiat.

Quæ sint episcopalia concilia, & qui ipsis ligentur.

§. 6. Episcopalia concilia sunt, quae Episcopus in sua dioecesi singulis annis i) (31) convocat, dum inter suos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoscit. In iis, si quid ab Episcopo statutum fuerit, nec subditi extra Diœcesim constituti, neque ignorantes (nisi sit ignorantia supina) ligantur. Quamobrem pastoralis officii cura postulat, ut, quæ in illis constituta fuerint, Episcopus suis plebibus nota facere non omittat.

i) *can. pen. in palea 18 dist. & c. sicut olim extra de accus.*

Decreta Pontificum Romanorum æquipollent decretis conciliorum.

§. 7. Decreta *k*) quoque Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari potestate exæquantur. (32) Nam si id demum hodie probatur, quod sedes Aposto-

k) *canon. 1. per totum dist. 19.*

ad §. 6.

31) Videtur hoc constitutum propter simplicem, quam falso asserunt, necessitatem conciliorum particularium. vid Bellarm. *l. 1. de. conc. c. 1.* Concedamus vero necessaria ea quandoque esse, non tamen necessitate simplici, sed necessitate expedientiæ, h. e. ut finis, qui a Christianis singulatim ex scripturis haberi potest, ab iisdem conjunctim per scripturam melius acquiratur. *Z.*

Necessitas conciliorum particularium qualis.

ad §. 7.

32) Negamus hoc, & habemus inter argumenta fastus papalis. Et tamen exiguum hoc est ad illud, quod habetur *c. in canonicis 7. dist. 19.* ubi Gratianus, ut Papæ dignitatem assereret, Augustini textum impudenter corrupit, & Epistolas decretales inter scripturas Canonicas proterve satis retulit. Ita etiam, qui jussu Gregorii XIII. Decretum Gratiani recensuerunt, ex libris Deus dedit Car-

Fallibilitas Paparum.

 dinalis

Apostolica probavit; (33) & quod illa repulit, rejicitur: multo magis quæ ipsa pro Catholica fide, pro sacris dogma-

dinalis dictum Bonifacii, quod habetur *c. si Papa dist. 40.* auctius proponunt, & hæc quoque inferunt: *Revera tanta reverentia apicem Apostolicæ sedis omnes suspiciunt, ut nonnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore prædecessoris ejus, quam à sacris paginis & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad ejus arbitrium suam conversationem, & ipsi remittant aut intendant.* In temporalibus tamen non eandem tribuunt pontificiis constitutionibus autoritatem, & peccatum non committere dicunt, si quis non obtemperaverit. Diserte Thomas Hurtado *in resol. moral. tract. 1. resol. 7. Licet sit prohibita ars aliqua lege civili vel à Pontifice, ut domino temporali, forsan illa uti non est peccatum. Sic non peccant utentes arte chymica, quamvis Johannes XXII. eam prohibuerit. &c. Z.*

Conciliorum autoritas supra Papam.

33) Falsum & hoc est, & ex nequissima Hildebrandi tyrannide profectum. Sane decreta quædam in concilio Chalcedonensi, nominatim canonem 28, nec Leo Papa, nec alii probarunt, quippe quo Monarchia Papalis profligata, & thronus Constantinopolitanus Romano exæquatus fuit, frustra protestantibus Legatis Romanis. Et tamen istud decretum valuit etiam invito Romano Pontifice, & concilium propterea non fuit habitum pro illegitimo. Et, si valeret assertio Autoris, Patres orthodoxi jam olim objecta sibi hæreticorum concilia exceptione hac elidere potuissent, qua tamen usi non fuerunt. Augustinus siquidem Concilii Ariminensis autoritate pressus non reposuit, concilium istud ab Romano Pontifice non fuisse approbatum, vel convocatum, sed Nicænum concilium opposuit. Vid. ejus *l. 3. contra Maximinum Episcopum Arianorum T. 6. oper. col. 733.* &c. Sane subjicit se Pontifex octo conciliis oecumenicis, uti formula obligationis habetur *c. sancta dist. 16*, quod arguit ejus autoritatem multo inferiorem, quam est autoritas istorum conciliorum. Cur enim se ita

dogmatibus diverſo tempore ſcripſit, debent ab omnibus reverenter recipi. (34)

Scripta ſanctorum non inſerta Juri communi, ſecundum poſt decreta Pontificum Romanorum, locum obtinent.

§. 8. Alia *l*) ſane eſt cauſa eorum, quæ ſancti viri, vel ſacræ paginæ interpretes ſcripta reliquerunt: nam quæ ſacris canonibus interſerta comperiuntur, parem cum eis obtinent firmitatem, (35) cætera vero poſt ſcita Pontificum authoritatem tenent: (36) nam licet divinarum ſcripturarum interpretes ſcientia Pontificibus

l) *diſt. 20. per totum.*

ſe ita ad determinationes conciliorum obſtringeret? cur non & illis ſpiritum, vim & robur largitur? cur obligatur, ſi eundem ſpiritum infallibiliter aſſiſtentem habet, qui illis Pontificibus adſtitit, per quorum autoritatem, ſcilicet, iſta confirmata fuerunt. Dum ergo obligatur ad autoritatem conciliorum, ſimul ſubjicitur iisdem, & ſic inferiorem ſe profitetur. *Z.*

34) Non debent recipi, quia oecumenicum iſtum Papæ principatum pro figmento habemus & damnamus. Quod ſi decretum Papæ Scripturæ S. fuerit conforme, nec tum quidem id recipi debet, ut decretum Papæ, & proinde nec reverenter, ſed ut jam ante in ſcripturis traditum &c. Et ingenue fatetur Petrus de Ferrar. *in prax. tit. 52. n. 45. &* 47. plurimas decretales compoſitas eſſe ſine ratione, contra jus divinum, ad beneplacitum, & ex imperitia eorum, qui deliberationibus adhibiti fuerint. Et *tit. 33. n. 3.* fatuitatis arguit Imperatores, quod tales errores, qualem ineſſe dicit *cap. 28. X. de juram.* in jurisdictione ſuà tolerent &c. *Z.*

Alia adverſus autoritatem Paparum.

ad §. 8.

35) Quia tum per autoritatem Pontificis ſunt confirmata. Scilicet! *Z.*

Ratio textus.

36) Unde impudentiſſime Cornelius Muſſus Epiſcopus Bituntinus *comm. ad Roman. 14. Ego*, inquit, *plus uni ſummo Pontifici crederem in his, quæ fidei myſteria tangunt, quam mille Augusti-*

Patrum autoritas minor autori-

cibus interdum præcellant, (37) quia tamen ſtatuendi poteſtate deſtituuntur, (38) in ſcripturis quidem exponendis,

tate Pontificis.

guſtinis, Hieronymis, Gregoriis &c. quod ſummus Pontifex in his, quæ fidei ſunt, errare non poteſt. Et Gretſerus *lib. de modo & more corrigendi &c.* Patres & ſcripta Patrum ſubjicit Eccleſiæ, h. e. Papæ judicio, atque expurgari ea, & corrigi poſſe contendit, ſi quid ſcripſerint ab ejus ſententia diſſonum. Scilicet hæc ſunt illa κρησφύγετα, quibus utuntur Pontificii, quando Monarchiam Papalem infirmis tibicinibus ſuſtentam vident. *Z.*

Pontificum ruditas.

37) Fuerunt enim Pontifices quidam plane rudes & illiterati. *Z.*

Patrum & Pontificum autoritas reſtricta.

38) I. Statuendi poteſtatem largiamur Pontifici in ſuo territorio. Extra illud, ubi exercere eam præſumſerit, dico nec Patrum ulli eam competiiſſe, nec hodie Pontifici, ſive de fide ſtatuere quid velit, ſive circa diſciplinam Eccleſiaſticam. *Z.*

Summa tractatus Dallæi de vero uſu Patrum.

II. Cum & hodie inter medios Proteſtantes non deſint, qui majorem autoritatem, quam par eſt, tribuant doctrinis Patrum Eccleſiæ, & vero nec utiliſſimus Johannis Dallæi tractatus *de vero uſu Patrum* nec *ejus Epitome* Tubingæ anno 1691. edita, in omnium manibus ſint, in gratiam ſtudioſorum Juris ſufficiat hic vel ſummam illius epitomes apponere. Duæ ſunt aſſertiones, quas latius probat Dallæus. I. *Difficillimum eſt, ſi non impoſſibile, certo explorare, quæ Patrum ſit de hodiernis controverſiis ſententia.* Nam (1) ex antiquiſſimis ſeculis pauca ſuperſunt Patrum ſcripta. Pauciſſima ex prioribus tribus ſeculis, ex quarto & quinto numero quidem plura, verum autoritate minora. (2) Quæ ſuperſunt, maximam partem de argumentis à controverſiis noſtris alieniſſimis agunt. (3) Patrum non vere certoque ſunt, quæcunque nunc ſub eorum nomine circumferuntur, ſed pleraque iis vel olim, vel his demum poſtremis ſeculis affićta, vel ſuppoſita. (4) Prioribus & poſterioribus ſeculis genuina Patrum ſcripta, tempore, imperitia, fraudibus tum piis, tum malignis, multipliciter immutata, adulterata & vitiata ſunt. (5) Non facile

facile eſt Patrum ſcripta intelligere, tum propter linguas & idiotismos, quibus utuntur, tum propter rerum explicandarum variis Rhetoricæ & Dialecticæ artificiis obſcuratam & impeditam rationem, tum propter pleraſque voces in alio, quam qui nunc in uſu eſt, ſenſu uſurpatas. Uti enim Patrum Rhetorica homiliis ac ſermonibus ad populum habitis caliginem multam affudit, ſic & eorum Dialectica pleraque, quæ de controverſiis & polemice ſcripſerunt, innumeris difficultatibus implicavit. Quippe diſputantes tanta cum animi contentione in propoſitum ſibi ſcopum ferebantur, ut de cæteris ſecuri haud raro per imprudentiam ea effutiverint, quæ cum cæteris religionis Chriſtianæ capitibus pugnant, & nonnunquam, dum errorem quempiam totis viribus everſum ibant, in contrarium, eique oppoſitum impegiſſe videantur. Cum enim diſputant adverſus Valentinianos aut Manichæos, videntur cum Pelagianis facere: ſicubi vero cum Pelagianis certant, cum Manichæis ſentire videntur. Si adverſus Arium feruntur, videntur à Sabellio minus eſſe alieni; viciſſim cum Sabellium adoriantur, ad Arium accedere videntur. (6) Patres ſæpe, quæ ipſi credunt, tacent, & quæ non credunt, producunt & recenſent, ſeu aliorum, nomine etiam tacito, ſententias referant, uti præſertim in commentariis, ſeu ad captum Auditorum ſe accommodent, ut in Homiliis; ſeu contra adverſarios diſputent, ubi nihil non adhibent, quod ad argumentum ſuum faciat, idque exemplis Hieronymi & Auguſtini, & prioris propria confeſſione præcipue declaratur. (7) Patres in iisdem fidei capitibus non ſemper perſtiterunt, ſed à quibusdam ſuis ſententiis nonnunquam diſceſſerunt, prout ætate vel exercitatione eorum maturaverat judicium. (8) Patres non docent, quid de ſuis ipſorum ſententiis ſingulis cenſeant, & an eas ut neceſſarias, an ut probabiles tantum, & quo gradu neceſſitatis vel probabilitatis eas habuerint. (9) Patres in dubio relinquunt, an ex ſua ipſorum, an ex Eccleſiæ, ac, ſi ex Eccleſiæ, an ex particularis alicujus, an ex univerſalis, ſententia loquantur. *II. Patres non ſunt infallibiles, tantæve autoritatis, ut noſtras de religione controverſias decidere poſſint.* Nam (1) non ſemper certa & vera ſunt teſtimonia, quæ Patres de Eccleſiæ ſui temporis fide perhibent. Ita Philaſtrius quæ ipſe non probabat, in hæreſeon cenſum veluti à publica Chri-

ſtianorum fide aliena retulit, e. g. Epiſtolam ad Ebræos alius, quam Pauli eſſe; Pſalmos omnes non ab uno Davide ſcriptos fuiſſe, ſtellas in coelum infixas dari. Ita Hieronymus teſtatur, Chriſti Eccleſiam crediſſe, animam humanam à Deo creari, cum eam in corpus infundit, at Auguſtinus palam propendet in eam ſententiam, animam cum corpore ſimul ſeri, & de patre in filium tranſire. (2) Patres ipſi de ſe invicem negant, nudis ſuis aſſertionibus ſtandum eſſe in iis, quæ de religione in medium afferunt, quod exemplo Auguſtini & Hieronymi probatur. (3) Patres ea ratione ſcripſerunt, ut manifeſtum ſit, inter ſcribendum de religione pronunciare iis non fuiſſe propoſitum, quod partim teſtatur eorum nimium ſtudium in colligendis variis aliorum ſententiis, & in adhibitis ornamentis Rhetoricis, item tricis & aculeis Dialecticis, partim incuria illa, ſecuritas & negligentia, qua pleraque eorum volumina conſcripta ſunt, ſive rerum inventionem, ſive ordinem & elocutionem ſpectes, quod exemplis multarum homiliarum Chryſoſtomi, Auguſtini & interpretationum Hieronymi declaratur, partim plurimi eorum errores in Chronologia, Hiſtoria, Geographia, Phyſica, Grammatica, allegatione perverſa Sacrarum Scripturarum id confirmant, quorum errorum ſpecimina quædam adducuntur. (4) Patres ſive ſeorſim ſinguli, ſive conjunctim plures in variis religionis capitibus errarunt, quam in rem allegantur varii errores Juſtini Martyris, Irenæi, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Cypriani, Origenis, Lactantii, Hilarii, Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Nyſſenii, Ambroſii, Epiphanii, Chryſoſtomi, Hieronymi, Auguſtini, & concluditur: Iudicent jam omnes cordati, quam, qui in uno alteroque religionis capite hallucinati ſunt, in cæteris fidem mereantur. (5) Patres inter ſe aliquando diſſentiunt, & quidem interdum de rebus magni momenti. Exempli loco afferuntur diſſenſus Dionyſii Alexandrini, Nazianzeni, Hieronymi & Juſtini, Irenæi, Tertulliani in doctrina de chiliaſmo; Cypriani & Stephani de baptiſmo hæreticorum &c. (6) Neque Proteſtantes neque Pontificii re ipſa agnoſcunt Patres rerum ad religionem ſuam pertinentium judices, hique non minus ac illi, quæ ad palatum ſuum non faciunt, nulla religione reſpuunt. Quod Pontificios attinet, uti præter adducta à Dallæo aſſertionem illam probat

præ-

nendis, illis quandoque præponentur, (39) in causis vero diffiniendis, secundum post eos locum habere merentur. (40) Aliud est *m*) enim causis terminum imponere, aliud scripturas diligenter interpretari, cum in negotiis diffiniendis non solum necessaria sit scientia, verum etiam potestas.

m) §. *sed aliud in sum. d. distinct. 20.*

§. 9.

præsens paragraphus Lancelotti, ita editor epitomes Dallæi dicta de erroribus variis Patrum passim illustravit testimoniis Martini Chemnitii *ex oratione de lectione Patrum*, ex *locis Theologicis*, ex *Examine Concilii Tridentini*, & Hieronymi Kromayeri *ex Historia Ecclesiastica.* Adde quæ notavi *in Cautel. circa præcognita Jurisprud. Ecclesiast. cap. 10. §. 24. usque ad §. 37. cap. 11. §. 13. usque ad §. 22. cap 12. §. 5. 6. cap. 13. §. 8. usque ad §. 14. & cap. 14. §. 6. usque ad §. 14. T.*

39) Siquidem res fidei juxta Scripturas sunt definiendæ, & scripturarum germana expositio non in potestate consistit, sed in cognitione. *Z.* *Explicatio textus.*

40) Quid est, quod opponit autor *scripturas exponendas & causas definiendas?* Num quid ergo superiores erunt Patres in iis, quæ fidem spectant, Pontifex vero in iis, quæ mores concernunt, & disciplinam Ecclesiasticam? Ita quidem ex positu verborum videtur, præsertim cum quas causas nuper dixerat, easdem mox negotia appellet. Sed distinctiunculam hanc inter causas & quæstiones Ecclesiæ, Sophistarum effugium dicit, & quæstiones fidei etiam causas Ecclesiæ esse ostendit Johannes Hartus *in colloq. cum Joh Raínold. p. 370.* &c Patet vero inde, quam gnaviter Canonistæ in adstruendo Papali jure sint impudentes. Et unde quæso, aut quando data est illa Pontifici definiendi potestas? Hic scil. recurrunt ad veterem suam cantilenam, qua Christum Petro soli jurisdictionem in oves suas commisisse, Papam vero in omnibus Petro successisse, ad nauseam usque, & multa cum vanitate recantant. Quæ alias de infallibilitate Pontificis fabulantur, talia sunt, ut fidem & veritatem superent,

Scripturarum & causarum inepta oppositio.

Impudentia Canonistarum.

Jus Canonicum versatur circa personas, res & judicia.

§. 9. Versatur autem Jus Canonicum circa tria: circa personas, res, & judicia. Verum quia posteriora duo ad personas referuntur, videamus prius de personis: parum enim esset illa noscere, si personæ ignorentur, quarum causa illa ipsa constituta sunt, & per quas ea omnia administrantur.

DE JURE PERSONARUM.

TIT. IV.

Christianorum quidam sunt laici, quidam clerici: & clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in sacris, non in sacerdotio, quidam nec in sacerdotio nec in sacris.

n) *can. duo sunt genera 12. q. 1.*

PErsonarum *n*) genera duo sunt, unum laicorum, alterum vero clericorum. (41) Laici, qui & populares

rent, nec ullo alio fundamento nitantur, quam eadem illa jactata toties & frustra laudata Petri successione. *Z.*

ad Tit. IV.

Arcanum distinctionis inter Clericos & Laicos.

41) I. Rectius dividuntur apud nos personæ, quatenus constituunt ordines Ecclesiæ, in Doctores & Auditores. Cleri enim nomine in Scripturis venit tota Ecclesia, non sola turba rasa & uncta, uti apud Pontificios. vid. Menzer. *in exeges. A. C. art. 14. p. m. 640.* Postquam autem distinctio inter Clericos & Laicos invaluit, canones destruere cœperunt statum Laicorum, ut ampliarent sub quadam simulata conscientia statum Clericorum, uti loquitur Petrus de Ferrariis *in practic. tit. 41. n. 17.* Fuisse autem hoc nomen illis, qui ministeria cultui divino impendunt, jam tum Constantini tempore proprium, & ἐξαιρετὸν factum, patet ex *l. 2. C. Theodos. de Episcop. Z.*

Tres gradus arcanorum

II. Notandi sunt studioso juris tres gradus arcanorum politicorum Papatus: (1) Inventio distinctionis personarum in Clericos & Laicos

res dici possunt, sunt quibus licet temporalia posside- re,

laicos, & illorum eminentiæ quæsitæ, horum vero contemtus. (2) Episcoporum imperium in reliquos Presbyteros & Clerum. (3) Imperium Papæ in reliquos Episcopos. Ultimum gradum ex Protestantibus agnoscunt omnes, secundum non pauci, primum paucissimi; imo, plerique ægre ferunt, quod à JCtis circa distinctionem in Clericos & Laicos quicquam moneatur, quasi videlicet ejusmodi monita indicent odium erga ministros Ecclesiæ. Vera tamen causa est, ne detegatur Crypto Papismus sub larva vel orthodoxiæ, vel etiam pietatis hactenus occultatus. Jam olim Centuriatores Magdeburgenses *Centur. 3. cap. 7. p. 183.* distinctionem laicorum & clericorum propter sanctitatem, & quod Fabianus ac Stephanus (in pseudo decret. epist.) laicos vocent carnales, & clericos spirituales, inter insignia mysterii iniquitatis diserte retulerunt. Nostro tempore Adamus Tribbechovius *Exerc. 1. ad Baron. Annales sect. 5. & exerc. 2. sect. 1.* in eo totus fuit, ut ostenderet, distinctionem hanc ad fulcra Papatus omnino esse referendam, cujus ope Laici tantum non ad ima detrusi, Clerici vero ad tyrannidem grassati fuerint. Res patet, si vel capitulum unde Lancelottus hæc desumsit, evolvas. Adde Epistolam I. Pseudo Clementis: *Petrus moriens non tantum infames, sed & Laicos a Clericorum accusatione & vexatione semper debere repelli rogabat, sed & cunctos illis subditos esse præcipiebat. Cunctorum Sacerdotum vitam superiorem sanctioremque ac discretam a secularibus & Laicis hominibus esse, & spirituales quosque atque Sacerdotes, super carnales & Laicos semper constituendos docebat* &c. Altenstaigius *in Lexico Theologico voce Clericus*, item *Laicus. Capitur Clericus pro docto, scientifico, perito, scientia pleno, repleto & experto. Et contra Laicus pro viro indocto, imperito, insipiente & lapideo. Unde Laicus dicitur a λᾶς, quod est lapis. Et sic omnis Clericus, in quantum Clericus, est laudabilis, Laicus vero, in quantum Laicus, est vituperandus. In his Laicis mater coecitatis, superbia regnat, quantum ad ea, quæ sunt fidei & morum. Cum enim sicut idiotæ præsumunt sacram scripturam exponere,* qua

Politicorum Papatus.

Centuriatorum Magdeburgensium, & Ad. Tribbechovii sententia de dist. in Clericos & Laicos.

Fructus hujus distinctionis.

re,(42) uxorem ducere, causas agere, inter virum & vi-

quæ est profundissima omnium scripturarum, cum interim habeant honestatem exteriorem, contemnunt vitam omnium aliorum (Clericorum) *& merito hujus duplicis superbiæ excoecantur a Deo. Quare non omnes scripturæ libros legant Laici, quia nihil est tam sanctum & salubre & pium, quo non contingat abuti. Non tamen arcendi videntur ab opusculis moralibus & devotis, nullam in se difficultatem, nec ambiguitatem, nec absurditatem in translatione gerentibus, cujusmodi sunt Historiæ vel vitæ, vel legendæ Sanctorum.* Imo Petrus Licetus non dubitavit, dictum Christi: *nolite Sanctum dare canibus*, applicare ad Laicos, docens hos esse canes, illos à sancto Dei verbo arcendos. Et ne Reges è canum numero eximerentur, cavit Stanislaus Orichovius: *Tantum*, inquiens, *Sacerdos præstat Regi, quantum homo præstat bestiæ.* vid. Tribbech. *d. l. p. 39.* Unde caute legendi scriptores Pontificii, Thomassinus, Petrus de Marca & similes, qui quidem subinde ultimum fastigium Papismi impugnant, sed priora tamen duo fundamenta fere negligunt, aut etiam defendunt. Sic nota est Petri de Marca *dissertatio de discrimine Clericorum & Laicorum*, in qua defendere intendit, distinctionem hanc esse juris divini, uti & Baronius distinctionem illam ab Apostolis esse inventam tradit, cui respondet Kortholtus *disquis. 5. Antibaroniana §. 4. p. 151.* Fatetur tamen idem, hanc distinctionem, etsi non sit Apostolica, esse tamen antiquissimam. B. Pater *in schediasm. histor. §. 44. lit. i.* non sine verosimilitudine putavit, distinctionem inter Clericos & Laicos, & applicationem spiritualium ad illos, carnalium ad hos, originem debere doctrinæ Clementis Alexandrini de Christianis perfectis & imperfectis, quorum illos Gnosticos veros dicebat. Id constat, jam seculo tertio eam esse usu receptam, quod latius deduxit honorat. Collega Dn. Boehmerus *dissert. 6. ad Plinium II. & Tertullianum. T.*

Caute legendi Thomassinus, Petrus de Marca &c.

Origo hujus distinctionis.

Notatur Lancelottus

42.) Hæc descriptio non distinguit Laicos à Clericis, cum fatente

virum judicare. Clerici ſunt qui divinis officiis mancipati ſunt, & quos ab omni ſtrepitu ceſſare convenit. Videamus igitur de iis, qui divinis officiis ſunt aſcripti: nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul etiam & qui laici ſint, intelligemus. Horum autem quidam ſunt in ſacerdotio, (43) quidam in ſacris, quidam nec in ſacerdotio nec in ſacris. Rurſus, eorum qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, quidam ſunt in altiore gradu vel ordine poſiti: quidam vero in inferiore. Videamus igitur primum de his Sacerdotibus, qui in altiore gradu poſiti ſunt, proxime de his, qui in inferiore, ac ſubinde de his, qui tantum in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, viſuri & demum de his, qui nec in ſacerdotio nec in ſacris reperiuntur.

DE

tente Gloſſa etiam Clericis temporalia poſſidere, cauſas agere, inter virum & virum judicare liceat. *Z.*

43) I. Pontificii per ſacerdotium tale intelligunt munus, quo verum ſacrificium peragitur, & Sacerdotes hinc ſuos vere ſacrificare contendunt. Sed nos in Eccleſiis noſtris cum id non admittamus, propterea, quod poſt ſacrificium in cruce peractum omnis ſacrificiorum uſus defierit, totam hanc diſtinctionem in eo ſenſu, quem Pontificii venditant, rejicimus. *Z.* *Arcanum in voce ſacerdotii.*

II. Sacerdotum titulus ex Relig. Judaica ſeculo tertio ad Epiſcopos & Presbyteros translatus eſt cum maximo Eccleſiæ detrimento. Dn. Boehmer. *diſſert. 3.* § *65. ſeq.* & *diſſert. 4.* §. *25.* Et ex hoc ſacerdotio judaico Epiſcopi & Presbyteri cleri nomen ſibi tribuerunt. Id. *diſſert. 6.* §. *6.* Adde etiam totam *diſſert. 9. de jure Laicorum ſacerdotali.* *T.*

DE EPISCOPIS ET SUMMO PONTIFICE.

TIT. V.

Episcoporum ordo est tripartitus, & Patriarchæ primum post Papam locum tenent.

§. 1.

IN altiori gradu constituti sunt Episcopi. (44) Est autem

Tit. V. §. 1.

Distinctio Episcoporum à Presbyteris.

(44) I. Augustinus Epist. 19. Episcopum Presbytero majorem esse dicit, secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit. Et Chrysostomus inquirens in rationem, quare Apostolus *1. Tim. 3.* ab officio Episcoporum illico descenderit ad descriptionem officii Diaconorum, omissis Presbyteris, eam tandem amplectitur, quod non multum intersit inter Ordinem Episcoporum & Presbyterorum. *Nam & Presbyteri* inquit, *assumpti sunt ad docendum populum, & ad præfecturam Ecclesiæ, ideoque quæ de Episcoporum ordine dixit, etiam Presbyterorum ordini congruunt. Sola enim impositione manuum ascenderunt Episcopi supra Presbyteros, & hoc solum lucri videntur præripuisse Presbyteris δοκῶσι πλεονεκτῆν τῶς πρεσβυτέρως.* Quæ verba ostendunt, prælationem Episcopi non ex jure divino esse, uti fabulantur Pontificii, sed ex usurpatione, accedente consuetudine, aut potius præscriptione. *Z.*

Secundum Papatus fulcrum est imperium Episcoporum in reliquum Clerum.

II. Dixi n. 41. secundum gradum Papatus esse imperium Episcoporum in reliquum Clerum. Unde maximopere de sustinendo hoc Papatus fulcro sollicitum fuit concilium Tridentinum *Sess. 23. anathem. 6.* Si quis videlicet dixerit, *in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis Presbyteris & Ministris,* quod in Germania notam & reprehensionem non effugisse observat Petrus Suavis *Hist. Concil. Trident. lib. 8. p. m. 670.* Nimirum Hierarchiæ vocem & significationem sacris literis & consuetudini primitivæ Ecclesiæ non modo esse alie-

Arcanum Hierarchia.

nam,

nam, verum etiam contrariam. Quodſi ſtylum dicendi & modum operandi Chriſti, Apoſtolorum & antiquæ Eccleſiæ ſequi voluiſſent, non *hierarchiam*, verum *hierodiaconiam* aut *hieroduliam* ſtatuendam fuiſſe. De differentia Epiſcoporum & Presbyterorum fuſius egit Zieglerus *in Tract. de Epiſcopis cap. 3.* cujus hæc eſt ſumma. Diſtinctionem inter Epiſcopos & Presbyteros non eſſe ab Apoſtolis inſtitutam, ſed Epiſcopalem ordinem ex divina naſcentis Eccleſiæ diſciplina non eſſe Presbyteriali ſuperiorem; neque poſſe hanc ſuperioritatem probari ex ſacris literis; potius ex *1. Tim. IV. 14.* conſtare, Presbyteros per impoſitionem manuum conſtituiſſe Epiſcopos. Paulum etiam *1. Tim. III. 2. 12.* & in ſalutatione ſua, Philippenſibus deſtinata, ſaltem Epiſcoporum & Diaconorum mentionem feciſſe, atque adeo ſub Epiſcopis comprehendiſſe Presbyteros. Eandem ſententiam fuiſſe Hieronymi prolixe relatam in jure Canonico *can. legimus diſtinct. 93. & can. olim diſt. 95.* Atque hanc Hieronymi ſententiam multis aliis aliorum Patrum dictis illuſtraſſe, & per modum apologiæ eruditiſſimo opere defendiſſe Davidem Blondellum, quem etſi ex profeſſo ſcriptis hac de re diſſertationibus inſectatus fuerit Henricus Hammondus, perſuadere tamen haud quicquam potuiſſe illis, qui Hieronymi ſententiam, ejusque cum Scriptura Sacra convenientiam attentius conſiderent. Igitur Epiſcopos primitus fuiſſe primos Presbyteros, eminentia aliqua, non vero poteſtate peculiari præ reliquis presbyteris pollentes. Poſtquam vero Clerus à priſca morum ſanctimonia deſciſcere, & in contentiones, multaque alia vitia deflectere inciperet, Epiſcopis ex inſtituto humano conceſſum fuiſſe, poteſtatem aliquam regiminis, cujus tamen ob ambitionem Epiſcoporum inſignis abuſus mox invaluerit, ut temperandæ illi nullæ ſufficerent leges, nulli canones, nulla aliorum Epiſcoporum monita, adeoque ſic factum eſſe, ut, quod in ſchismatis remedium introductum dixerit Hieronymus *d. can. legimus.* pluribus deinceps ſchismatibus anſam dederit, maximasque contentiones & lites excitaverit in Eccleſia, quas multo cum tædio legere liceat in hiſtoriis Eccleſiaſticis. Etenim ſucceſſu temporis, quo magis magisque ſuam ampliarent poteſtatem Epiſcopi, ſingularia plane & peculiaria officia ſacra ſibi ſolis adſcripſiſſe, & talia quidem ſæpe, quæ ex proprio ſuo

Summa doctrinæ Ziegleriana de differentia Epiſcoporum & Presbyterorum ex cap. 3. de Epiſc.

a) *Can. 1. verf. ordo dist. 21.*

tem *a*) Epifcoporum ordo tripertitus:(45) Alii enim funt

---

cerebro fingerent, ut faltem multiplicarentur jura & refervata Epifcopalia,& fortunis fuis nova quotidie accederent incrementa. Sane ætate Chryfoftomi & Hieronymi finiente feculo quarto præter ordinationem nihil præcipui præ Presbyteris habuiffe Epifcopos, atque etiam hanc prærogativam vel ex lege humana ortam, vel quod verofimilius,abEpifcopis fuiffe de facto occupatam & ufurpatam: Tum pedetentim pleraque alia jura Epifcoporum, quibus eminent hodie, non collata aut ufurpata fuiffe fimul & eodem tempore, fed fenfim & tractu temporis vel conceffa ab Ecclefia non invita, vel occupata & erepta ei fuiffe. Hactenus fententia Ziegleri. Noviffime Heinricus Dodwellus poteftatem Epifcopalem ab imperio civili independentem ex traditione & inftitutione Ecclefiæ Apoftolicæ, nequaquam vero ex libris Canonicis Novi teftamenti, deducere voluit,cui facile fatisfieri poteft ex illis, quæ hactenus ex Zieglero excerpfi. Quamvis prolixius doctrinam Dodwelli refutaverit etiam Dn. Buddeus in *differtatione peculiari Jenæ Anno 1705. habita*, ubi tamen multa immifcentur de regimine Epifcopali, quæ tolerari poffunt, fi modo regimen hoc intelligatur de fpirituali & directivo,non coactivo, & quod de regimine politico quicquam participet. Conf. Dn. Böhmerum *differt. 3. §. 65. feq. & differt. 7. §. 11. feq. T.*

Dodwelli doctrina de poteftate Epifcopali

à Buddeo refutata.

45) I. Imo quadripartitus *ex Orig. lib. 7. c. 12.* (*cap. cleros diftinct. 26.*) Scilicet in Patriarchis, ArchiEpifcopis, Metropolitanis atque Epifcopis. Sed eft tamen apud fcriptores Ecclefiafticos ArchiEpifcopus aliquando idem, quod Patriarcha, aliquando cum Metropolitano coincidit. Reinold. *in colloq. cum Hart. p. 369. Z.*

Epifcopi an triplicis an quadruplicis ordinis?

II. Idem Zieglerus *de Epifcopis c. 4.* originem ordinis hujus tripartiti inter Epifcopos latius explicat. Initio §. *1. & 2.* refutat affertionem Pfeudo Analecti. *c. 1. dift. 99.* ab Apoftolis id inftitutum derivantis, & §. *3. 4. 5.* oftendit ineptias Pfeudo Clementis & Gratiani *in pr. dift. 21.* eum ex diftinctione Archiflaminum & Flaminum deducentium,monftrando, Archiflaminum nusquam apud probatos autores mentionem fieri. Tum §. *6. feq.* ex Ignatio, Cypriano,

Summa doctrina Ziegleri de Epifc. c. 4. de origine ordinis tripartiti.

no, Hieronymo (*can. legimus dist. 93.*) probat, initio nascentis Ecclesiæ nullam talem distinctionem in usu fuisse, & Episcopum nulli alii Episcopo subjectum fuisse, nec habuisse superiorem nisi Deum, & Christum; negari tamen non posse (§. 9. *seq.*) jam inde ab antiquissimis temporibus sedes aliquas Episcopales, & qui eas tenerent, Episcopos præ cæteris eminuisse, & in omni specie honoris priores potioresque habitos fuisse; non tamen eminentiori illi Episcopo universa ista axiomata, quæ recenseri magno numero hodie solent, à primis ejusmodi dignitatis initiis competiisse, sed paulatim ad ἀκμὴν hodiernam pervenisse, uti omnia, quæ consuetudine invalescunt. Nimirum initio majorem autoritatem præ reliquis omnibus habuisse Ecclesias illas, quas Apostoli ipsi & Apostolici viri fundaverint, ita nimirum, ut in controversiis circa fidem vel circa disciplinam Doctores sæpenumero provocaverint ad doctrinam & mores illarum Ecclesiarum tanquam matricum, & hunc fere seculo Irenæi & Tertulliani fuisse modum procedendi cum hæreticis. Ex his vero tenuibus & vitio carentibus principiis surrexisse tandem Monarchiam illam Ecclesiasticam, ad quam ipsa Romani imperii Majestas tam reverenter olim ab omnibus gentibus habita, elanguerit, uti liberalitate majorum, cum religioni & coenobiis nunc agellus, nunc ædicula, nunc pagus donaretur, nemo animadvertisset, quanta exinde mala ad posteritatem obventura essent, quorum insanabilem perniciem pleraque omnia hodie experiantur regna. Aggreditur postea Petri de Marca (quem simul recte notat, multa non fuisse asserturum, nisi Romanæ Ecclesiæ primatum plane exsortem pro virili defendere juramento se obstrinxisset. Conf. supra notata *n. 41.*) sententiam §. 16. *seq.* qui *libr. 6. de concord. sacerd. & imp. cap. 1.* defendere voluerat: Apostolos orbem Ecclesiasticum in provincias distribuisse ad exemplum dispositionis civilis; & quidem ea cum intentione, ut in iis corpus Episcoporum constitueretur sub præsidentia Episcopi metropoleos, & perspicue ostendit, neutrum horum à Petro de Marca probatum esse, aut pro statu Ecclesiastico illorum temporum probari potuisse. Paragrapho 20. *seq.* pergit Zieglerus ostendere, eminentiam Episcopalem non solum originem debere sedibus Apostolicis, sed & sedis Episcopalis autoritatem inter alia incepisse æstimari

Tenuia initia arcanorum Politicorum Papatus.

Petrus de Marca defensor sedis Romanæ.

Ejus sententia de origine Episcoporum Metropolitanorum refutata.

ex

ex autoritate & splendore urbis, in qua illa continebatur, si ea metropolis in illa provincia fuerit, qua occasione exponit doctrinam de regiminis civilis distributione sub Constantino in quatuor præfecturas, quarum portiones assignatæ tractus dicebantur, unusquisque vero tractus plures diœceses, & unaquæque diœcesis plures provincias continebat, in quibus singulis civitas quædam primaria erat. Igitur ostendit, Episcopum in *provinciis* primum & præcipuum fuisse, qui in metropoli sedem habebat, Metropolitanum proinde dictum; Episcopum autem in metropoli *diœceseos*, Exarchum vel Patriarcham. Explicat etiam §. *25. seq.* æquivocationem vocum diœceseos & Exarchi. Et §. *27.* infert ex dictis satis constare, qua ratione Hierarchia Ecclesiastica invaluerit. Initio quidem Christianismi totam Ecclesiarum gubernationem Aristocraticam fere fuisse, cum communi consilio Presbyterii regerentur; Postea vero cum schismata subinde orirentur, ut illis obviam iretur, ad Monarchicum regimen sensim inclinare coepisse, inspectionis præcipua cura ad Episcopum delata, cui reliqui Ecclesiæ ministri ac reliqua membra haud gravatim parerent, Episcopos autem per synodos gubernatos, plurimum sponte detulisse Episcopo metropolitano, &c. Paucis (§. 37.) primum Presbyterum dictum fuisse Episcopum, primum Episcopum Metropolitam, primum Metropolitam Patriarcham. Huic demonstrationi Ziegleri quod addam, nihil habeo; nisi ut illud moneatur. Papismum, uti in aliis pluribus terminis, eos corrumpendo lusit, ita etiam præcipuum fulcrum Papatus esse abusum vocis gubernationis (des regierens) Ecclesiasticæ. Ex hac gubernatione enim (1) fecerunt regimen, (2) ex regimine, regimen Politicum coactionem externam involvens, (3) ex regimine Politico primo Aristocraticum excluso populo, postea Monarchicum. Atque postea disceptarunt inter se, utrum regimen Ecclesiæ debeat esse Aristocraticum an Monarchicum? quorsum pertinet Volumen Marci Antonii de Dominis de Regimine Ecclesiastico. Nostrates etiam Theologi pariter & JCti se multum lucratos esse arbitrati sunt, si modo inculcarent, regimen Ecclesiæ debere esse Aristocraticum. vid. Carpzov. *Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 247.* atque hac assertione non modo adversus Papas, sed etiam nonnulli eorum adversus Reges & Principes hactenus abusi sunt.

Hierarchia Ecclesiastica origo.

Arcanum Politicum Papatus in lusu cum voce gubernationis.

Etiam apud nostrates se insinuans.

Pri-

funt Patriarchæ, five Primates: (46) alii Archiepifco-
pi

Primus Pufendorffius *de habitu religionis ad Remp.* §. 11. *in fine* quæftionem movit an Ecclefia fit ftatus à ftatu civili diftinctus qui imperio per homines adminiftrato & exercito contineatur? eamque negavit, oftendendo §. *14. 15. 16. 17.* (1) Chriftum non feciffe novum populum, & nihil habuiffe territorii, nec gefliffe perfonam Principis, fed Doctoris: (2) §. *18. usque ad* §. *28.* Apoftolos fuiffe propagatores doctrinæ à Chrifto traditæ iisque poteftatem docendi divinitus effe collatam ab imperio humano haud dependentem, neque tamen aliquid exercuiffe imperii, & munus docendi ne quidem indirecte vim imperii habere, nec poteftatem remittendi peccata caufam præbere ftruendi imperii, denique nec inftructionem Apoftolorum aliquid imperii fapere: (3) §. *29. 30. 31. 32.* Regnum ergo Chrifti non involvere imperium humanum, nec adeo Ecclefiam ex intentione Salvatoris debere effe ftatum feu rempublicam; primitivas autem Ecclefias ne quidem potuiffe effe ftatus, atque Ecclefiæ & ftatus ftructuram internam effe diverfiffimam, & fic abfurdas effe quæftiones, monarchica, ariftocratica an democratica forma competat Ecclefiæ? Poft Pufendorffium eandem fententiam adverfus doctrinam memoratam Carpzovii repetii *in differt. de jure princip. circa adiaphora* §. 16. ac adverfus defenfores communis erroris vindicavi *in vindic. Juris majeftatici circa facra* §. *19. feq.* & in iteratis vindiciis Germanice fcriptis *Part. 3. p. 1. item p. 38. feq. & paffim per totam Part. 3.* T. *Donec id primus detegeret Pufendorffius.*

46) I. Primates & Patriarchæ diverforum funt nominum, fed ejusdem officii, inquit Gratianus *dift. 99. pr.* Sed enim, uti ἔξαρχος apud Græcos, ita Primas apud Latinos tam in civilibus quam Ecclefiafticis nunquam peculiare certæ cujusdam dignitatis aut præfecturæ nomen fuit, fed omnibus commune, qui quacunque in re primi, cuicunque rei vel officio præfecti præpofitique fuere. Sane in Codice canonum primæ fedis provinciæ Epifcopi, h. e. Metropolitani dicuntur Primates. Per Gallicanas vero regiones non alii vulgo Primates vocari confueverunt, quam qui primas fedes in unaqua- *Primatis & Exarchi varia fignificatio.*

 que

pi, alii ſimpliciter Epiſcopi Patriarchæ *b*) ſunt, qui pri-

b) *d. can. 1. §. patriarcha.*

que diœceſi tenebant. Cæterum Felix Papa nullum Metropolitanum appellari Primatem voluit, ſolis primarum ſedium Patriarchis hoc nomine ſervato. Sed neutrum receptum eſſe nec obſervatum, oſtendit Autor Evchariſtici Jacobo Sirmondo pro adventoria de region. & Eccleſ. ſuburbicar. miſſi. *p. 533. 535. 536. Z.*

De origine Patriarchatuum doctrina Ziegleri c. 5. de Epiſc.

II. Latius deducit originem Patriarchatuum Zieglerus *cap. 5. de Epiſc.* Nimirum (§. 2.) nomen Patriarcharum in Eccleſia Chriſtiana inoleviſſe demum circa initia ſeculi quinti, & ex Synagoga Judaica ſuos primum retuliſſe natales. Habuiſſe enim Judæos diſperſos celebrioribus in locis ſuos principes & præfectos, quos Patriarchas vocarint, qui ſub ſe habuerint Aſſeſſores Apoſtolos dictos. Deſiiſſe autem (§. 3.) iſtos Judæorum Patriarchas poſt annum 415. & ab eo tempore nomen hoc Chriſtianorum Archi-Epiſcopis communicari coepiſſe, & quidem orientalibus primum, quibus nota fuerit Patriarcharum apud Judæos dignitas, cum occidentales Judæi nullos habuerint Patriarchas. Seculo adhuc *tertio*, nullos niſi inter hæreticos fuiſſe Patriarchas. Primum inter Eccleſiæ Doctores (§. 4.) Chriſtianorum Patriarcharum mentionem facere Socratem circa annum 440. viventem *l. 5. c. 8.* ſed in alio plane ſignificatu, videlicet (§. 5. *&* 6.) non ob ſedium dignitatem, ſed perſonarum gravitatem, propter emendatam vitæ & fidei rationem, *l. 3. Cod. Theod. de fid. cathol.* Poſt Socratis ætatem (§. 7.) certiora occurrere monumenta, quod Patriarchæ nomen adaptari cœperit Epiſcopis integras diœceſes regentibus; ita tamen ut ea ætate in oriente illi fere Patriarchæ dicerentur, qui integræ diœceſi & pluribus Metropolitanis præfecti eſſent, at in occidente etiam ArchiEpiſcopos quandoque Patriarchas dictos. Perpetuo tamen (§. 8.) & jure prorſus ſingulari in Eccleſia eminuiſſe, & quaſi proprium id nomen ſibi feciſſe celebriorum quarundam ſedium Epiſcopos. Inter civitates omnes Imperii Romani maxime conſpicuas fuiſſe Romam, Alexandriam & Antiochiam, inde moribus primum & conſuetudine invaluiſſe (§. 9.) ut Epiſcopi iſtarum urbium præ reliquis magis honorati exiſterent, donec

In ſpecie de Patriarchis Romano, Alexandrino, Antiocheno.

primum post Romanum Pontificem tenent locum,

donec in Concilio Nicæno *can. 6.* sancitum fuerit, ut tres isti Episcopi, qui mox etiam Metropolitani vocantur, secundum antiquos mores privilegia sua integra & inviolata retinerent. Eosdem illos in Concilio Constantinopolitano Exarchos diœceseon & tandem in Chalcedonensi Patriarchas dictos fuisse. Non contineri tamen (§. *10.*) in canone Concil. Nicæni quicquam de jure Patriarchico posteriorum temporum, sed saltem confirmari in eo jura Metropolitica jam tum ex consuetudine recepta, dedisse tamen hunc canonem occasionem, ut Episcopales illæ sedes paulatim in Patriarchales evectæ fuerint. Olim in Imperio Orientali (§. 12.) præter Exarchos diœcesium (seu Patriarchas §. *11.*) Alexandrinum & Antiochenum, fuisse etiam Ephesinum diœceseos Asianæ, Cæsariensem Ponticæ, & Heracleotam Thracicæ, sed hos tres Patriarcharum nomine & gradu excidisse. postquam in Concilio Calchedonensi subjecti fuerint Constantinopolitano, & pro Metropolitanis (§. *13.*) tantum habitos fuisse, ita tamen, ut Exarchi diœceseon adhuc dicerentur, reliquos vero tres, Romanum, Alexandrinum & Antiochenum non retinuisse tantum dignitatem suam, sed & auxisse. Illis in Concilio Calchedonensi annumeratum fuisse Episcopum Hierosolymitanum, postquam illi in eodem Concilio tres Palæstinæ fuerint subjectæ, antea tempore Concilii Nicæni adhuc Metropolitanum tantum fuisse, nec verum quidem, sed honore tantum & nomine talem, quippe subjectum Episcopo Cæsariensi. Inter hos Patriarchas (§. *14.*) adhuc referri *in can. cleros dist. 21. & in can. renovantes dist. 22.* Episcopum Romanum, atque ordinem (§. *15.*) eum teneri, (1) Romanum, (2) Constantinopolitanum, (3) Alexandrinum, (4) Antiochenum, & (5) Hierosolymitanum. Denique (§. *16--22.*) erroneam plane esse Augustini Barbosæ, Johannis Azorii, Theophili Raynaudi, & aliorum sententiam, institutionem priorum trium Patriarchatuum Petro Apostolo adscribentium, cum destituantur partim genuinis autoritatibus, partim premantur multis aliis difficultatibus (ibidem recensitis) ex quibus ipsimet se extricare nequeant. *T.*

Et Hierosolymitano.

cum,(47) quales Constantinopolitanus,(48) Alexandri-

Origo eminentia Papalis super reliquos Patriarchas.

47) Ostensum fuit in nota præcedente, olim Pontificem Romanum inter Patriarchas primo loco recenseri,sed Canonistæ tamen Pontificem suum plane extra ordinem Patriarcharum & supra illos, sedemque Romanam eximium aliquod principatus jus non solum in occidentis provincias, sed etiam in cœteras orientis Ecclesias obtinere statuunt. Aug. Barb. *de offic. & potest. Episc. Part. 1. tit. 3. c. 1. n. 2.* Sed primus tamen hujus rei seculo 14. Autor est Innocentius III. in *cap. antiqua 23. X. de privileg.* Nam quod Onuphrius Panvinus ad Platinam sub Bonifacio 3. qui seculo septimo ineunte sedi præfuit, asserit, quasi inter Episcopum Romanum & Constantinopolitanum conventum fuerit, ut uterque Oecumenicus appellaretur; hic oecumenicus seu universalis Patriarcha, ille universalis Papa, id jam refutavit Marcus Antonius de Dominis de Rep. Eccles. *l. 3. c. 10. n. 16.* quippe cum Leo IX. qui seculo undecimo vixit, titulum universalis Patriarchæ in Constantinopolitano maxime detestatus fuerit, quod & jam antea Gregorius Magnus fecerat. Et quamvis Innocentius III. decretum suum ex Concilio Lateranensi excerpserit, quod pro Oecumenico venditant Canonistæ, ipsi Pontificii scriptores tamen, ut Bellarminus de generalitate hujus concilii dubitant, & Matthæus Paris etiam sinistre de eodem concilio judicat, imo Godofredus Monachus nihil memoria dignum in eo concilio actum esse memorat, nisi quod Orientalis Ecclesia se subditam Romanæ exhibuerit. Sed ne quis decipiatur probe observandum Constantinopolitanum & Hierosolymitanum Patriarchas, qui interfuerunt, è Latinis fuisse, cum eo tempore Constantinopolis à Gallis teneretur & nostrorum arma è Palæstina nondum excessissent; Antiochenum autem excusatione morbi usum, & Alexandrinum ab Ægyptiis, ut ad concilium iret prohibitum, legatos suos misisse. De duobus ergo primis mirum non est, eos ut domesticos colla submisisse Episcopo Romano, e cujus curia prodierant. De posterioribus non constat, utrum legati speciale eam in rem mandatum habuerint, imo dubium est, an capitula in illo concilio recitata, approbata fuerint ab omnibus. Quæ singula latius ex-

exponit Zieglerus *de Episcop. cap. 6. §. 2. usque ad* §. *6.* Conf. eundem *in notis hic.* Adde notas *infra ad* §. *5. T.*

48) I. Qui secundum hunc locum accepit in Concilio Constantinopolitano oecumenico, *can. 5.* In Concilio Chalcedonensi, *can. 28.* non confirmata tantum est hæc dignitas, sed præter ista πρεσβεῖα τῆς τιμῆς nova τῆς ἐξουσίας πρεσβεῖα ei collata fuerunt, ut sc. potestatem haberet ordinandi Metropolitanos Ponticæ, Asianæ & Thracicæ dioeceseon, qui antea à Provinciæ suæ Episcopis ordinati fuerant. Z. ***Episcopus Constant. quando primum post Romanum locum accepit.***

II. Hæc latius deducit idem Zieglerus *de Episcop. lib. 1. c. 7.* docens videlicet §. 5. Constantinopolitanum Episcopum hoc tantum a Constantino obtinuisse, ut majore deinceps honore a reliquis in Oriente Episcopis afficeretur. Sed loco tum ei nondum cessisse Alexandrinum & Antiochenum Episcopos. Anno autem 381. habitum fuisse Constantinopoli secundum Concilium Oecumenicum, in quo *can. 3.* decretum factum fuerit his verbis. *Constantinopolitanus Episcopus habeat prioris honoris partes post Romanum Episcopum, eo quod sit ipsa nova Roma.* Quæ ratio concessæ novæ prærogativæ Concilii Nicæni tempore nondum extiterit. Si enim extitisset, procul dubio Constantinopolitanum Episcopum eo tempore cæteris primariis Episcopis annumeratum fuisse. Promulgato hoc Synodali decreto (§. 6) Constant. Episcopum locum ibi assignatum illico occupasse. Per dictum tamen decretum (§. 7.) Constantinopolitanum solum honoris prærogativam obtinuisse, nullam vero insuper potestatem vel Patriarchicam vel Metropoliticam. Successisse deinde (§. 9.) Anno 451. Concilium Calchedonense, in quo (§. 13) non solum jus vetus confirmatum, sed & jus novum fuerit concessum, frustra utrique contradicente Leone Episcopo Romano, cujus historiam prolixius narrat idem §. *14. seq. usque ad* §. *23.* & adversus objectiones Petri de Marca respondet §. *24. ad* §. *27.* Istam autem novam prærogativam Episcopum Constantinopolitanum jam ante Concilium Calchedonense sequenti occasione usurpare cœpisse. Cum propter Imperialem civitatem (§. 29.) & novam Romani Episcopi Constantinopolitani dignitas quotidie incrementa majora caperet, atque vicini, in Asia, Pontica, & Thracia ***Deductio latior ex Zieglero de Episc. l. 1. c. 7. de origine & progressu prærogativarum Episcopi Constantinopolitani.***

 dioe-

diœcesibus Episcopi ejus benevolentiam vili adulatione captarent, ita ut vocaretur sæpe & rogaretur sub specie coercendi ambitus & seditionum compescendarum, item ut ordinationes faceret Episcoporum noviter electorum, cœpisse illum, quod rogatus hactenus, fecerat, in apertum jus & necessitatem vertere ordinandi non tantum Exarchos ipsos, sed & cæteros dictarum trium diœcesium Metropolitas. Similiter jus Synodi habendæ (§. 30.) incidenter ita natum esse. Episcopos, ex toto terrarum orbe sæpe magno numero Constantinopolin confluisse, aulam tum Ecclesiarum suarum, tum privatarum rerum causa fatigaturos. Neminem tum inter eos fuisse, qui non Episcopum quoque ejus urbis inviseret & consilium ejus aut opem etiam pro re nata expeteret. Accidisse vero, ut si negotia proposita gravioris momenti essent, & accuratiorem disquisitionem exposcerent, ille reliquos etiam in urbe tum commorantes Episcopos in consilium adhiberet, & sic synodum faceret, cui ipse præsideret. Postquam autem Archi-Episcopus Constantinopolitanus tres integras diœceses regendas acceperit, non opus fuisse amplius repentinis istis & tumultuariis conventibus, sed potuisse illum deinceps vi juris Patriarchici sibi nunc competentis, ex istis tribus diœcesibus sibi subjectos Metropolitanos convocare & cum iis synodum constituere. Hactenus Zieglerus. Qui quidem miratur §. 15. cur in Concilio Calchedonensi solus Episcopus Romanus impugnare decretum Concilii de sede Constantinopolitani post Romanum præsumserit, cum tamen per id ejus honori nihil omnino decesserit, & Alexandrinus & Antiochenus Episcopi refragati non fuerint, sed istam proedriam haud inviti admiserint. Sed facile subodorari poterat Pontifex Romanus, si ratio concilii Constantinopolitani, Episcopo ejus civitatis prioris honoris partes post Romanum Episcopum indulgentis ideo, quod sit nova Roma, quid valere debeat, timendum esse, ne Episcopus Constantinopolitanus sub ejus rationis prætextu primum locum etiam præ Pontifice Romano prætenderet. Videri enim illam rationem *quia est nova Roma* æquipollere illi, *quia est nova sedes Imperatorum Romanorum*. Et adeo non tam mirandum est, quod Papa in Concilio Calchedonensi hoc intuitu contradixerit, quam quod tam diu tacuerit. Illustrantur hactenus a nobis dicta

Cur Episcopus Romanus in concilio Calchedonensi se illi opposuerit.

per

drinus, (49) Hierosolymitanus, (50) Antiochenus. (51) Appel-

per instructionem Leonis, quam legatis suis dederat. Cum enim hi in concilio Calchedonensi se opponerent confirmationi concilii Constantinopolitani & Aetius peteret ab iis, ut mandatum hac parte producerent, recitatum est illud hoc tenore: (ap. Ziegl. ibid. §. 20.) *Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla pati animi temeritate violari, servantes omnimodis personæ nostræ in vobis, quos vice nostra transmisimus, dignitatem. Ac si qui forte civitatum suarum splendore connisi aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est; constantia retundatis.* Et sane eventus docuit, metum Pontificis, non destitutum fuisse fundamento, cum seculo 6. Patriarcha Constantinopolitanus etiam ex fundamento modo dicto Pontifici Romano controversiam ratione præcedentiæ moveret. Atque hæc videtur etiam primaria ratio, cur scriptores Pontificii originem & institutionem Patriarchatuum non quærant in splendore ac potentia urbis, in qua erat Patriarcha, sed in instituto Apostolico &c. *T.*

(49) De Patriarchatus Alexandrini origine & prærogativis vide Zieglerum *de Episcopis cap. 8. T.* *De Patriarchatu Alexandr.*

(50) I. At in concilio Lateranensi IV. Hierosolymitanus post Antiochenum ultimo loco ponitur. *Z.* *Locus Hierosolymitani ultimus.*

II. Nec sine ratione, nam ut idem *de Episcopis lib. 1. cap. 10.* docet, jam in Concilio Niceno Hierosolymitanus ultimo loco memoratur, & quidem justis ex causis. Nam cum Metropolitanus non esset, sed sub Patriarcha Cæsariensi, concilium Nicenum tamen ei sedem post reliquos Patriarchas, & ita supra Patriarcham Cæsariensem concessit, non quod tum Hierosolyma inter alias Palæstinæ, Arabiæ Phœniciæque urbes excelleret, ut Balsamon & Zonaras putarunt, sed quod in illa, urbe Servator noster passus & crucifixus, & humani generis redemtio peracta esset, quodque cœteræ omnes Ecclesiæ ex illa quæ Hierosolymis fuerat, initio essent propagatæ. Sed tamen & hæc singularitas in hierarchia Ecclesiastica dedit occasionem ad multas lites, inter Episcopos Hierosolymitanos & eorum *Qua ratione nitatur.*

Metro-

c) can. antiq. patriarchalium extr. de privil.

Appellantur autem Patriarchæ, quia summo honore funguntur, quasi patrum principes: (52) unde ob dignitatis excellentiam, & crucem *c*) iis deferre, (53) & ab

---

metropolitas Cæsareenses super juribus Patriarchicis, quas distinctius memorat Zieglerus *d. l. T.*

De Antiocheno.

(51) De origine & controversiis hujus Patriarchatus agit Zieglerus *lib. 1. cap. 9. de Episcopis T.*

Titulus principis sacerdotum.

(52) Carthaginiensis Synodus damnavit titulum hunc *principis Sacerdotum*, propter ancipitis dictionis significatum, quæ τὸν ἄρχοντα designat, & τὸν πρῶτον. Christoph. Justell. *ad Codicem canon. Eccles. African. p. 51. Z.*

Cur Patriarchis non ubique signum crucis preferatur. Cur Papa utatur signo crucis recto scipioni imposito.

(53) I. Non tamen in urbe Roma, & ubi summus Pontifex præsens existit, aut ejus legatus utens insigniis Apostolicæ dignitatis. *c. antiqua X. de privileg.* quia Papa solus habet omnem potestatem & dignitatem, quam habuerunt omnes Patriarchæ, & tum, majus lumen obfuscat minus. Scilicet. Cæterum crucis signum recto scipioni super impositum dextera tenet Papa, non utitur pastorali & baculo curvato, qui sic? Rationem reddit post Glossam Lancelottus Conradus *in templ. omn. Judic. l. 2. c. 1. §. 1. vers. crucis.* quia Pontifex Romanus potestatem a solo Deo recipit, alii autem, sicut Episcopi, ab homine, sicque ille liberam potestatem in spiritualibus, alii coarctatam recipiunt, quæ per baculi incurvationem denotatur. Euge! quam omnia belle conveniunt. Z.

Varii abusus signi crucis in primis seculis.

II. Crucis signum, quod Christianis Servatoris in cruce patientiam, humilitatem, mansuetudinem & subjectionem in memoriam revocare debebat, a primis statim Christianismi temporibus multo abusui fuit obnoxium. Ut enim commenta Patrum de cruce Domini taceam, quæ Basnagius recenset *Tomo I. Annal. Eccles. fol. 387. seq.* & Patrum descriptiones crucis sub variis imaginibus, non sine lascivia quadam ingeniorum & stili, ut loquitur Lipsius *de cruce lib. 1. cap. 9.* ubi & variis adductis ex Patribus locis assertionem hanc demonstrat; (conf. autorem *Observ. Hallens. 9. Tomo II. §. 25. seq. & cautel. circa præcogn. jurispr. Eccles. cap. 11. §. 11.*) saltem hic

hic sufficiat excerpere ea, quæ annotavit Zieglerus *de Episcop. lib. 2. cap. 11.* Cum Ethnici (§. 1.) Christianis ignominiæ causa objicerent, quod crucifixum adorarent, Christiani in omnibus suis sermonibus crucis signum tanto magis ornare atque extollere consueverunt, ut inimicis crucis Christi Iudæis pariter & Gentilibus ægre facerent, majoremque in animis illorum dolorem excitarent. Nec puduit adeo illos crucis signum & rebus suis gestis & facultatibus omnibus tanquam legitimum quondam insigne inscribere. Hinc adeo soliti fuerunt post destructa idolorum templa & delubra in locum eorum Christi crucem tanquam trophæum statuere, illudque in vestibulis, parietibus, in fenestris, postibus, columnis, insignibus vexillis, signis, scutis, nummis exscribere. Hæc vero uti partim laudanda, partim excusanda sunt, ita imminente seculo quinto (§. 2.) cruces in processionibus gestari solitas à Chrysostomo primum excogitatas fuisse notat Socrates, earumque postea meminit Justinianus *Nov. 123. c. 32.* Quod vero primum ad pietatem excitandam (§. 3.) institutum fuerat, versum mox fuit in pompam, invalescente scilicet consuetudine, ut eximiæ dignitatis viri ad urbem accedentes crucibus antelatis exciperentur, sic enim exarchos & patritios exceptos fuisse Romæ notat Anastasius. Ex horum æmulatione postea proceres Ecclesiæ cum viderent magistratibus civilibus sua esse insignia, quæ præferrentur, puta imagines principum, fasces, gladios, ignem &c. crucis signum sibi præferri curarunt, ut ipsi quoque haberent illustre aliquod & conspicuum signum, per quod à reliquis Episcopis suæ diœceseos dignosci possent, & per quod, si non superiores, saltem pares haberentur magistratibus civilibus, quemadmodum & ipsæ processiones tandem cœperunt numerari & recenseri inter argumenta jurisdictionis *c. 15. de præscript. c. 13. de sent. & re judic.* Postea non Patriarchis solum & Primatibus (§. 4.) sed & ArchiEpiscopis crux prælata, illis ubique locorum excepta Roma, his in sua tantum provincia; illis crux cum gemino ligno transverso, in signum eminentiæ & superioritatis seu potestatis, his vero crux saltem cum unico ligno transverso. Quandoquidem autem hac ratione crux inciperet signum esse jurisdictionis temporalis (§. 5.) mirum non est, mutato ita rerum usu controversias natas esse propter hanc crucis prælatio-

Origo frequenter usurpati signi crucis in primis seculis.

In specie intuitu processionum.

Qua occasione crux Prælatis præferri cœpta.

Differentia inter cruces Patriarcharum & ArchiEpiscoporum.

Lites inde ortæ.

ab Episcopis, & Archiepiscopis appellationes recipere jure permittitur. (54)

Archiepiscopi sunt præsules Episcoporum unius provinciæ.

d) can 1. dist. 21.

§. 2. Archiepiscopi *d*) sunt unius provinciæ Episcoporum Principes, & Præsules. Provinciæ siquidem *e*)

Notabile exemplum in Anglia.

lationem tantum non internecivas & immortales, qualis fuit illa, quæ in Anglia inter Cantuariensem & Eboracensem ArchiEpiscopos à seculo undecimo incepit, ac cum maximo scandalo continuata fuit fere per trecentos annos, quam latius recenset idem §. *6. ad 11.*

Ex signo humilitatis signum ambitionis factum.

Non alia magis Gentilibus (§. *12.*) scandalo esse potuisset, quam hæc de crucis prælatione altercatio. Gloriantur ArchiEpiscopi in cruce Christi, non tamen ut Apostolus, qui eam laudis viam rectissimam esse putavit, quæ Christi impressa vestigiis appareat, à qua via & gloria longe absunt Episcopi illi, qui non Christi, sed suam gloriam quærunt, qui non gloriantur in cruce, nisi materiali ad pompam facta & inanem quandam excellentiam significante. *T.*

Quatuor jura præcipua Patriarcharum.

(54) Quatuor præcipua jura Patriarcharum recenset Zieglerus *de Episcopis lib. 1. cap. 5.* §. *23.* (1) ut non unam tantum provinciam, sed integram diœcesin ex pluribus provinciis constantem subjectam habeant, (2) ut Metropolitanos suæ diœceseos ordinent, (3) ut potestatem habeant celebrandi synodum sive concilium diœceseos, & ad eam convocandi Metropolitanos suos, (4) ut in omnibus causis Ecclesiasticis Patriarchæ summum & ultimum habeant judicium. *Novella 123. c. 22.* adeoque ulterior appellatio à Patriarcha non concedatur, cum nec superior in diœcesi esset quisquam, neque diœcesis una alteri, & sic nec Patriarcha alteri subjectus esset. Idem Zieglerus *lib. 3. cap. 31.* §. *12.* Qui etiam *ibidem* §. *13. sq.* ostendit, quibus cuniculis jam ineunte seculo quinto Episcopus Romanus à Patriarchis reliquis adpellationes ad sedem Romanam introducere machinatus fuerit, conf. mox dicenda *nota 58. T.*

ad

e) longo ante adventum Christi tempore, (55) maxima ex parte divisæ erant: quæ divisio postmodum ab Apostolis & eorum successoribus renovata est. (56) Itaque ubi dudum Primates erant seculi, nostros Patriarchas vel Primates lege Ecclesiastica poni jusserunt. (57) In civitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Iudices habebant, illi hodie præsunt, qui Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine designantur. Ad hos igitur inter suos suffraganeos cognoscere, pertinet: à qui- *e) can 1. dist. 99.*

ad §. 2.

(55) Sed profecto divisio provinciarum eo tempore, quo ArchiEpiscopi & Patriarchæ Hierarchiam ordinarunt, longe alia fuit ab ea, quæ fuit ante Christum. Ita enim diœcesis olim ditionem vel provinciam notavit, quæ sc. ab aliquo administratur, & in qua Præses sive Prætor jus dicit; at nova administrandi Imperii à Constantino M. excogitata forma, mutavit nonnihil diœceseos appellatio, ut nimirum denotaret non unam modo provinciam, sed plures simul sumtas. *Z.* *Divisio provinciarum Politica & Ecclesiastica.*

(56) Retenta est, dicere debuit. Apostolorum enim non fuit, imperium in provincias dividere. Adde Blondellum *in Pseudo Isidoro p. 134. Z.* conf. supra *notam 45. n. 2.* *Apostoli nihil hic renovarunt.*

(57) Quid ergo dolent Pontifices, Patriarcham Constantinopolitanum proximum à se locum occupasse, postquam eo translata fuisset sedes imperii? Sed enim negant Pontificii, principem provincias dividere, aut civitatem Episcopatu ornare posse, quod prolixe exponit Petrus de Marca *de concord. sacerdot. & imper. l. 2. c. 8. & 9.* Verior est sententia contraria, Principem scil. pro lubitu provincias dividere, metropoles constituere, & Episcopatus instituere posse. Vid. Marc. Anton de Dominis *de Rep. Eccles. l. 6. c. 5. n. 136. seq.* Et quanquam accesserit haud raro confirmatio Pontificis, ea tamen propterea necessaria non est, ut si non accesserit, irritus sit actus principis, uti haud obscure tradit Petrus Gregor. *de benef. c. 13. num. 5. Z.* *Principum est dividere provincias.*

quibus tamen si durius illi habiti & accepti fuerint, ad Primates, aut sedem Apostolicam appellare poterunt. (58)

Episcopi sunt, qui præsunt majoribus populis, & latinè speculatores appellari possunt, & magna est ipsorum in Ecclesia authoritas.

f) can. 1. §. Episcopus dist. 21.

§. 3. Simpliciter autem Episcopi sunt, *f*) qui majoribus populis & frequentioribus civitatibus præsunt. Ii speculatores latinè dici possunt: Episcopus enim, quasi speculator (59) in Ecclesia præpositus est: Mores enim & vitam populorum infra se positorum speculatur & perspicit. Horum autem non modica in Ecclesia est authoritas: nam præter ligandi solvendique potestatem & visitandi diligentiam, soli sacrum chrisma

---

Invasio Pontificis in appellationes à reliquis Patriarchis.

(58) Vana & nimia est præsumtio Pontificum Romanorum, appellationes ad sedem suam fieri debere ab universis in toto orbe terrarum Ecclesiis. Tentatum id jam diu seculo V. ab Zosimo, Bonifacio, & Celestino Pontificibus, allegato in hanc rem canone sexto Concilii Nicæni; sed cum persuaderi id minime posset Africanis, & illi in Exemplaribus suis canonem eum minime haberi regererent, fraude tandem detecta, qua Synodus Sardicensis ab Afris nunquam recepta Nicenæ nomine vendita fuerat, ita tandem in universali Africæ concilio decretum fuit, ut, qui ad transmarina putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Allegatur ille canon ab Gratiano *c. placuit 2. q. 6.* sed cum perversa interpolatione ista: *nisi forte Romanam sedem appellaverint*; quam tamen maxime exclusam voluerunt Patres Africani. Vid. Chamier *T. 3. Panstr. lib. 14. c. 3. & 4.* Z.

ad §. 3.

Episcopus i. e. inspector.

(59) Episcopi nomen ex Græcorum & Latinorum usu inspectionem seu procurationem dicit. Z.

(60)

ſma (60) conficiunt, *g*) ſoli Dei altaria & Eccleſias con-ſe- *g*) *canon. 1. verſic. ad*

(60) Utrum ea, quæ hic recenſentur, ſolis Epiſcopis competant, dicemus infra de unoquoque ſuo loco. Hoc interim nunc affirmamus, Servatorem ipſum inter Epiſcopos & Presbyteros non diſcreviſſe, nec ullum actum Eccleſiaſticum Epiſcopis aſſignaſſe, quem exerceri Presbyteri non debeant; ſed ipſi Epiſcopi dignitatis ſuæ augendæ ſtudioſi aliqua ſibi ſucceſſu temporis peculiariter vindicarunt. Z. *Nulla differentia olim inter Epiſcopos & Presbyteros.*

II. Scilicet de poteſtate conficiendi chriſma, dicemus infra ad tit. de Sacramento chriſmatis. §. 2. de conſecratione Eccleſiarum & pollutarum repurgatione, aut purgationis indictione ad tit. de conſtruendis ac conſecrandis Eccleſiis §. 13. & 15. de clericorum ordinatione ad titulum de conſecratione §. 2. de eorum ſuſpenſione ad titulum de ſuſpenſione, de depoſitione ad tit. de depoſitione §. 3. de excommunicatione ad tit. de ſententia excommunicationis §. 16. de diſpenſatione ad tit. de ſuſpenſione §. 5. & de ſolennis pœnitentiæ impoſitione ad titulum de pœnitentiis §. 2. *Remiſſio ad notas futuras.* Cæterum id valde notandum eſt in Lancelotto, quod jura Epiſcopalia hic ſaltem ſuperficiarie recenſeat nec omnia, nec pleraque, ſed ſaltem pauca quædam & ſaltem quaſi exempli loco, nec uſpiam in inſtitutionibus hoc caput, quod tamen in tractatu de jure perſonarum Eccleſiaſticarum unum è præcipuis eſſe debebat, perſpicue tractet, niſi quod in *libro 2. tit. 20. §. 17.* & quidem in alieno plane loco diviſionem jurium Epiſcopalium in ea quæ ſunt ordinis, jurisdictionis & legis diœceſanæ, proponat. *Lancelottus jura Epiſcopalia ſuperficiarie recenſuit.* Ergo cum in his ipſis juribus Epiſcopalibus multa arcana politica Papiſmi lateant, alibi à Zieglero *lib. 3. de Epiſc. cap. 1. & 2.* demonſtrata, utile erit, ut & illa in ſumma hic proponantur. Jura Epiſcopalia, qualia hodie referri ſolent à Canoniſtis, Eccleſiæ primitivæ plane incognita fuerunt. Illo enim tempore officium Epiſcoporum in doctrina verbi, adminiſtratione Sacramentorum, cura viduarum, pupillorum, pauperum & exemplari charitatis Chriſtianæ exercitio conſiſtebat, tanquam quæ eſſent poteſtatis cœleſtis, non imperii mundani, ſecundum doctrinam Chriſti *Joh. XIIX, 36.* Et his terminis poteſta- *Jura Epiſcoporum in primitiva Eccleſia.*

Episcop. dist. 25. secrant, & pollutas repurgant, clericos ordinant, suspen-

testatem Episcopalem restrictam esse debere agnovit variis in locis Chrysostomus, imo ipse Gratianus *c. quoniam dist. 10.* cujus genuinam explicationem adversus depravationem Thomæ Bozii *de jure natur & divin. Eccles. libert. & potest. l. 1. c. 12.* defendit Gulielmus Barclajus *de pot. Papæ cap. 2.* Imo ipse Bernhardus adversus Episcopos potestatem coactivam sibi tribuentes dictum Christi: *Vos non sic*, urlit His tamen omnibus non obstantibus Episcopi sequiorum temporum regno mundano potius, quam regno Christi studuerant, nec simplicitas amplius & virtutes Evangelicæ eis in usu fuerunt, sed superbia, ambitio, imperandi cupiditas, varia luxus instrumenta & reliqua vitia. Unde hodie maxime cavent, ne secularibus potestatibus speciem subjectionis præstent, sed ut ipsi potius in territorio supremi existant, & propriam sibi exerceant majestatem, ac ne quid desit, suos milites etiam & armamentaria habeant: Cum tamen regimen Ecclesiæ debeat esse spirituale, & directionem in docendo, arguendo, exhortando ac modis similibus consistens, uti etiam illud ποιμαίνειν *Joh. XXI, 16.* Bernhardus & alii testes veritatis exposuerunt, ut latius docuit Casaubonus *exerc. 16. c. 133.* Et jam suo tempore Nicolaus de Clemangis graviter conquestus est per illam novam metamorphosin jurium Episcopalium Ecclesiam insigniter corruptam esse, Johannes vero Molinæus valde doluit, quod hujus corruptionis emendatio nulla sperari possit. Videlicet, quia etsi quis Episcopus mores suos ad purioris Ecclesiæ normam componere sit paratissimus, vix tamen id propositum effectui dare possit, partim ob antecessorum suorum exempla, partim ob solutioris vitæ varia irritamenta, partim ob conversationem cum vicinis Episcopis. Atque hæc corruptio jam Gregorii Nazianzeni Ecclesiam invasit, uti non solum ipsius, sed &, qui ei σύγχρονος fuit, Ammiani Marcellini, quamvis Gentilis querelæ testantur. Quamvis autem Petrus Abbas Cellensis hanc morum in Episcopis mutationem deducere velit ex mutatione status Ecclesiæ verius tamen est, potius rem esse invertendam & dicendum, statum Ecclesiæ ex moribus Episcoporum mutatum & tantum non totum corruptum esse. Imo ipsum Concilium Hispalense

Mira & misera metamorphosis morum & jurium Episcopalium in subsequentibus temporibus.

Ac tanta ut ejus emendatio vix sit speranda.

Mutatio morum non ex statu, sed status ex moribus.

ſpendunt & deponunt: ad hos pertinet excommunicatio, can, quamvis. diſt

ſe II. c. 7. fatetur, prærogativas Epiſcoporum præ reliquo Clero non juri divino, ſed novellis & Eccleſiaſticis regulis deberi: Hactenus Zieglerus *in d. cap. 1.* Sed merentur verba Petri Abbatis Cellenſis, ut integra *ex d. cap. 1.* Ziegleri §. *10.* apponantur. *Penſanda etiam,* inquit, *ſunt tempora & diverſus ſtatus temporum, ſecundum quos mutantur merita cauſarum. Nam in primitiva Eccleſia ſola patientia locum habuit, ut auferenti tunicam dimitteret & pallium. Alius enim erat, & alibi, id eſt extra Eccleſiam, qui perſequebatur, alius & alibi, id eſt intra Eccleſiam, qui patiebatur. Modo vero jam adulta Eccleſia non licet filiis Eccleſiæ, quod aliquando licuit inimicis. Decet enim matrem corrigere filium, ſicut decuit pupillum tolerare adverſarium.* Ex his verbis Petri Cellenſis liceat paucis obſervare arcanum politicum latens in diſtinctione inter Eccleſiam *plantandam* & *plantatam*, quæ niſi inſigniter fallor, coincidit cum diſtinctione Petri inter Eccleſiam *primitivam* & *adultam*. Utinam vero abuſus ille diſtinctionis inter Eccleſiam plantatam & plantandam (in ſe quidem & ſi ab abuſu abſtrahas veræ) exularet ab omnibus, qui ea inter noſtros adhuc hodie utuntur. Pergo *ad cap. 2* Ziegleri. Expendit ibi diſtinctionem jurium Epiſcopalium in ea quæ ſunt ordinis, jurisdictionis & legis diœceſanæ, & docet: incertum plane eſſe, quis eam diſtinctionem primus fabricaverit, cum Honorius II. quidem *c. dilectus 18. de officio jud ord.* eorum quæ ſint jurisdictionis mentionem fecerit, ſed reliquorum duorum membrorum non meminerit. Gloſſam vero ad *dict. c. dilectus* voluiſſe differentiam aliquam inter ea, quæ ſint jurisdictionis & legis diœceſanæ oſtendere, quaſi nempe lex jurisdictionis conſiſtat in conferendo, ut ordines & ſimilia; lex diœceſana vero in recipiendo, v. g. tertiam oblationem, ſed hanc differentiam non placuiſſe Innocentio IV. Pontifici, cum eam diſertis verbis dixerit *non in certa aliqua ratione fundari, ſed ita aſſumtam eſſe a jure,* unde ipſe per exempla diſtinctionem illam explicare maluerit, quia videlicet, ut dicit, *de his propriam & generalem doctrinam*

Locus notabilis Petri Abbatis. Cellenſis.

Arcanum politicum diſtinctionis inter Eccleſiam plantandam & plantatam.

Confuſiſſima doctrina Canoniſtarum de diſtinctione legis diœceſanæ & legis jurisdictionis.

Quod inferiori conceditur, multo magis conceditur & superiori.

§. 4. Quod autem diximus prædicta solos Episcopos efficere posse, non eum habet intellectum, quasi Archiepiscopi & Primates non eandem habeant potesta-

omnia cum ita se habeant, ferendum quidem est, sed non commendandum, quod Theologi & JCti Lutherani illam distinctionem magistralem trium illorum generum Jurium Episcopalium retinuerint, imprimis cum quartum genus addiderint eorum jurium, quæ pertineant ad statum & dignitatem Episcopalem, quem in finem plerique exscribunt Laurentium Ohmium. *vid.* Carpz. *Jurisprud. Conf. lib.* 1. *def.* 4. Haveman *de jure Episcop. cap.* 2. conf Ziegl. *d. c.* 2. §. 8. Melius enim esset, eam plane omitti. Verosimile enim est, Clerum Pontificium talem distinctionem obscuram studio formasse, ut eo minus Laici sentire debeant arcana politica Papatus sub illis juribus latentia. Qualia arcana in tota jurisdictione Episcopali & extensione jurium Episcopalium latere alibi demonstrat Zieglerus de Juribus Majestatis *lib. 1. cap.* 19. §. 6. *seq.* & *cap.* 23. §. 10. Cæterum idem Zieglerus *de Episcop. lib.* 3. *a cap.* 3. *ad finem libri* sequentia jura Episcopalia singula peculiaribus capitibus exponit. (1) Jus docendi verbum divinum, (2) Potestatem administrandi sacramenta, (3) Potestatem confirmandi baptizatos, (4) Jus circa ædificandas Ecclesias, (5) Jus easdem consecrandi, (6) jus ordinandi Ministros Ecclesiæ, (7) consecrandi virgines, (8) Potestatem Clavium, (9) excommunicandi, (10) imponendi pœnitentiam, (11) absolvendi pœnitentes, (12) concedendi indulgentias, (13) examinandi ordinandos, (14) investiendi Sacerdotes, (15) faciendi Clericos per tonsuram, (16) convocandi synodos, (17) condendi statuta, (18) conciliandi & dirimendi matrimonia, (19) dispensandi, (20) jus circa hospitalia, (21) scholas & informationem juventutis, (22) monasteria, (23) jus in Clericos, (24) jus visitationis & procurationis, (25) jus redituum Episcopalium, (26) jus quod competit in bona Ec-

Quartum genus jurium Episcopalium

Arcana politica in ista distinctione & extensione jurium Episcopalium.

Distinctior recensio jurium Episcopalium ex Ziegler o.

testatem: Sed, quod Presbyteris & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum enim esset cogitare, Episcopis illa quidem permitti, Archiepiscopis & Primatibus qui Episcopis præsunt, eadem denegari (61).

Papa est ordinarius omnium ordinariorum, & Ecclesiæ Romanæ omnes Ecclesiæ subsunt.

(h) Dist. 21. per totum & maxi-

§. 5. Sicut autem Petrus Apostolus (h) primus fuit Apostolorum, (62) ita & Ecclesia suo nomine consecra-

Ecclesiastica, (27) jus circa executionem testamentorum, (28) jurisdictionem & judicium Episcopale, (29) jus circa appellationes Ecclesiasticas, (30) jus circa censuras & pœnas Ecclesiasticas, (31) jus Epistolarum formatarum, (32) jus benedicendi. *T.*

Nova objectio contra tria genera jurium Episcopalium.

III. Hæc distinctio (inter legem jurisdictionis & diœcesanam) licet fundetur *in cap. dilectus de officio ordinarii*, pugnat cum principiis Canonistarum, juxta quæ omnis potestas Episcopi, est vel *ordinis*, vel *jurisdictionis*, neque possit lex diœcesana a lege jurisdictionis distingui, cum hæc intra diœcesim exerceatur. Nec videtur hæc distinctio nata, nisi postquam cœperunt Monasteria plurima subduci Ordinarii jurisdictioni, idque contra & priscos canones plurimos & omnem æquitatem, quod Filesacus Sorbonista fuse docet *lib. de suc. Episc. cap. 7. M.* p. 62.

ad §. 4.

An Archiepiscopis hæc jura competant ante acceptionem pallii.

(61) Notant tamen Canonistæ, Archiepiscopos eam potestatem non habere, nisi pallium acceperint, de quo quid sentiendum sit, dicam ad cap. XI. Non audent tamen irritum dicere, quod circa potestatem ordinis & Chrismatis fecit Archiepiscopus non palliatus, dum ille saltem consecratus fuerit. vid. Aug. Barbosa *de jure Eccles. l. 1. c. 7. n. 15. seq.* Z.

ad §. 5.

Petrus an

(62) I. *Matth. X, 2.* non potestate, sed ordine & vocatione.

Joh.

ſecrata, Domino inſtituente, prima eſt & caput cæterarum *me can. 2. & 11. d ſt.*

Joh. Rainold, *in colloq. cum Hart. p. 118.* Richard. Montacut. *de orig. Eccleſ. part. 2. p. 124. & 175.* quo facit, quod dicitur *c. Paulus 2. qu. 7. Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret.* Quæ verba quanquam illico per Gratianum interpretatione corrumpantur, iſtum tamen, quem præ ſe ferunt, ſenſum continere, & de ipſa dignitate Eccleſiaſtica accipienda eſſe, manifeſtum fiet, ſi ipſa plena ex Ambroſio (huic enim, non Hieronymo, adſcribenda ſunt) audiantur. Z. Adde eundem *de Epiſc. l. 1. c. 6.* §. 47. 48. *primus Apoſtolus poteſtate?*

II. Utuntur etiam Pontificii ad eminentiam Papæ demonſtrandam dicto *Matth 16. v. 18. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Ad quod prolixe reſpondet Zieglerus *d. c. 6. a §. 26. ad §. 32.* Item dicto *Joh. ult. verſ. 15. ſeq.* ad quod reſpondet *idem ibidem §. 33. ad §. 40.* Et poſtea *§. 41.* optime notat, arcanum Politicum Pontificiorum; quod videantur poſt fabricatam domum demum, de fundamentis his ex ſcriptura conquirendis fuiſſe ſollicitos, neutiquam vero domum ſeu monarchiam ſuam ex ſcriptura fabricaſſe. Ita enim moris eſſe in Eccleſia latina, ut omnium actionum ſuarum, quantumvis Apoſtolicis inſtitutis repugnantium, ex Apoſtolicis literis autoritatem accerſant, religionis & juris divini titulo ambitionem ſuam velantes. *ET PER HOC* (ita pergit Zieglerus) *SOPHISMA SUMMIS REGIBUS ATQUE PRINCIPIBUS QUOTIDIE ADHUC IMPONITUR. Eadem ſcilicet & olim & nunc quoque luditur fabula. Deus, cultus divinus, Chriſti inſtitutum, Apoſtolorum placita ubique prætexuntur, ut religione facti populi in poteſtatem præſumptam facilius conſentiant. Et his ſcilicet artibus ſua primum cœpit incrementa tyrannis Pontificia.* Secutum inde (§. *42. 43.*) ut Pontifices omnia ſibi cum Petro voluerint eſſe communia, & paſſim jus Petri, honorem, reverentiam Petri, ſubjectionem Petro debitam, miſſam a B. Petro legationem, data & donata Petro, patrimonium, regalia, annulum, ſedem, denarios Petri ulſerint ac poſtulaverint. Imo *Arcanum Politicum Paparum quæſitum in falſa explicatione ſcripturarum. Et quod omnia Petri ſibi tribuant.*

22. per totum. rarum: (63) & qui illi præeſt, cæteros Epiſcopos antecellit, (64) unde ad eam, tanquam ad matrem (i) atque apicem, omnes majores Eccleſiæ & Epiſcopi recur-

(i) ca. antiq. ext. de

Stephanum Papam literas Petri Apoſtoli nomine ſcriptas Pipino Franciæ Regi miſiſſe: nec dubitare nonnullos, poſſe quoque Papas appellari Petros, quanquam inter eos nemo hactenus id nomen ut ſingulare ac proprium acceperit. Hoc vero impetrato, & cum inſuper Regibus perſuaſiſſent, Petrum eſſe clavigerum & janitorem cœlorum, in ejusque poteſtate eſſe, excludere cœlo, quibus ipſe parum propitius fuerit, adeoque in Republica ideo omnia feliciter ſuccedere, quod Principes obſequerentur Petro, id eſt, Pontificibus, factum ſimul eſſe, ut quamvis Reges & Principes manibus quaſi palparent tyrannidem ab eis occupatam, non deſiſterent tamen ab obedientia illis ſemel præſtita, ne videlicet in Petro offenſionem incurrerent. Id quod eleganti exemplo ex Bedæ *hiſt. lib. 3. cap. 25.* declarat. Addit porro §. 44. *ad* §. 49. non poſſe probare Canoniſtas, Petrum Romæ fuiſſe, ibique ſedem Epiſcopalem conſtituiſſe, aut in qua re & in quo officio ſucceſſio Papalis conſiſtat, & quod ſimul dona ſpiritualia & perſonalia Petri acceperint, neque illis excidere potuerint. Notat etiam §. *55. ad* §. *60.* quod a ſeculo 5. titulum vicariorum Petri uſurpare, poſt tempora vero Gregorii VII. vicarii Chriſti & ipſius Dei nominari cœperint, invita plane jurisprudentia, videlicet utrobique ſpeciali mandato deſtituti. Unde non immerito Eraſmus in encomio Moriæ vicariatum illum fictitium ſarcaſtice irriſerit &c. *T.*

ac Petrum clavigerum & janitorem cœlorum eſſe docuerint.

Objectiones contra doctrinam Canoniſtarum.

Papa an vicarii Petri vel Chriſti?

(63) Scilicet ordine non poteſtate. Juſtinianus demum *l. 7. C. de ſumma trinitate* Papam vocavit caput ſacerdotum, & Phocas Imperator poſtea ſolenniter hunc titulum ſedi Romanæ confirmavit, vid. Ziegl. *hic in notis p. 36.* & *de epiſc. d. c. 6. §. 50. 51. 64. T.*

Eccleſia Romana an prima & caput cæterarum?

(64) Equidem Zieglerus *d. c. 6* §. *14. ad* §. *25.* erudite refutat argumenta Canoniſtarum pro Monarchia Papali ex ratione & philoſophia petita, dum vero concludit *&* §. *24.* confidenter aſſerit, regimen

Regimen Eccleſiæ an Monarchicum an Ariſtocraticum?

currunt, (65) a qua quasi a quodam capite, dona velut in corpus omne diffunduntur. (66) Ipsa autem tan- *privil.*

gimen Ecclesiasticum rectius committi pluribus & ab ipso Christo etiam institutum fuisse quodammodo Aristocraticum, quatenus de spirituali regimine loquitur, tolerari potest. Nam de regimine Politico, ut multi nostratium etiam id explicant, fabulam jam latius refutavit Pufendorfius *de habitu relig. ad rempubl. T.*

(65) Ecclesia Romana non potest dici mater omnium Ecclesiarum, sive maternitas accipiatur ratione doctrinæ ex ea alibi propagatæ, sive ratione potestatis. Priore modo soli Hierosolymitanæ Ecclesiæ hoc debetur encomium, quæ totius orbis Ecclesias seminavit, ut loquitur Hieronymus in *cap. 2. Esaiæ.* &c. Z. conf. eundem *d. c. 6. de Episc. §. 8. 9. 10.* item §. *50. 52.* *Ecclesia Romana an mater reliquarum?*

(66) Quod de Romana Ecclesia hic fabulatur Autor, id, ut alia pleraque, de solo Pontifice enunciant alii. Volunt enim Pontificem Romanum ut Principium activum, lumen & succum fidei reliquis membris communicare, & sine ea communione lumen fidei in omnibus fidelibus extingui, rivos exsiccari & ramos exarescere, &c. At hæc salvatori Christo competunt, non homini, inerti sæpe, illiterato, & moribus corruptissimo. Et tam impudentes tamen hodie in Papatu sunt Doctores, ut statuant, quosdam titulos Ecclesiæ non convenire, nisi ratione Pontificis, vel non nisi adjuncto Pontifice: hujusmodi esse titulos omnes, quibus Ecclesia dicitur arbitra infallibilis, rerum fidei & Magistra fidelium, nihil horum convenire Ecclesiæ, sejuncto Pontifice &c. Dubitare autem licet merito, quomodo diffusa fuerint dona tum, cum ipsi Romanæ Ecclesiæ Præsules per annos bene multos omni nequitiarum genere nefandum in modum contaminati essent &c. Imo vero unde dona diffusa dicemus tum, cum per annos quinquaginta alius Romæ vel alicubi in Italia, alius Avinione in Gallia Pontifex resideret, tandem & tertius a Synodo Pisana adderetur, qui singuli pro veris se gererent, & singuli duos reliquos damnarent &c. Z. *Canonistarum impudens adulatio erga Pontificem notata.*

 (67) Pri-

(k) can. nunc autem §. prima sedes

tanquam omnium magiſtra, celſiore ſede reſidens a quoquam judicari (67) non poterit. (k) Quinimo velut tempore Noe omnes extra arcam poſiti, diluvii vaſtitate conſumpti ſunt; Sic extra Petri naviculam (68) con-

An Papa a quoquam judicari poſſit?

(67) Privilegium hoc multis commendat, & a Gallis ſuis ſtudioſe ſemper obſervatum tradit Petrus de Marca *l. 1. de concordia ſacerd. & imp. c. 11.* At certe parum id olim obſervavit Johannes Gerſon Theologus Pariſienſis magni nominis, qui decretum Concilii Conſtantienſis, quo cavetur, ut Pontifex concilio ſubſit, dignum eſſe dicit, quod templis omnibus atque locis publicis ad ſempiternam memoriam inſcribatur, referente Sleidan. *lib. 1. comment.* Eandem ſententiam defendit Petrus de Alliaco, &c; Et certe miſera hæc eſt Chriſtianorum ſub Papatu conditio, quod Papam ἀνυπεύθυνον eſſe credere oporteat. At olim Conciliis ſubjectus erat ille & eſſet adhuc cum Eccleſia ſua, niſi ſeorſim extra cœtum fidelium agere mallet, vid. Joh. Ferus *in act. apoſt. c. 11.* Et maxime impia eſt gloſſa *in c. ad apoſtolatus. Extravagant. ne ſede vacante &c.* qua regulæ inſtar cavetur, nemini licere Papæ dicere, Domine cur ita facis? imo vero eo temeritatis proceſſit Paulus IV. Papa, ut negaret teneri ſe eo, quod in conclavi ſub juramento promiſiſſet; id enim non aliud eſſe, quam autoritatem pontificiam, quæ eſt abſoluta, legibus adſtringere: Articulum eſſe fidei, Papam non poſſe obligari, imo ne ſe ipſum poſſe obligatione adſtringere, qui contra ſentiat, hæreſeos manifeſto teneri, vid. Petr. Suav. *in hiſt. Concil. Trid. lib. 5.* Et quis ergo tutus erit circa conventiones, pacta, fœdera cum Pontifice inita? *Z.*

Navicula Papæ piratica.

(68) Quia per Petrum intelligit Pontificem Romanum, præſtat hodie extra ejus naviculam in mediis fluctibus errare, & ad Chriſti navem adnatare, quam a Pirata intra navem ſuam miſere diſcerpi. Venditant quidem Pontificii conſenſum cum Pontifice Romano, pro nota catholiciſmi, ſed id nulla nititur autoritate divina, quin potius principium petit, & ſemper dubium eſſe poteſt, Utrum Rom. Epiſcopus ſit legitimus & Orthodoxus, Z.

(69) Ad-

constituti, æternæ damnationis fluctibus obruentur. (69) *dist. 21.*

DE

(69) Adjiciamus ad illustrationem hactenus dictorum reliqua ex Zieglero de Episcopis *l. 1, c. 6.* Notat ille (§. 61.) quodsi per secula ire liceret, plurima exempla adduci posse Paparum, qui omni genere & scelerum & flagitiorum inquinati fuerint. Sufficere ex Baronio didicisse, finiente seculo nono in cathedram Petri ascendisse homines monstrosos, vita turpissimos, moribus perditissimos, usquequaque fœdissimos. Similem querelam esse Genebrardi, Thomæ Stapletoni, Caroli Sigonii, & tamen nos credere juberi, hujusmodi homines a Deo rerum divinarum humanarumque arbitros constitutos imo sanctos esse, cum juxta dictatus Gregorii VII. Romanus Pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficiatur Sanctus &c. Pontifices jam a temporibus seculi quinti (§. 62) teste Ammiano Marcellino, Basilio Magno, Socrate, degenerasse sensim, postquam per indulgentiam imperatorum in feliciorem statum & variarum possessionum dominium reducta fuerit Ecclesia. Sub finem seculi sexti (§. 63) cœpisse Patriarchas Constantinopolitanos nova præsumtione ac superbia Romanos superare, Oecumenici Patriarchæ seu universalis Episcopi nomen usurpando, increpatos propterea a Pontificibus Romanis, qui tamen paulo post (§. 64.) eundem titulum ipsi sibi per Imperatorem Phocam adsciverint, atque adeo, judicio ipsius Gregorii Magni, Constantinopolitanos ad id attentatum præcursores Anti-Christi nominantis, Anti-Christi ipsius cognomine insigniendi fuerint. Dum itaque (§. 66.) Pontificibus Romanis, quam in animo concœperant, ex voto successerat, Monarchia in Ecclesia, non contentos illos summa hac autoritate, etiam in temporalia totius orbis imperia cœpisse sibi arbitrium vindicare. Potestate enim Ecclesiastica sub religionis & pietatis specie admissa, severioribus censuris in debiliores principes sibi parum obedientes animadvertere haud esse veritos. Quos cum subjectos sibi vellent principes vicini potentiores, his ipsis censuris ad eorum perniciem eos usos fuisse, & classicum canentibus Pontificibus facili negotio oppres-

Exempla Paparum scelera torum a temporibus seculi noni.

Cœperunt degenerare jam seculo quinto.

Seculo sexto controversia cum Græco Patriarcha de titulo Oecumenici.

Ex Monarchia Papa Ecclesiastici a mediante excommunicatione monarchia temporalis facta.

DE ELECTIONE.

TITULUS VI.

Duobus modis creantur Episcopi.

§. I.

PRomoventur autem tam Episcopi, quam Prælati cæte-

pressisse. Idque quam feliciter sibi cederet cum observassent Episcopi Romani, & persuasum jam haberent, se de statibus & potestatibus pro lubitu & arbitrio suo disponere posse, non dubitasse, sparsas in vulgus sententias de superioritate sua in ipsa summa Christianorum Principum imperia clanculum primum fovere, deinde cum aucta esset eorum potentia, etiam palam dictatoria quadam autoritate sustinere. Exemplo Gregorii VII. & Bonifacii VIII. His præcursoribus (§ 67. 68) excitatos fuisse Canonistas, ut Pontificum potestatem supra Reges & Imperatores omnibus modis sustinendam contenderent, & præcepta Apostolis data ad Ecclesiam saltem plantandam restringerent. Subtilius tamen (§. 69.) deinceps inter Theologos disquiri cœpisse, qua ratione potestas illa temporalis competat Pontifici Romano, utrum directe & absolute, an vero per indirectum & in ordine ad bonum spirituale, qua tamen distinctione nihil amplius effectum, quam ut quacunque oblata occasione Pontifices facile sub prætextu boni spiritualis potuerint involare in temporalia, quod eleganti exemplo Innocentii III. declarat; & simul hujus *cap 13. de judic.* quod alias est sedes doctrinæ de denunciatione Evangelica §. 70. *ad* §. 77. erudite explicat, & simul arcana politica Papatus in ea constitutione latentia detegit, ut valde doleam, hanc commentationem Ziegleri a me non fuisse inspectam, cum præcedente anno pariter arcana politica sub denunciatione Evangelica latentia, peculiari dissertatione exponerem. Contentionem similem inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum narrat §. 78. *&* 79. & ex seculo octavo Constantini Pontificis excommunicationem Philippi Imperatoris (§. 80.) ac paulo post Leonis Isauri per Gregorium II. (§ 81) & §. 82.) metum excommunicationis Pipino Regi Galliæ incussum.

Canonistarum doctrina de potestate temporali Papæ in Reges.

An directa an indirecta?

Arcanum potestatis indirectæ.

Tan-

cæteri; aut per electionem, aut per postulationem. (70)

Quid sit electio, & quod ad unum Ius eligendi habentes citari debent, alias non valet electio: & non citatus potest habere ratam electionem.

§. 2. Cæterum, ut prius de electione dicamus, Electio nihil aliud est, (a) quam hominis alicujus ad digni- *a) Gloss. in verb. ve-*

Tangit etiam alias fraudes Pontificum (§.83) confictarum scilicet Epistolarum Decretalium & donationis Constantini Magni. Porro inter arcana dominationis Pontificiæ refert (§. 84) persuasionem, ac si Papa sit concilio generali superior & à nemine judicari possit, item (§. 85) exemtionem Cleri ab omni jurisdictione seculari, & (§. 86) exemtionem Monasteriorum à jurisdictione Episcopali, imo, quod mirum, (§ 87) ipsum cœlibatum sacerdotum; Simul vero (§. 88. 89. 90.) originem triplicis coronæ Papalis narrat &c. *T.* *Alia fraudes Pontificum. & arcana dominationis*

TIT. VI.

ad §. 1.

(70) I. Legistarum hanc esse vanitatem dicit Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 5. c. 3. n. 3.* qua separant non separanda, electionem, nominationem, postulationem & præsentationem. Nec enim opponi tanquam incompatibilia consentaneum fuit ea, quæ simul componenda à se invicem sejungi minime debuerunt. Aliquando namque ante conditum electionis decretum, imo ante inita ulla cum Clero consilia, quem præoptabat Plebs à Clero & visitatore poscebat, ac mox si idoneum poposcerat, decretum commune ad Metropolitanum perferendum scribebatur. vid. David Blondell, *in apolog. de Episcop. & Presbyt. sect. 3. p. 472.* Et hinc recte statuit Franciscus Duarenus, postulationis ejus, quæ hodie usitata est, nullum apud veteres reperiri exemplum, *de sacr. Eccles. benef. l. 5. c. 2.* Z. *Inepta distinctio inter electionem & postulationem.*

II. Id etiam annotavit Zieglerus *de Episcop. lib. 2. cap. 1. §. 1.* *Denominatio successo-*

ra postulatio c. 1. de postul. prælat. in 6. dignitatem, vel fraternam societatem Canonice facta vocatio: nam cum viduatæ providendum (71) est Ecclesiæ, debent (*b*) cuncti qui eligendi Jus habent, (72) legitime

(*b*) *c. coram dilect. de elect. c. quamvis super in princ. de offic. ord. in 6.*

ris à vivente Episcop. facta. §. 1. 2. 3. olim Episcopos aliquando successores sibi designasse, non tamen sine suffragio populi & Episcoporum vicinorum. Severum quidem, Episcopum Milevitanum viventem, sibi successorem delegisse Episcopum, nulla populi ratione habita, sed secutas inde populi querelas intercessione Augustini fuisse sublatas, atque adeo Augustinum ipsum, ne in Ecclesia Hipponensi post mortem suam idem contingeret, Eradium cum consensu populi successorem sibi declarasse. *Cur postea abrogata.* Cum vero hic modus constituendi Episcopum extraordinarius sit plurimis corruptelis obnoxius, & maxime liberæ electioni magnum pariat præjudicium, inde prohibitum fuisse in Concilio Antiocheno, ne liceat Episcopis alium pro se successorem constituere, etsi sit in fine vitæ. Scilicet Ecclesiis plus consuli per electionem, quam per successionem, eo quod Episcopi non nascantur sed fieri debeant; adeoque maxime cavisse veteres, ne jure hereditario Episcopatus ad successores devolveretur, aut ad unam quasi familiam adstringeretur, etsi hoc malum successu temporis, non obstantibus electionibus, multa regna invaserit, &c. T.

ad §. 2.

Ecclesia cur viduata dicatur. (71) Conjugium aliquod spirituale Episcopum inter & Ecclesiam iniri communiter docent Canonistæ, quam bene videbimus infra. tit *de Chorepiscopor. usu sublat.* Posita autem hac sententia, vidua dicitur Ecclesia, quæ nullum habet Episcopum. Et volunt, tertio demum post sepultum pastorem die ad electionem novi procedendum esse. Z.

(72) I. Eligendi istud jus in Ecclesia Pontificia paucis admodum conceditur, & si de Episcopi electione res est, solis Canonicorum capitulis. At olim Episcopi & ministri Ecclesiæ, teste Chryso-

ſoſtomo ἄνευ λαοῦ συνέσεως i. e. ut Cyprianus vertit, ſine conſcientia & aſſenſu populi, cui propterea per trinundinum, i. e. tres ſolennes conventus Eccleſiaſticos, nomina vocandorum promulgabantur, nunquam fuerunt admiſſi. Extat ejus rei veſtigium etiam apud Lampridium in Alex. Sever. *Ubi aliquos*, inquit, *Imperator Alexander Severus voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, i. e. rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſiquis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret poenam capitis. Dicebatque grave eſſe, cum id Chriſtiani & Judæi facerent in prædicandis ſacerdotibus qui ordinandi ſunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur, & capita.* Et certe quanquam ex conſuetudine vel transactione varient in ſingulis pene diœceſibus jus nominandi, præſentandi, eligendi & conceptis verbis vocandi; ſingulis tamen facultas competit cognoſcendi & judicandi de doctrina & vita præſentati &c. Atque hæc poteſtas toti & univerſæ Eccleſiæ & omnibus in eo membris competit jure divino, cui nullus ſtatus renunciare, quamque propterea nemo quiſquam eis auferre poteſt. vid. Marc. Ant. de Dominis. *de Rep. Eccleſ. l. 3. c. 3.* Chriſtoph. Juſtellus *ad canon. 6. Concil. Chalcedonenſ p. 227.* vid. in hanc rem *c. in nomine 2. diſt. 23. c. 1. diſt. 62. c. quia 9. cum ſeqq. diſt. 63.* Z.

Olim Epiſcopos etiam populus eligebat.

II. Uti de perſonis quibus eligendi jus competit plura dicentur *ad tit. ſeq. §. 1. & 8.* ita de eo, quod Zieglerus modo dixerat, poteſtatem eligendi toti & univerſæ Eccleſiæ competere jure divino, eique à nullo ſtatu renunciari, neque id illis à quoquam auferri poſſe, pauca hic in anteceſſum erunt monenda. (1) Dum aſſeritur, jure divino competere poteſtatem eligendi Epiſcopum toti & univerſæ Eccleſiæ, admitti poteſt, non in eo ſenſu, ac ſi jus divinum præcipiat ut Eccleſia univerſa eligat Epiſcopum, ſed in eo ſenſu, quod ex natura ſocietatis Eccleſiaſticæ maxime conveniens ſit, ut univerſa Eccleſia eligat Epiſcopum. (2) Adeoque per jus divinum hic intelligitur non jus divinum poſitivum, ſed naturale, idque non præceptivum ſed permiſſivum. (3) At omni juri permiſſivo, i. e.

An & quatenus verum ſit jus eligendi Epiſcopum toti Eccleſiæ competere jure divino & an huic juri renunciari aut id à magiſtratu auferri poſſit.

me citari; (73) ut electioni intersint. Quod si vel in unius persona fuerit id omissum, irritam reddit electionem (74) talis omissio. (c) Sæpe etenim rescriptum est, magis hac in re unius obesse contemptum, quam multorum contradictionem: (d) plane, si is, qui citatus non fuerit, ratam adveniens habere velit electionem, confirmanda erit electio. (e)

Absens potest uni de capitulo votum suum demandare.

§. 3. Sed &, si quis casu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum suum uni, (f) vel pluribus de capitulo demandare minime prohibendus erit. (75) Pro-

(c) *c. bonæ memoriæ in fine de elect.*
(d) *ca, quod sicut in fi. princ. d. tit. de elect.*
(e) *d. c. quod sicut in fi princ.*
(f) *c. quia propter §. illud de elect.*

juri non pro lege, sed pro facultate & attributo personæ accepto renunciari potest, unde non perspicitur, quo colore asseri possit, quod huic juri eligendi à nullo statu renunciari possit. (4) Denique cum Ecclesia Christiana semper fuerit in Republica, non vero Respublica in Ecclesia, omnes vero societates in Republica possint jura sua in imperantes transferre vel consensu expresso vel tacito, vel etiam jura sua amittere per modum pœnæ propter abusum; inde rursus constat, quod tertia assertio, quasi jus eligendi nulli statui in Ecclesia à quoquam auferri possit, multis limitationibus sit obnoxia. T.

Olim citatione non opus. (73) Sufficit, uti modo dixi, ex instituto veteris Ecclesiæ, nomina vocandorum promulgari. Z.

Omissio ejus etiam in aliis negotiis diffidia peperit. (74) Atque hoc etiam in electione Imperatoris Romani gravia peperisse diffidia, notat. Gerlac. Buxtorff. *ad cap. 1. A. B. numer. 18. lit. e.* Z.

ad §. 3.

In Gallia non licet ab- (75) I. At hoc in Gallia non licet, uti refert Joh. Papon. *lib. 1. tit.*

Procurator ad eligendum non potest unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, nisi habeat mandatum de eligenda certa persona.

§. 4. Et (g) si tantum uni votum suum quis demandaverit, & is unum suo, alium mandantis nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit: (76) nisi de certa eligenda persona mandatum acceperit: quo casu in illam mandantis, in aliam (77) suo nomine jure consentire poterit.

(g) *c. si quis justo §. porro de elect. in 6.*

Duobus procuratoribus ad eligendum datis in solidum, non possunt ambo eligere, sed erit melior conditio occupantis: & si non appareat de prioritate in occupando, præponitur electus a capitulo, vel primo nominatus in procuratorio.

§. 5.

I. tit. 3. arest. 11. ubi solidam hanc reddit rationem, quod in hujuscemodi negotiis absentes non possint intelligere rationes, quæ hinc inde agitantur, & ex quibus sæpe suffragia variant. Z. *sentibus vota sua mandare præsentibus.*

II. Hac vero ratione solida præsupposita cessant omnia illa dubia, quæ moventur, *§. 4. 5. & 6.* imo etiam evidens est, cessare etiam vota absentium per literas, quia tum eadem est ratio, cum alias illa differentia inter vota absentium per mandatarios & per literas, quam inculcat Lancelottus §. 7. non optime cohæreat, ut mox videbimus ad *d.* §. 7. *T.* *Utilitas hujus moris varia.*

ad §. *4.*

(76) Necesse enim tum est, alterutrum conscientia refragante fuisse nominatum, siquidem qua conscientia tenetur eligere dignissimum nomine suo, eadem tenetur etiam nomine constituentis, cum nec ille quidem, qui plura habet ad eligendum vota, dividere illa in diversas partes possit. Vid. Joh. Bapt. Vivian. *in rational. ad. c. 46. h. t. in 6.* Z. *Quatenus mandatarius alium eligere suo nomine non possit.*

(77) Necessitas enim eligendi unum, quem vult principalis, *Quatenus possit.*

 non

(h) *c. si quis justo. in princ. de elect. in 6. §. porro.*

§. 5. Quod si pluribus (h) in solidum vices suas quis commiserit, non quidem omnes reddere votum poterunt (quia vota dirigere possent in diversos, (78) sicque res non haberet exitum) sed erit occupantis melior conditio: & si ita concurrant, ut inter eos prior non appareat, is admittetur duntaxat, quem vel capitulum vel pars major elegerit, vel si concordare nequeant, is qui primus in instrumento, vel literis procurationis nominatus fuerit.

Non possunt plures deputari ad eligendum in solidum. h. d.

(i) *cap. si quis justo in fin. prin. ver. sin. autem de elect. in 6.*

§. 6. Sin autem (i) plures non in solidum constituti fuerint, eadem ratione nullus eorum (79) admittendus erit, sibique mandans imputet, qui sic eos imprudenter constituerit.

Non

---

non debet ei imponere necessitatem eligendi eundem nomine proprio. Z.

ad §. 5.

Quatenus plures mandatarii admitti possint.

(78) Cessat hæc ratio, si de certa persona eligenda mandatum fuerit datum. Utilius tamen ex pluribus mandatariis unicus tantum ad deliberationes admittitur, quod hac ratione intempestivæ propalationi fibula injicitur, uti observatum etiam in electione Caroli V. Imperatoris, ad quam ex quatuor Regis Bohemiæ Legatis nonnisi primus, Ladislaus nimirum Sternebergius, admissus fuit. Goldast. *in Politic. Imper. part. 1. tit. 17. fol. 29. 30.* Z.

ad §. 6.

Etiamsi non fiat in solidum dati.

(79) Quia tum unus sine altero non potest admitti. *c. 6. de procur. in 6.* Canonistæ vero hodierni diserte statuunt, in causis spiritualibus (qualis apud eos etiam est causa electionis) ex pluribus

Non potest votum in electione reddi per literas.

§. 7. Sed cum absens (k) reclamante capitulo extraneum constituere nequeat, videamus an si nullus de collegio velit esse procurator, saltem per literas (80) votum suum reddere valeat? & sane, cum non ante electionem, sed in ipsa electione secrete, & sigillatim duntaxat singulorum vota sint exprimenda, per literas reddi non poterunt.

(k) *d. cap. §. fin.*

Superius dicta non habent locum in electione Papæ, in qua multa sunt specialia.

§. 8.

bus procuratoribus in solidum non constitutis, judicem posse magis idoneum eligere, & quicquid cum eo sic electo factum fuerit, plenam habere firmitatem. Vid. Franc. Cardin. Mantica *Lucubr. Vatican. lib. 7. tit. 17. n. 10.* Z.

ad §. 7.

Rationes juris Canonici de voto non per literas dando non esse sufficientes.

(80) Rationes duæ, quæ hic redduntur, quod scilicet (1) non ante electionem, sed in ipsa electione (2) secrete & sigillatim singulorum vota sint exprimenda, mihi non satis commodæ videntur. Prima ideo, quia etiam procuratori ante electionem votum committitur, ut adeo sive per procuratorem sive per literas suffragium explicetur, nihil videatur interesse. Secunda ideo, quia suffragium literis obsignatis, in ipso demum scrutinio resignandis, inferi potest. Respondet quidem Glossa, mandatorem non exprimere votum, sed mandatum tantum dare de voto exprimendo, nec propterea procuratorem eligere, & nec vocem illius mandati augere numerum suffragiorum. Sed insubtiliter hæc omnia. Utrobique enim, sive meo proprio sive procuratoris ore quis nominetur, exprimitur votum, & procurator alterius votum exponendo ipsius nomine eligit, & inutile esset procuratori votum committere, si illud augere non posset numerum.

Si

(l) *cap. ubi periculum de elect. in 6.*

§. 8. Sed hæc quidem in aliorum Episcoporum, non in Romani Pontificis (81) electione obtinent. In hujus enim nec ulla necessaria est citatio, nec alii quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter (82) constituta sunt, quæ ex Decretalium libris (m) decentius est quam hic, accipere.

(m) *can. 1. dist. 23.*

Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inspirationem: & quod laici non per inspirationem, sed per conspirationem dicuntur eligere.

§. 9.

Nec convenire cum §. 3.

Si dixeris ideo suffragium in literis mitti non oportere, quia Electoris est, non tantum eligere, sed & consultare, respondebo ego, ob eandem rationem nec Procuratori de certa persona eligenda mandatum dari posse. Quare, quod per procuratorem licet, non video cur non liceat per literas in ipso scrutinio resignandas. Z.

ad §. *8.*

Arcana electionis Pontificis Romani.

(81) Argumentum hoc est fastus Papalis & arrogantiæ. Quo facit, quod ex ore cujusdam Cardinalis scribit Bzovius *c. 2.* Pontificem Romanum non fieri, sed factum de cœlo recipi. Et Theophilus Raynaudus non eligi à Cardinalibus Pontificem scribit, sed tantum designari, seu nominari, *de coron supr. mitr. Pontif. pag. 344.* Quod si vero quis factiones, artes & stratagemata, quæ hodie in conclavi Romano frequentantur, tum & scopum, qui plerisque & tantum non omnibus in istiusmodi electione præfixus est, penitius consideraverit, talemque electionem Pontificis Romani cum Matthiæ Apostoli ac aliorum post Apostolos Episcoporum electionibus contulerit, quid de iis, eoque qui hoc pacto eligitur, Pontifice sentiendum sit, cujusque imaginem referat, Christine, ejusve Apostoli, an vero capitis illius in Apocalypsi. *c. XIII. v. 3. 12. & 14.* describti, statuere facile poterit. Z.

Aliud speciale in electione Pontificis.

(82) I. Speciale & hoc fuit, quod habetur *c. 22. & 23. dist. 63.* sed quod ibi haberi, dolent Pontificii. (Z)

II.

§. 9. Celebratur autem electio tribus (83) modis (n) per inspirationem, scrutinium, & per compromissum: per inspirationem, (o) ut cum electores nullo præcedente tractatu, quasi divini spiritus impulsu (84) simul omnes in unum repente consentiunt, & simul

(n) c. perpetuo ubi præsumpt. §. Heli.c. de elect. in 6.

(o) cap. quia propter inf. princ. de elect.

II. Scilicet quod electio Pontificis ad jura Romani Imperatoris pertineat, vide latius infra *ad §. 8. tit. seq. notam 106.* *T.*

ad §. 9.

(83) I. Notat Zieglerus *de Episcopis lib. 2. cap. 1. §. ult.* hanc distinctionem modorum demum natam esse, postquam Canonici jus eligendi Episcopos sibi proprium fecerint, adeoque recentioris Ecclesiæ inventum esse. T. *Origo trium modorum eligendi.*

II. Hos eosdem modos, uti observantur in electione Pontificis Romani, uberius explicat Gregorius XV. Pontif. *in ceremonial. conclav.* Sed Antonius Cicarella *in vit. Urbani VII.* quatuor esse dicit modos eligendi Pontificem, per scrutinium scil. per accessionem, per adorationem, & per compromissum; ultimum vero hunc antiquatum, & non amplius in usu esse. Præscripti autem sunt hi modi, ut pro norma observentur, in concilio Lateranensi habito sub Innocentio III. anno MCCXV. cum antea variæ observarentur formæ, uti apparet *ex c. quia propter 42. X. de electìon.* Z. *Quartus modus.* *Electio per compromissum antiquata.*

(84) I. Per inspirationem, ubi per peculiare signum Spiritus S. testatur, quem electum velit, ut factum in electione Matthiæ Apostoli, cujus rei exempla in historiis reperiuntur. Sed hic modus in desuetudinem abiit. *B. l. 5. 29.* *Exempla electionis per inspirationem.*

II. An præter electionem Matthiæ, aliud exemplum electionis per inspirationem Spiritus S. afferri possit ex historiis, tamdiu dubito, donec illud exemplum afferatur. Imo nec ipsum exemplum, electionis Matthiæ Apostoli, ut quæ per sortem facta fuit, accurate referri potest ad electionem per inspirationem, qualis hic describitur. T. *Judicium de his exemplis.*

I III.

simul unum nominante. Quod si forte laici (85) prece vel pretio (p) corrupti aliquem concordibus clamoribus petant, is non tam per inspirationem, quam per nefariam conspirationem nominatus omni penitus electionis fructu merito carere debet. (86)

(p) can. si ergo. 8. q. 1. & c. 2. de elect.

Quo-

Ejus hodie nullus usus.

III. Sed nec modum illum, qui fit per inspirationem, vix erit, ut hodie usurpari dicamus. Unde Johannes Andreas *ad. c. quia propter X. de elect. & electi potest.* alludens ad fabulam aut commentum, quo ArchiEpiscopi Ravennates advolantis & capiti insidentis columbæ indicio creari dicebantur, quod & in aliis accidisse refertur, columbam illam longius avolasse exclamat, per corvum aut noctuam fugatam, nunquam posthac redituram. Sane dubitare licet, utrum Spiritus S. præsens esse velit in tali collegio, quod æmulatione, invidia, ambitione & plurimis aliis vitiis haud raro infectum & corruptum est, quodque in diffidia & contentiones partium studio facillime dissolvitur *Z. de Episc. II. 1. 41.*

Impertinens quæstio de clamore Laicorum.

(85) Quia de electione hic agit autor, à qua Laicos in universum excludit *tit. seq.* frustra hic de Laicorum concordibus Clamoribus movet disquisitionem. Z.

Et parum pertinens ejus decisio.

(86) I. At si dignus is fuerit, & aliqua plebis seditio metuatur, quod factum olim non unis vicibus, annon satius erit, concupitum eligere, quam seditionibus frigidam suffundere. *Z.*

Plebis suffragia non semper prudentia.

II. Plebis suffragia, imo acclamationes sæpe felicissime cessisse historiæ referunt, ut illustre exemplum Ambrosii, in cujus electione populus primas partes habuit. Idem fere in Augustini successore Eradio, quem tamen Augustinus populo nominaverat. Sed hæ populi electiones sunt fere per inspirationem factæ. Nam alias non multum est tribuendum vulgi judicio, quotusquisque enim est, qui, quæ partes officii pastoralis sunt, intelligat, & qui requisita pastoris sciat, ut ea ad certam personam applicare possit. Sæpe vulgus in pastore laudat elevationem vel modulationem vocis, vel quod possit

Quomodo dicatur celebrari electio per scrutinium, & qui sint scrutatores.

§. 10. Per scrutinium fieri dicitur electio, cum præsentibus omnibus (q) qui debent, volunt & possunt commode interesse, tres de collegio fide digni assumuntur, qui secrete & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in scripturam redacta publicant. Quo facto collatione habita, is demum censetur electus, in quem vel omnes, vel major & sanior pars (87) capituli statim consenserint. *(q) d. cap. qui propter in princ. de elect.*

Pars minor eligentium ad infringendam majoris partis electionem potest opponere de propria authoritate, ac zelo, & de meritis electi. §. II.

---

possit bene consolari; cum tamen, præsertim nostro tempore, non consolationibus solum, sed maxime acrioribus remediis opus sit. Sæpe admiratur vultus elegantiam, sæpe patriam & cognatos ejus. *B. I. 5. 8.*

ad §. 10.

(87) I. Alterutrum ergo non sufficiet. Dd. *in c. 1. & ult. X. de his quæ fi. a maj. part.* Sed enim difficulter id plerumque locum inveniet, cum sanioritas ut sic dicam, non annexa sit semper majoritati, & unusquisque saniori, licet minori parti se accessisse, atque penes suum cœtum saniorem reperiri sententiam, major vicissim pars saniora se habuisse consilia contendet, id quod rem, de qua agitur non tantum non definiet, sed novis controversiis ab ipso toto cœtu nunquam componendis implicabit, ut proinde utilius videatur, non dignitate, sed numero suffragia æstimare. Z. *Requisitum partis majoris & sanioris impertinens.*

II. Videtur hæc doctrina de majori & saniori parte originem debere doctrinæ Scholasticorum, secundum quam verosimile definitur, quod ita videtur pluribus aut sapientioribus. Sub qua tamen latet aperta contradictio. Cum enim sapientiores sint paucissimi, id *Ineptitudo definitionis scholasticæ de verosimilitudine.*

 quod

(r) cap. Ecclesia vestra de elect.

§. 11. Quod si eligentium (r) vota ita se divisерint, ut hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor, sed quæ non minus ex authoritate eligentium, quam ex meritis electi sanior appareat, ad infringendam partis numerosioris electionem facultas erit minori, & de authoritate ipsorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere. (88)

Contra electionem factam à duabus non potest opponi, nisi de nullitate voti alicujus earum dictarum partium.

(s) c. si quando contigerit. de elect. in 6.

§. 12. Hoc tamen tunc obtinebit, cum non magnus in altera parte contigerit excessus: cæterum, si quando (s) duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo major numero deprehendatur, contra hujusmodi electores ad extenuationem meriti, vel authoritatis ipsorum paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: (89) quanquam, si quid

quod verosimile videtur pluribus, non ita videbitur sapientioribus. Si sapientioribus, ergo non pluribus. T.

ad §. 11.

Inepta doctrina de oppositione minoris partis.

(88) Sed hoc ansam dabit contentionibus & si pertinax fuerit major pars, frustra erit omnis oppositio. Et quis vero tum judex erit contendentium. Ad Pontificem enim Romanum ut ex ultima Thule omnes ejusmodi lites deferantur, non erit ex utilitate Ecclesiæ. Et quis finis denique probationum & reprobationum? cum sine dubio utraque pars, ut alteram vincat, enixe semper laborabit. Z.

ad §. 12.

Nec justa semper pr-

(89) Quia scilicet numerus duplo major, cum multum excedat

quid opponere voluerint, quod votum illius, (90) cui opponitur, nullum ipso jure redderet, id eis minime censetur interdictum. Vocantur autem viri tres de collegio sumpti, scrutatores, eo quod singulorum vota diligenter scrutentur.

Quomodo per compromissum celebretur electio, & quod arbitri non servantes formam compromissi nulliter eligunt.

§. 13. Per compromissum (91) celebratur electio, cum (t) plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & potestas transsun- *(t) d. c. quia propter, vers.*

---

dat alteram partem, præsumitur valde sanior & motus à multo meliori Zelo. : Joh. Bapt. Vivianus *in rational. ad c. 9. de elect. in 6.* At vero præsumtio illa, quæ ex numero eligentium petitur, cur restringitur ad numerum duplo majorem & non alias simpliciter majorem. Utique si major numerus errare poterit, poterit errare etiam, qui duplo major est, nec præsumtio, quæ pro hoc allegatur, talis est, ut non admittat probationem in contrarium. Et quid si probare possit numerus minor, duplo majorem corruptum fuisse? Iniquum tum erit opponendi facultate eum privari. Z. *sumtio pro parte duplo majore.*

(90) Corrigitur hic sententia prior. Et intelligendum igitur hoc est, non de uno tantum sed etiam pluribus, quin & de duplo majore parte eligentium, si eorum vota nulla reddi possunt, sed has difficultates & plures alias cum observassent Patres in concilio Tridentino *sess. 25. de Regul. c. 6.* decreverunt, non amplius inquirendum esse, quænam suffragiorum pars sit sanior, sed tantum quæ major, dummodo vota ipsa sint legitima & persona electa non indigna. Sic igitur hodie simpliciter vincit numerus major. Z. *Difficultates hæ abrogatæ in concilio Tridentino*

ad §. 13.

(91) Species hæc parum hodie in usu est, quia unusquisque sibi magis confidit, quam alteri. Z. *Compromissum hodie non in usu.*

 (92)

vel saltem. eod. funditur, qui arbitri, compromissi fines diligenter custodire debent,(92) scituri, si quid non (u) secundum demandatam formam egerint, nullum habiturum esse juris effectum.

(u) cap. si cui eligendi eod. in 6.

Potestas arbitrorum non expirat re non integra, etiam non secuta electione.

(x) c. in causis ext. eod. tit.

§. 14. Quod (x) si intra terminos constiterint, quod ab eis gestum fuerit, usque adeo ratum habendum erit, ut etiam non secuta electione,(93) re tamen non integra, demandata sibi potestas revocari non possit. Ostendimus, quibus modis electio celebretur: consequens nunc est ut videamus, & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio.

QVI ELIGERE, ELIGIVE POSSVNT.

TITVLVS VII.

Quibus ius eligendi competat.

§. I.

(a) c. cum eccles. de

IVs igitur (a) Prælatum eligendi ad Canonicos hodie

Horum compromissariorum differentia ab arbitris.

(92) Sunt enim, ut mandatarii, qui fines mandati excedere non debent. Alias enim judices compromissarii, qui & ipsi arbitri dicuntur, ex præscripto juris, non partium, nisi quatenus circa processum inter eos convenit, pronunciant. Z.

ad §. 14.

Cur potestas mandatariorum revocari nequeat.

(93) H. e. etiamsi in meris tractatibus substiterint compromissarii, quia tum res non amplius est integra, & interest ipsorum compromissariorum, ne potestas data revocetur, quia tum ex cognitis sententiis facile odium incurrere possunt. Z.

TIT.

die, (94) & ad viduatæ Ecclesiæ pertinet collegium (95) *caus. poss. & propr.*

TIT. VII.

ad §. 1.

(94) Nam quoad pristinos mores, non Clericis tantum, quotquot in Ecclesia fuerint, sed populo etiam jus eligendi commune fuit, tantum abest, ut id paucis quibusdam Canonicis proprium dici queat. In eo saltem dissensus est, utrum in primis seculis populus saltem per assensum, an etiam per votum decisivum in Electione Episcopi concurrerit, qua tamen in quæstione non opus est, ut de decisione valde simus solliciti, sufficit si probatum fuerit, non eligere licuisse Episcopum nisi quem populus probaverit. Ziegl. *de Episc. II, 1. 3. 4.* qui postea §. *5. & 6.* probat, etiam in Ecclesia Apostolica populum ad Electionem Matthiæ *Act. I. 15. seq.* & ad electionem Diaconorum *Act. VI. 2. seq.* concurrisse, & §. *7.* à Bellarmino, Thoma Bilsono, & Hugone Grotio dissentit, negantibus, quod ex illis exemplis regula necessario constitui debeat, ac cum Blondello facit, asserente; quod facta illa singularia divino consilio ad imitandum proposita, & ab Apostolis usitata non nuda exempla, sed exemplaria sacra, & normæ divinæ præcepti vim habentia sint, ad quæ posterorum omnium facta & consilia universa dirigi debeant, si præsertim religiosa veterum per tot secula imitatio observetur, qui exemplis istis ad imitandum propositis præcepti vim inesse firmiter persuasum habuerint. Sed miror, qua ratione JCtus alias acutissimus nimis indistincte exempla etiam ad imitandum (sub certis videlicet circumstantiis) proposita pro præceptis seu legibus, aut persuasionem veterum etiam nimis indistincte pro demonstratione obtrudere potuerit. Quin potius hic iterum sunt ea repetenda, quæ jam *ad* §. *2. tit. præced* eum in finem dicere occupavimus. Cæterum quod ipsam historiam praxeos veteris Ecclesiæ attinet, seculo tertio & quarto constanter consensum populi in electione Episcoporum fuisse adhibitam latius probat idem (*à* §. *8. ad* §. *20.*) ex *Constitut. Apostol. lib. 8. c. 4.* Clementis Romani *Epistola ad Corinthios*, Origenis ho-

Olim Episcopi non electi nisi quos populus probaverit.

An exempla electionis Matthiæ & Diaconorum in Actis Apostolicis faciant regulam?

Negatur adversus Zieglerum.

Populi consensus adhibitus in seculo tertio & quarto.

homil. 6. in Levit. Cypriani *Epist. 68.* Eusebio *de vita Constant. lib. 3. c. 60. & 62.* Socrate *lib. 1. c. 9.* Athanasio *Apol. 2.* & *Epist. ad solit. vitam agentes*, Hilario apud Baronium *ad ann. 355. n. 72. seq.* Concilio Laodiceno *canone 13.* Gregorio Nazianzeno *orat. de obitu patris epist. 22. & orat. 21.* Concilio Constantinopolitano *epist. Synod. ad occident.* & Chrysostomo *homil. 14. in acta, lib. 3. de Sacerdot. cap. 15.* Tum ejusdem moris continuationem in seculo quinto (*a* §. 21. *ad* §. 27.) docet ex Hieronymo *lib. 1. adversus Jovinianum & cap. 33. comment. ad Ezechielem* Cælestino *epist. 2. & 3. cap. 3.* Leone I. *epist. 89.* & apud Gratianum. *can. I. dist. 62. & can. 19. dist. 63.* Concilio Chalcedonensi *act. 11. & 16.* Synesio Cyrenæo *epist. 67.* Apollinari Sidonio *lib. 4. epist. 27.* & Gelasio *epist. ad Philippum & Gerontium Episcopos* relata a Gratiano *can. II. dist. 63.* Ex seculo sexto unicam Justiniani constitutionem ex *l. 42. C. de Episcop. & Cleri. item ex Novell. 123. c. 1. & Nov. 137. c. 2.* producit, (§. 28.) ejusque differentiam a moribus eligendi præcedentibus ostendit (§. 29.) Nimirum olim, cum Ecclesia vacaret alicubi, conveniebant in eum locum Episcopi reliqui provinciales, & vel ipsi quos idoneos esse judicabant, proponebant Clero & populo, ut ex eorum suffragiis, numquid impedimentum obstaret, manifestum fieret, aut vero populum, sibi Episcopum postulantem audiebant, & ulterius consultabant. Utroque enim casu Episcopis congregatis judicium & ἀνάκρισις, de personis in medium propositis competebat. Quodsi in Synodo illa præsens erat Metropolitanus, ordinatio fieri statim poterat. Sin minus, decretum ad eum ab omnibus Electoribus subscriptum mittebatur, atque ille tum prævio examine in metropoli noviter electum ordinabat. Hic fere erat processus olim observari solitus, qui tamen variabat nonnunquam tum locorum, tum aliarum circumstantiarum ratione. At Justinianus certam præscripsit regulam, & populo atque Clero Ecclesiæ vacantis probulevma tantum aliquod concessit, Metropolitano vero ultimam & proprie sic dictam electionem. Veresimile tamen, Metropolitanum habuisse penes se Synodum reliquorum Episcoporum comprovincialium, cum quibus discusso probulevmate ad se-

Item in seculo quinto.

Quid novi in seculo sexto a Justiniano fuerit constitutum.

ſe miſſo electio perficeretur. Peractum enim fuit examen noviter electi, tum & ordinatio ejusdem in præſentia plurium Epiſcoporum. Sed & illud temperamentum Juſtinianus de novo invenit, ut non quidem excluderetur prorſus ab electionibus Epiſcoporum populus, ſed adhiberetur tamen temperamentum aliquod ut aliqui tantum de populo admitterentur ad probulevma cum Clero & Epiſcopis, nimirum cives honoratiores, excluſa vili plebecula: illi vero conjunctis ſententiis tres maxime dignos eligerent, eorumque nomina Metropolitano transmitterent, cujus in arbitrio eſſet, è tribus illis quem maxime idoneum judicaret, Epiſcopum judicare & ordinare. Ideo vero Zieglerus in adducendis tot teſtimoniis pro jure populari in electione Epiſcoporum, tam prolixus fuit, ut oſtenderet (§. 30.) falſam eſſe ſententiam Bellarmini aſſerentis, populi jus nec diuturnum, nec ubique in Eccleſia receptum, ſed ex conniventia ſaltem Papæ Romani permiſſum fuiſſe. Fatetur tamen (§. 31.) contigiſſe ſequioribus temporibus, ut populus jure eligendi privaretur, ſicubi indignum elegiſſet, quod ex aliquot locis Hincmari, Remenſis Archi-Epiſcopi, probat. Porro oſtendit (§. 32) per Clerum olim, cum populo de electione Epiſcopi prædeliberantem, intellectum fuiſſe, non ſolum Clerum civitatis, ſive canonicos Eccleſiæ cathedralis aut Rectores parœciarum civitatis, ſed etiam, poſtquam monaſteria ſpecialem iſtam, qua hodie conſpicua ſunt, formam receperunt, Clericos monaſteriorum, itemque Presbyteros ruſticanarum parœciarum, qui vicarios ſuos miſerint, cum teſtimoniis, quibus conſenſum ſuum ac illorum, qui in eorum parœciis habitarent, expoſuerint. Populi vero non ubique nec omni tempore eandem videri habitam fuiſſe rationem. (§. 33.) Alibi enim & aliquando totam univerſitatem admiſſam fuiſſe, aliquando autem viros honoratiores tantum & nobiliores, populum repræſentantes, ita ut nihilominus integrum manſerit cuivis ex plebe, diſſenſum ſuum, ejusque rationem exponere. Nunquam autem populum ab eligendi actu per tot ſecula penitus excluſum fuiſſe, & nequidem per conſtitutiones Juſtiniani modo adductas. (§. 34) Etſi enim primatum civitatis tantum faciant mentionem, factum tamen id fuiſſe, quia reliquus populus ad ejusmodi

Refutatur Bellarminus.

Sequioribus temporibus quando populus jure eligendi privatus fuerit.

Olim Clerus omnis generis concurrebat ad electionem.

Populus vero diverſimode.

Qui ne quidem per conſtitutionem Juſtiniani plane excludebatur.

(b) *Gl. in spectat in*

(95) Sed & si qui consuetudine, (b) vel præsumptione,

conventus rarior accesserit, cum negligi à plebe plerumque soleat; ex quo nullum sperari possit compendium: nullibi vero per modum constitutionis insertæ inveniri verba, quæ exposite & aperte populo jus suffragii denegarent. Quod vero longo deinceps usu observatum fuerit, ut primores tantum civitatis, vice populi suffragium darent, id Græcis seculo octavo prorsus displicuisse in decreto concilii Niceni II. anno 1781. eo tendente (§. 35.) ut non populi tantum, & fratres subrostrani, sed ipsi etiam magistratus seu primates civitatis, quique longo hactenus usu ad electionem Episcoporum accesserant, deinceps à jure eligendi arcerentur, & Episcopi à solis provincialibus Episcopis posthac eligerentur. Ac provocasse quidem patres istos Nicænos, ne propter novitatem suspectum redderent hoc suum decretum, ad antiquos Canones, Apostolicum scilicet, uti vocant 31. & concilii Nicæni I. canonem 4. quorum tamen plane alia intentio fuerit, quod latius probat in sequentibus. (§. 36.) Sic igitur apud Græcos (§. 37.) omnes in universum Laicos jure eligendi Episcopos privatos fuisse, atque hos postea confidentius adhuc exclusisse Synodum, uti vocatur, œcumenicam octavam, sive Constantinopolitanam quartam, *can.* 22. T.

Exclusio populi demum seculo 13. facta.

Arcanum electionis ad solos Canonicos restricta.

(95) I. Male. Cum per tyrannidem exclusi fuerint reliqui status hierarchici. Canonici enim jus eligendi sibi vindicarunt sine dubio connivente Pontifice, quod is è re sua magis esse existimaret, in hominum impotentium & sibi obnoxiorum manu omnem eligendi sitam esse potestatem. At hinc quantæ obortæ in Ecclesiis contentiones. Refert Cranzius *in Metropol. l. VI. c.* 12. multum intumuisse Canonicos, jam liberam electionem nactos, sperasse sibi quemque & amicis, & infinita ambitione contendisse pro Episcopatu. De Canonicis constat alias ex Trithemio in *chron. Hirsaug. anno* 977. eos inter Clericos maximæ autoritatis jam à tempore Ottonis II. abjecta regulari vita splendide vixisse. Et his scil. imperitis sæpe & theologiæ prorsus ignaris commissa est electio Episcoporum; ut mirum

Et damna inde orta.

ne, pacto, vel privilegio (96) fuerint muniti, ab electione minime sunt excludendi. *c. sciant cunct. de elect. in 6.*

Impuberes & non constituti in sacris non possunt eligere.

§. 2. Sed (c) neque in pupillari ætate (97) constitu- *(c) c. ex eo quod de elect. in 6.*

rum non sit, ad majores Ecclesiæ thronos evectos fuisse quandoque homines plane indignos & criminosos. Id quod justa querela perstringit Marsilius Patavinus *in defens. pac. part. 2. c. 23.* Z.

II. Rem latius exponit idem *de Episc. II. 1. §. 38. 39. 40.* ubi monstrat, seculo duodecimo, nisi forte exceptis Gallis, qui pertinaciores fuisse videantur, Canonicos excluso populo & Clero reliquo jus eligendi Episcopos sibi solis vindicare cœpisse, neque invitis Pontificibus Romanis, quod sibi & sacræ Monarchiæ utilius esse observarent, in paucorum & sibi obnoxiorum hominum manu jus istud existere, quam inter plures diffundi aut etiam à principibus exerceri. Sane facilius corrumpi posse suffragia paucorum quam plurium, & citius inter illos & cum illis committi crimen ambitus, quam si cum pluribus res agenda fuerit. Adducit etiam præter locum Cranzii modo allegatum, adhuc tria alia loca ex Cranzii *Metrop. lib. 3. cap. 15. lib. 4. c. 1. lib. 7. cap. 50.* ad demonstrandum fastum & statum irregularem Canonicorum illorum temporum. Denique ex Godwino in vita Balduini docet, qua violentia, & quibus artibus in Anglia circa annum 1184. Canonici jus istud in electione Archi-Episcopi Cantuariensis sibi vindicaverint. T. *Factum id seculo 12. Illustratio nota præcedentis.*

(96) Laicis autem etiam hos modos acquirendi jus electionis aufert infra §. 8. præter jus & meritum. Z. *Lancelotus hic loquitur de solis Clericis.*

ad §. 2.

(97) Ex constitutione Clementis V. nec pubes quidem potest eligere, nisi duodevigesimum annum attigerit, cum ante non possit sacris ordinibus initiari. *Clem. pen. & ult. de ætat. & qual.* Monialis tamen, quæ duodecimum annum peregit, ad eligendum admit- *Minorennes ad electionem admissi. Moniales*

 mit-

ſtituti, neque ii qui ſacris ordinibus non ſunt decorati, ſunt admittendi. Abſurdum enim eſſet, ſi ad tanti ponderis res explicandas, ii, quorum nullum eſt animi judicium, & ad ſacra tractanda, ii qui nondum illa attigerunt, (98) aſſumerentur.

Excommunicatus minore excommunicatione eligit, ſecus majore.

§. 3. Illud quæſitum eſt, an excommunicati ad eligendum admitti poſſint? Et ſane, ſi minoris (99) excommunicationis (d) vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arcendi non ſunt: Anathemate (100)

(d) c. illa quotidiana de elect.

---

mittitur, *c. indemnitatibus 43. de elect. in 6.* Utrobique ætas nondum videtur ſatis apta rebus tanti momenti. Z.

etiam impuberes.

(98) Perindo eſt, ac ſi diceres, abſurdum eſſe, Regem à non Regibus eligi & creari. Utique enim, quia invitis Epiſcopum nullo modo eſſe dandum, tota clamat antiquitas, & ratio ſuadet vehementiſſime, non poſſunt ab Epiſcopi electione excludi, qui ejus inſpectioni ſubjiciuntur, utcunque ſacris ordinibus non ſint decorati. Z.

[illegible] contra Lancelotti.

ad §. 3.

(99) I. Ratio eſt, quia minor excommunicatio tantum ſacramentorum participatione excludit, reliquam communionem non aufert. Quia vero in electionis actu de regimine Eccleſiæ agitur Eccleſiæ autem præcipuum officium in adminiſtratione ſacramentorum conſiſtit, rectius, ni fallor, etiam minori excommunicationi innodati ab electione excluderentur. Z.

Ut et ratio cur excommunicati minore excom. admittantur.

II. Abſtrahitur hic à quæſtione, an excommunicatio ſive minor ſive major ſit ex inſtituto divino, an vero ortum debeat arcanis Papatus, qua de re commodior erit locus dicendi infra *ad lib. IV. tit. 13.* T.

Abſtrahitur hic a quæſtione an excommunicatio ſit inſtituti divini.

(100.)

(100) autem percussi, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur.

Suspensus a canone eligit, secus ab homine.

§. 4. In (e) suspenso quoque non absimilis obtinet distinctio. Si enim quis per solam Canonis dispositionem suspensus sit, electioni interesse minime prohibetur: (101) si vero per Judicis sententiam, (f) anathematizato similis habebitur.

(e) c. fin. de cler. excom.

(f) Gl. in verb. à suspensis c. cum dilectus v. quia, de consuet.

Eligere a superiore prohibiti, absentes, hæretici, non possunt eligere.

§. 5. His quoque & illi annumerari debent, quibus a superiore, ne eligant, interdictum est. Item absentes: qui tamen si legitimis causis ad electionem accedere impeditos esse se docuerint, aliis de capitulo votum suum demandare, secundum ea, quæ proxime (g) exposuimus, minime sunt prohibendi. Hæreticis

(g) supra tit. præ-

(100) Intelligit hic majorem excommunicationem. Sæpe tamen distinguuntur major excommunicatio & anathematismus, quod notabimus infra *ad tit. de sent. excomm.* T.

Differentia anathematismi & maj excomm.

ad §. 4.

(101) At quæ hic erit ratio differentiæ? Imo vero majorem notam incurrit, aut saltem evidentiorem, qui à Canone & ipso jure notatur, quam qui à judice: cum judex in applicatione errare possit. Sed & uterque suspensionis modus executionem officii pari effectu impedit, non alter magis, alter minus, ut neque hinc aliqua fingi possit differentia. Cæterum de suspensione Canonis & judicis vid. Autor. *infr. tit. de suspens.* Z.

Distinctio Lanc. inter diversos suspensionis modos ratione destituitur.

ced. §. sed etsi quis. cis (102) autem vel non catholicis, indistincte jus eligendi adimitur.

Ob non servatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum superiorem.

(h) c. quanquam in casu de elect. in 6. §. 6. Interdum (h) tamen accidit, ut ii, quibus ab initio jus eligendi competit, eo jure postmodum priventur: (103) ut puta, si qui aliter, quam per praescriptas formas eligere tentaverint. Item, qui per tempus constitutionibus diffinitum in eligendo negligentes fuerint: quo casu ad proximum superiorem eligendi potestas devolvitur.

Electio facta de indigno, ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem.

(i) d. c. quanquam §. 7. Alia sane (i) causa eorum est, qui scientes indignum (104) eligunt, aut postulant: nam licet & ii

---

ad §. 5.

Quid de patrono haeretico? (102) Patronus tamen haereticus praesentare potest & debet orthodoxum, aut eum, qui instituto in regione cultui sit deditus, etsi aliam religionem patronus sectetur. vid. Lampad. *de Rep. Germ. part. 3. cap. 11. n. 36.* Finckelthaus *de jure patronat. cap. 6. num. 73. seq.* Z.

ad §. 6.

Privatio juris eligendi varia. (103) Id fit non uno modo. Quandoque enim una vice tantum, ut qui intra trimestre (quod hic tempus constitutionibus definitum dicitur) non elegerunt *c. 41. X. de elect.* quandoque ad tempus trium annorum, ut si per abusum secularis potestatis electio facta sit *cap. 43. X. eod.* Z.

ad §. 7.

(104) I. De electione indigni, quae moventur controversiae, *Differentia* latius exponit H. Zoes. *X. de elect. n. 41. seq.* Indignum dicunt, qui non

ii eligendi jure priventur, id tamen non ad Primatem, aut ArchiEpiscopum, sed immediate ad summum Pontificem devolvitur.

Lai-

non habet qualitates requisitas ad ministerium, cui præficitur. Eum distinguunt à minus idoneo, quod illius incapacitas sonet delectum, minus idoneus vero sit qui citra delectum non est omnino aptus propter aliquem defectum scientiæ vel similem. Didac. Spino à Caceres *in specul. testam. gloss.* 4. *n.* 87. Sed & dignus pro indigno habendus est, si dignior adsit. Digniores necessario eligendos esse, semper & ubique olim fuit creditum. Sufficere tamen, ut dignus tantum eligatur, disceptatum & decretum in Concilio Tridentino, uti refert Petrus Suavis *in histor. lib.* 8. *p.* 811. 852. quod & illi digniores sint iis, qui minus digni & utiles sint. Sed id cavillari est & bonas Ecclesiæ leges evertere. Vid. Fernand. Vasqv. *lib.* 1. *controvers. cap.* 28. *n.* 1, & *cap.* 43. *n.* 16. Didac. Cavarruv. *ad c. peccatum.* *p.* 2. §. 7. Et constituit Pius V. Pontifex collationem beneficii factam digno, prætermisso digniore, retrahi posse per appellationem ad superiorem, referente Didaco Spino à Caceres *in specul. testam. gloss.* 18. *num.* 12. Z. *indigni & minus idon. ii. Aliquando etiam dignus pro indigno habendus.*

II. Latius disceptationes Canonistarum de eligendo digno exponit idem Zieglerus *de Episcopis II.* 4. §. 2. 3. 4. 5. & simul §. 6. notat, digniorem in hac disputatione non simpliciter dici illum, qui doctior sit, vel sanctior, sed eum, qui juxta munus & rem, cui præficiendus est, aptior ejus ministerio appareat, siquidem quandoque eum, qui sanctus vir, virtuosus & bonus, ac præterea diligentior sit, præferendum esse viro sanctiori, qui non sit ita diligens, eaque ratione non ita aptus sicuti prior, administrationi ejus muneris cui sit præficiendus. Idemque observandum esse circa doctrinam & eruditionem, nam frequentissime doctiorem, non ita convenire muneri publico sicuti alterum, qui doctus sit, ac doctrinam cum prudentia conjunctam habeat sufficientem ad munus, quod ei confertur. Neque adeo attendendum esse assertum Pontificis *cap. un. de scru-* *Quis pro digniore habendus.*

tin.

Laici non possnut eligere.

(k) c. sacro sancta. c. Massana de elect.

§. 8. Laicis (k) quoque, (105) etiam si Principes (106) sint, nullo neque consuetudinis, neque praescriptionis, neque conventionis jure ad electionem aspi-

---

Refutatur cap. un. de scrutin. in ord. fac.

tin. in ord. faciend. dignum præsumendum esse qui non probetur indignus. Valere enim eam præsumtionem tantum de bonitate naturali & intrinseca, cum qua homo nascatur, quod nempe aliquis sit castus, pacificus, sobrius &c. non vero in bonitate & idoneitate accidentali & extrinsecus adveniente, qualis sit eruditio. Ego mallem dicere, valere eam præsumtionem in carentia vitiorum sive intellectus, sive voluntatis, non in positione virtutum sive intellectualium, sive moralium, quales requiruntur in eo, qui dignus est ad munus ecclesiasticum per mox dicenda. T.

ad §. 8.

Male excludi Laicos.

(105) I. Male excludi Laicos ab electione Episcoporum, & in veteri Ecclesia requisita eorum fuisse suffragia, pluribus ostendit M. Anton. de Dominis *l. 6. de Rep. Eccles. c. 7. n. 3. seq.* neque id diffitetur Augustinus Barbosa *de offic. & pot. Episcop p. 1. tit. 1. c. 3. n. 4.* conf. Christ. Justell. *not ad cod. can. Eccles univers. p. 198.* Z.

II. Latius ea de re actum *in nota 94. ad* §. 1. T.

Demonstratur Jus Principis in electione Episcoporum.

(106) De jure Principis circa electionem Episcoporum prolixe & erudite disseruit Zieglerus *de Episc. lib. 2. cap. 2. integro.* Initio supponit (§. 1.) Principi tanquam capiti populi multo minus denegandum esse hoc jus, quam ipsi populo, sed potius eidem in hoc negotio primas deberi partes, neque adeo excludi illum ullo modo posse. Etsi vero in primitiva ecclesia nemo inter Principes Ethnicos esset, qui hoc jus sibi vindicaret, adversus caput tamen, ne caput sit, nullam temporis longinquitatem valere, siquidem divina dispositio qua caput in corpus imperium habeat, perpetua atque æterna lex sit, & quæc. membrorum contraria usurpatio non præscriptionem sit operatura, sed confusionem & eversionem ordinis divini.

De-

Deinde (*à* §.2. *ad* §.*12.*) monſtrat quod Imperatores Chriſtiani usque ad tempora Caroli M. hoc jus ſuum exercuerint, & Electionibus Epiſcoporum judicia & autoritatem ſuam pro re nata interpoſuerint, idque probat exemplis Theodoſii utriusque, Juſtini Mauritii in Oriente, in Occidente exemplo Valentiniani Imperatoris, ubi ſimul docet, *can. Valentinianus diſt. 63.* huic aſſertioni nequaquam obſtare, & Baronii rationem, ideo ab Epiſcopis relationem ad Valentinianum factam eſſe aſſerentis, quod Ambroſius trium provinciarum præfectus eſſet, docte refutat. Quinimo idem jus exercitum fuiſſe in electione ipſius Pontificis Romani in Italia ab Odoacro, Theodorico Gotho, & poſtea ejectis Gothis à Juſtiniano Imperatore; quem adverſus Baronii & Severini Binii increpationes defendit, & ſimul docet, valde adhuc dubiam eſſe aſſertionem Onuphrii Panvinii, ſtatuentis, Conſtantinum Imperatorem Heraclii pronepotem edicto ſuo juſſiſſe, ut deinceps, quem Clerus S. P. Q. R. Pontificem ſummum delegiſſent, is nulla amplius confirmatione expectata, more vetuſtiſſimo ſtatim ab Epiſcopis ordinaretur. Tranſit poſtea (*à* §. *13. ad* §. *30.*) ad vindicias *Canonis Hadrianus Papa 22. diſt. 63.* & *Canonis ſequentis* ubi utrobique mentio fit, quod Hadrianus Papa tradiderit Carolo Magno non ſolum jus & poteſtatem eligendi Pontificem, ſed & ArchiEpiſcopos & Epiſcopos per ſingulas provincias Italiæ. Reſpondet enim diſtincte argumentis non ſolum Cardinalis Baronii *ad ann. 774. n. 10. ſeq.* ſed & Petri de Marcæ *de concord. ſacerd. & imper. lib. 8. cap. 12. n. 9.* quibus ea quæ in *canone 22.* facta eſſe memorantur, falſitatis arguere conati ſunt. Tum etiam rationes Baronii refutat, quibus conſtitutionem Leonis *in dicto canone 23.* commentitiam eſſe accuſat, (quam tamen Petrus de Marca etiam defendit) inprimis autem canonem *cum Hadrianus 29. ead. diſt. 63.* quo Baronius etiam utebatur in oppugnando canone 23. non ſolum explicat & canoni 23. adverſum non eſſe oſtendit, ſed etiam hunc potius canonem νοθείας vitio laborare erudite demonſtrat. Cum etiam Canoniſtæ maxime urgere ſoleant *can. 30. ead. diſt. 63.* quaſi ſaltem in eo Ludovicus Pius Caroli M. filius juri ſuo iterum ceſſerit, & Pontificem Romanum deinceps ſine aſſenſu ſuo eligi voluerit, probat Zieglerus (§. 31.

Chriſtianos imperatores id exercuiſſe usque ad tempora Caroli M.

Explicatur can. Valentinianus diſt. 63.

Vindiciæ diſt. 63. canonis 22.

item canonis 23.

canonis 29. rejectio.

Explicatio can. 30.

31-34.) vel fabulosam aut commentitiam eam esse constitutionem Ludovici Pii, (quod jam ante eum fecerat Carolus Molinæus *ad SCt. Franciæ contra abusus Paparum n. 119. seq.*) vel interpretatione aliqua commoda adjuvandam, præcipue quod de renunciatione illa juris imperatorii diserte nihil contineatur in ea, sed potius consecrationis more Canonico faciendæ ibi fiat mentio, quo more etiam consensus Imperatorius erat necessarius. Conjicit itaque (*§. 35. & 36.*) assensum Imperatoris in omnibus Pontificum Romanorum electionibus requisitum fuisse, usque ad Hadrianum II. Pontificem, qui sub Carolo Crasso decreverit, ne in Pontifice creando Imperatoris autoritas expectaretur, idque ideo, ut Cleri & populi libera essent suffragia. Ab illis temporibus etiam fatentibus ipsis Scriptoribus Pontificiis vera monstra & portenta Ecclesiastica sedi Pontificiæ præfuisse, quamvis Genebrardus & Stapletonus causam hujus mali in Imperatores (pristina jura vindicare conantes) velint rejicere.

Tempore Caroli Crassi cœpisse jus Imperatoris oppugnari. Damna inde secuta.

Agit postea (*§. 37. 38. 39.*) de restituta Ottoni I. à Leone VIII. Pontifice potestate concurrendi ad electionem Pontificis, quodque ea restitutio cum effectu, frustra resistente subinde populo Romano & jus istud Imperatoribus iterum extorquere conante, ab Imperatoribus continuata fuerit, usque ad tempora Gregorii VII. seu Hildebrandi, qui quibus insidiis & gradibus, non solum jus eligendi Pontificem Romanum, sed & jus eligendi & investiendi Episcopos omnes Imperatoribus Romanis Henrico IV. & V. tandem cum successoribus suis extorserit, fusius declarat, (*§. 40-55.*) pulcherrimam digressionem addens (*§. 56-62.*) in qua ostendit, in quantum illa tempestas, quæ imperium Romanum tamdiu fatigavit, etiam alibi sese exeruerit, & regna vicina fœdissime crudelissimeque infestaverit.

Jus eligendi Imperatoribus sub Ottone I. restitutum. Donec Gregorius VII. id Henrico IV & V. extorserit.

Id quod declarat exemplis initio Britanniæ, & quam acriter sub Regno Regis Henrici Episcopi se opposuerint investituræ Regiæ per baculum & annulum; tum Galliæ, quod nimirum Franciæ Reges licet ipsi etiam jus investiendi novos Episcopos per baculum & annulum plurimos annos exercuerint, citius tamen nec inviti cesserint Pontificum voluntati & super isto negotio factis decretis, quam Reges reliqui, etsi certum sit, eos illis ipsis temporibus con-

Motus similes in Britannia, in Gallia

conservasse eam juris illius particulam, ne quis Episcopus invito Rege sedem suam occuparet; denique exemplo Poloniæ, ut in qua jam sub Casimiro III. Papa pro lubitu, frustra contradicente Rege, dispofuerit de Episcopatibus. Porro (*à* §. *64. ad* §. *71.*) docet, quamvis Doctores nonnulli Pontificii pro defendendo aut excusando antiquo jure Regum investiendi Episcopos varias rationes adhibeant, ac investituram hanc à collatione ipsius Episcopatus distinguant, verius tamen esse, quod antiquitus, potissimum apud Francos per illas Investituras Episcoporum ipsum Episcopatus officium fuerit collatum. Deinde examinat rationes cur Gregorius VII. in conciliis duobus annis 1078 & 1080. Romæ habitis initio Clericos, qui de manu Imperatoris vel Regis vel alicujus Laicæ personæ investituram Episcopatus vel Abbatiæ vel Ecclesiæ susceperit, postea autem ipsos etiam collatores excommunicaverit, nimirum, quasi hæc investituræ essent contra statuta patrum, & quasi per eas plurimæ in Ecclesiæ perturbationes ortæ & Christiana religio conculcata fuerit, ostenditque veram rationem subfuisse cupidinem Pontificis, adipiscendi imperii & infinitæ potestatis, cui accesserit spes magna facilitatis concepta ex Henrici adversa fortuna, post excommunicationem pene ab omnibus deserti & intra Canusiana moenia per triduum facti supplicis. (Ubi miror, potissimam rationem à Zieglero fuisse omissam, destructionem videlicet per indirectum juris imperatorii eligendi Pontificem Romanum, utpote quod subsistere nequaquam poterat ademto Imperatoribus jure investiendi Episcopos per baculum & annulum.) Neque adeo tam vitiosam & flagitiosam fuisse Henrici vitam, ut tam acerbam animadversionem mereretur, cum partim de Episcopatibus per simoniam collatis falso accusaretur, partim nulla sedes Episcopalis magis quam Romana simonia affecta fuerit. Non tamen dissimulari posse (§. 72. seq.) promotos sæpe fuisse ab Imperatoribus & Regibus, qui toti ab aula penderent, neque probari extra casum necessitatis potuisse, sicubi Princeps solus exclusa omni reliqua Ecclesia Episcopos constituendi jus non tam vindicaverit sibi quam rapuerit. Cæterum olim diversimode à Principibus jus concurrendi ad electionem Episcoporum

in Polonia;

Respondetur doctoribus Pontificiis.

Arcanum Papæ in oppugnando jure Principum.

Principes quandoque potestate sua abusos esse.

Modi diversi, quibus

 fuisse

Principes concurrerint ad electionem Episcoporum & eorum commoda ac incommoda.

fuisse exercitum. Aliquando scilicet Principes ipsos eorum quos promoveri vellent, nomina populo proposuisse. Et tunc nisi adulatorie consentiret populus, sed libere suffragia sua exponeret, non potuisse talem electionem improbari. Aliquando post populi atque Cleri decretum eorum voluntatem expectatam fuisse, & hunc modum, uti communissimum, ita & omnium optime se habuisse, quod ita utrimque magis libera essent suffragia. Aliquando conjunctos fuisse duos illos actus, & eodem tempore desiderium populi & voluntatem Principis ad electionem peragendam concurrisse. Hanc procedendi rationem, unicum hoc habuisse incommodum, quod præsente Principe populus eligere fere soleat eum, quem Principi gratum & acceptum esse noverit. Aliquando vero electionem summam ad se revocasse Principes, sibique unis jus istud vindicasse. Quod quidem & ipsum, si ad vitandos tumultus susceptum fuerit, non omnino improbari potuisse, cum in ejusmodi populi dissensionibus sæpe nullus sperari potuerit exitus. Sed quia intra modum illum sese non semper continuerint Principes, nec pro innata ingenii humani cupiditate supremum illud arbitrium intra terminos suos coerceri facile potuerit, sæpe illud, nullo existente discrimine, nulla urgente necessitate in simplex & absolutum versum fuisse imperium. Regesque adeo sublata à Clero & populo electionum libertate, rescriptis suis Episcopatus concessisse, etiam invitis & repugnantibus populis. Idque pluribus exemplis probatum dedisse Petrum de Marca, Hieronymum Bignonium, & Franciscum Juretum. Absolutam vero hanc Principum in eligendis Episcopis præsumtionem & jus imperiosum indigne sæpe tulisse Episcopos atque frequenter illud sugillasse, & Principibus aurem vellicasse, ut populo redderent, quod injuste abstulissent jus suffragii, quod variis exemplis adductis demonstrat. Summam itaque doctrinæ suæ (§. 77. seq.) eo redire, non debere nec posse omitti in constitutione Episcoporum consensum Principis, adeoque hunc omnino necessarium esse ad salutem tum Ecclesiæ tum Reipublicæ. (1) quia princeps sit caput populi, apex magistratuum & Cleri ipsius in externo regimine Episcopus, (2) quia ad regimen Ecclesiasticum, quod Principi competat, inprimis hoc pertineat, ut sacris præficiantur personæ idoneæ, & re-

Rationes cur Principis consensus sit necessarius.

me-

moveantur, qui doctrina & moribus offendicula ponant. Sed & (3) interesse Reipubl. quandoque, ne quis temere in ordinem Clericalem recipiatur, quia sæpe plurimi eum ordinem ideo ambirent, ut à militaribus officiis & muneribus se subducerent, vel etiam Ecclesiarum bonis sustentarentur. Maxime vero (4) considerandum hic esse, quod Sacrorum Antistites Auditorum animos flexibiles in manu habeant, eosque sermonibus suis occupare, & quandocunque libitum fuerit demagogiam exercere possint, quod eleganti exemplo Johannes Coleti, Ecclesiæ Paulinæ Londinensis Decani illustratur. (5) Esse & alium titulum, quo Ecclesiasticarum personarum electionem sibi vindicare possint imperantes, ipsum nempe jus patronatus in specie ita dictum, ex quo jure Covarruvias & alii defendant regale jus Regum Hispaniæ, Hungariæ, Burgundiæ, Angliæ præsentandi Episcopos. Huc non minus (6) pertinere etiam illud, quod primaria intentio donationum Regiarum fine prorsus suo destitueretur, si nulla omnino Regibus circa constitutionem Episcoporum competeret potestas. (7) Accedere aliquando ex statu Reipublicæ rationem aliam specialiorem eamque valde prægnantem, cum olim in regnis plerisque in Regum consilia & Consistoria, atque regni administrationem adhiberentur, non alii fere quam Episcopi, potioremque officialium numerum constituerent, ex quibus quidam Cancellarii, quidam justitiarii, quidam thesaurarii regni essent, alii alia regis munera atque negotia procurarent. Denique (8) posse etiam alias subinde se ingerere causas, propter quas ex sola & unica Principis voluntate atque decreto institutio Episcopi fieri debeat. Nam sæpe errores in Ecclesiam contra Dei verbum invectos aliter non posse evelli; sæpe schismata cavendi non aliam præsto esse rationem; sæpe Cleri suffragia factionibus, popularem electionem seditionibus perturbatas fuisse. Ex dictis denique (§. 85. 86. 87.) hæc conficit porismata. (1) Principes non habere hanc potestatem circa electiones Episcoporum ex concessione aut privilegio Pontificis Romani. (2) Regale hoc competere Principibus jure proprio, & vi ipsa majestatis, qua pollent. (3) Non potuisse Imperatores & Reges juri huic renunciare, scilicet salvo jure Regio, de quo ultimo etiam sed parum convenienter disputet Nicolaus Boerius *de-*

Etiam aliquando solius Principis.

Porismata tria de jure Principum.

Arcana Politica Papalis in controversia de homagiis Imperatoribus ab Episcopis præstandis.

cis. 31. Denique (§. *88. ad finem*) detegit arcana Politicæ Papalis circa controversiam Regibus circa juramenta seu homagia ipsis olim ab Episcopis præstita motam, sub prætextu, quasi scilicet execrabile sit, ut manus quæ in tantam eminentiam, excreverint, ut, quod nulli angelorum concessum sit, DEum cuncta creantem, suo signaculo creent, & eundem pro salute totius mundi DEI Patris obtutibus offerant, in hanc ignaviam vel stultitiam detrudantur, ut ancillæ fiant earum manuum (cum nempe olim in juramento homagii manus Episcoporum supponerentur manibus Regum) quæ diebus ac noctibus obscœnis contactibus inquinentur, sive rapinis & injustæ, sanguinis effusioni addictæ maculentur. (En novum arcanum Politicum transsubstantiationis) Atque historiam controversiæ illius, ac quomodo legati Pontificis olim nova distinctione inter juramentum fidelitatis & homagium excogitata Fridericum I. Imperatorem decipere allaboraverint distinctius exponit, subjuncto novo arcano Politico juramenti, quod jure noviori Canonico secundum formulam *c. 4. X. de jurejurando* ab eodem Gregorio VII. præscriptam præstare tenentur Pontifici omnes Episcopi. T.

Novum arcanum Politicum transsubstantiationis.

Et juramenti Pontifici ab Episcopis præstandi.

Canonistis Imperator est Papæ Carnifex & Minister.

II. Canonistis Imperator nihil aliud est quam Papæ Armiger Carnifex & Minister, in quem habet omnem potestatem. Sed his nugamentis quæ prolixe refutare nihil est opus, possimus opponere, quod è contrario diutissime Pontifices Romani potuerint institui & destitui ad nutum Imperatorum, & quod jus coronandi vel inungendi Imperatores, nihil superioritatis tribuat Papæ in illos magis quam præsidi Rhemensi in Reges Galliæ, quod eos soleat inungere & consecrare: Adeoque his omnibus tam contumeliosis Imperatoribus & quæ nunquam Principes Electores sunt admissuri, opposuisse sufficiat quod Poeta Guntherus habet lib. 6. ad proceres Germaniæ.

-- Romanus tempore prisco
Pauper erat præsul, regali munere crevit;
Nec tamen ut fasces & regni jura Latini
Vel dare præsumat, vel cuiquam tollere possit

M. ad l. 7. p. 42.

aſpirare permittitur. Patroni tamen (107) circa jam factam electionem, non indecenter poſtulatur aſſenſus. (l)

& 63. diſt. per tot.

(l) d c. ſacroſanct. in fi. & ca. cum terra in fi. co. ti.

Qualem Epiſcopum eſſe oporteat.

§. 9. Oportet autem (108) eum, qui in Epiſcopum

(107) Credo ego, ne Patroni quidem aſſenſum requiſituros Pontificios, niſi ab eo haberent Clerici, ut bene ſibi eſſe liceret. Ex æquitate enim non juſtitiæ debito, & quadam tolerantia, aut etiam ex gratia, patronatus jus introductum dicunt, ut ſcilicet Eccleſia gratiam gratia compenſaret, & ad plus dandum invitaret. Coraſ, *de offic. elect. dign. & benef. Eccleſ. p. 4. c. 6 n. 6. Z.*

Arcanum politicum introducti juris Patronatus.

ad §. 9.

(108) I. Qualitates has prolixe explicat Auguſtinus Barboſa *de officio & poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. gloſſ. 3 ſeqq.* Præcepta autem hæc parum hodie attenduntur in electionibus apud Pontificios. Atque ut conſtet, in quam diverſa nunc abeat Eccleſia Papalis, adſcribam hic verba Georgii Wicelii, qui cum ab Imperatoribus Ferdinando & Maximiliano II. juſſus fuiſſet, de religionis negocio ſententiam ſuam exponere, in libro quem *viam regiam* inſcripſit, in elencho abuſuum ita ſcribit: *Abuſus præcipuus committitur in electione, quæ parens eſt poſtea omnium corruptelarum. Eliguntur affectu magis, quam judicio: non à tota Eccleſia, ſed à certis quibusdam paucis, quorum pars major neque DEUM magnopere neque Eccleſiam univerſalem curat, neque hujus profectum ſpectat, neque ſacras callet literas, tota harum rudis, tota tenebris involuta, operibusque carnis immerſa: quo fit, ut ament potius ſui ſimilem eligere, quive ipſis commodus ſit præſul magis, quam qui ſit propenſus erga populum ſubjectum. - - Poſt quæ prima eſt cura de novis corradendis pecuniis, virtus poſt nummos, ut ſemper & de moribus ultima quæſtio. Proxima cura eſt de amplificando choro, h. e. ut turba Sacerdotum ingens præſto ſit in conſpectu Principis*

Requiſita hæc parum attendi à Pontificiis in electione Epiſcoporum.

cap. nobis de jure patr.

pum eligendus sit, (cum Ars sit artium,(109) regimen ani-

cipis sacerdotum, & quo majora veniant scandala in populo, & crimina multiplicentur ad Sacerdotum numerum. -- -- Tertia cura electo incumbit de equitatu strepituque aulico, & satrapia magnifica: cum præsulum nullus inferior præcessore suo videri velit. Inde nobis vita tota aulica, consilium aulicum, supercilium aulicum, nihil Episcopale, nihil humile, præter amictum clericalem, cæteroquin familiaribus, quia de seculo sunt, & Pseudo Evangelici, permittitur vestitus barbaricus. -- -- Et indulgetur peccaminosa crapulatio, inebriatioque dies atque noctes, & nescio quid obscænius, ne querantur de insulis sordidis &c. Similes querelas à Patribus Tridentinis non unis vicibus ingeminatas refert Petrus Suavis *in hist. Concil. Trident. passim.* Et talia apud bonos autores occurrunt plura. Z.

Eorum usus in eligendis ministris Ecclesia.

II. Valde necessarium est, ut in vocatione Ministrorum caute & accurate procedatur. Nam rari sunt piscatores animarum, qui summo studio id agant, ut animos capiant & ad Christum ducant, sed eorum qui pecunias piscantur, magna est copia, ut conqueritur D. Martinus Geier. *in Homilia super Evangelio Dominica V. post Trinitatis. mihi pag. 444. B. I. V. I.*

Requiri prudentiam gubernandi.

(109) Uti, si Resp. destitueretur bono artifice in arte sulphuraria aut bono balistario, ineptire & insanire videretur, qui ad id munus promovere vellet optimum pictorem; ita non minus ineptire intelligeretur ille, qui virum optimum & vitæ inculpatissimæ, sed rerum Ecclesiasticarum prorsus imperitum & ignarum præficere vellet regimini Ecclesiastico, uti optime ratiocinatur Thomas *cap. 2. quæst. 185. art. 3.* Fieri enim potest, ut quis sit vir optimus, sed tamen ineptissimus ad clavum regni, ad suggestum, ad familiam gubernandam, ad munus aliud, quod sustinere affectat. Optime Dn. Brentius *ad Actor cap. 1. Duo proponuntur ab Apostolis in conspectum Dei, qui ambo satis pii & honesti erant, alter autem eorum, nomine Joseph, tanta pietate coram hominibus splendet, ut & hinc cognomen*

animarum) ætate maturum (110) esse, natalibus illæsum, (111) corpore integrum, (112) fama candidum, (113)

men justi sortitus sit. Hunc tamen negligit Dominus in mittenda sorte & efficit, ut sors cadat super Matthiam virum quidem honestum, sed non tanta honestatis specie, coram hominibus præditum, quanta Joseph, atque ita Matthias, qui hominum fama postponitur, judicio Dei præponitur, &c. Z. II. 4. 1.

(110) Commodior erit locus de hoc requisito disserendi *ad §. seq.* Inter requisita Episcopi Zieglerus *de Episc. II 4. §. 8. 9. 10.* etiam referre videtur, ut Episcopus ex gremio ejus Ecclesiæ, cui præficiendus erat, susciperetur, neque adeo præteriri facile posset clerus illius civitatis, atque hanc dicit fuisse veterem consuetudinem pro regula ubique fere observatam, eamque in rem rem adducit *can nullus & can. obitum dist. 61.* item *can. sacrorum 34 dist. 63* ob rationem videlicet Politicam, quod aligenigenam imperantem nemo patiatur lubens, tum quod injuriam id inferre videatur, si indigenæ inhabilitatis arguantur, tum, quod peregrini ita adsueti non sint populo, cui præficiuntur & consuetudinibus illius loci. Et ut maxime externus aliquis rem bene gerat, tamen, quia moribus & ingenio differat, nec eam erga populum repræsentare possit benevolentiam, acsi esset indigena, inde faciles oriantur dissensiones. Respondet etiam *ad capit. ad decorem 5. X. de instit.* in quo quidem videtur Innocentio III. longe aliud placuisse, sed ostendit Zieglerus ex propositione casus ibidem contenti, Pontificem hic nihil disposuisse quod contradicat canonibus modo allegatis. Quicquid autem hujus sit, res ipsa docet, requisitum hoc non esse considerandum per modum præcepti, quo neglecto electio non valeat, sed saltem per modum consilii. T. *An extraneus etiam in Episcopum eligi possit?*

(111) I In veteri Testamento spurius usque ad decimum gradum à sacris excludebatur *Deuter. 23. v. 2.* Et hodie qui ad sutrinam *Spurii an fieri possint Episcopi?*

nam non admittitur, quomodo admittetur ad ſuggeſtum. D. Danhauer *Theol. Conſcient. P. 2. Dial. 3. Sect. 4. q. 3. S. I. ſ. 12. n. 22.*

II. Conferri hic poteſt *diſtinctio 56. per tot.* Et poſſe per diſpenſationem etiam ſpurios moribus & ſcientia inſignes ad dignitates Eccleſiaſticas admitti, Canoniſtarum eſt ſcientia. Vid. Coraſ. *de offic. Eccleſ. p 3. c. 2.* Ut hinc minus dubium ſit de legitimatis per ſubſequens matrimonium. Covarruv. *de matrim. p. 2. §. 2. num. 37.* Roſenthal *de feudis. c. 7. concluſ. 18. lit. n.* Z.

III. Conf. eund. Ziegl. *de Epiſc. II. 4. 11.* Unde excluduntur ſpurii, id eſt omnes qui non ex conjugio ſecundum canones celebrato nati ſunt, etiam filii naturales, qui alias ſpuriis contradiſtinguuntur. Ita pedetentim à Pontificibus fundamenta jacta ſunt doctrinæ, matrimonium eſſe ſacramentum. Huc etiam referuntur, ut Ziegl. *ibid. docet* §. *12--16.* jure canonico liberi in presbyteratu vel ſacerdotio aut in ſacris ordinibus parentum ſuſcepti ex perperam facta Clericis prohibitione conjugii; item ſervi & ſervilis conditionis obnoxii, liberti ſcilicet, adſcriptitii, conditionarii, uti vocabantur, qui obligati erant tributo ſervili vel aliqua conditione vel patrocinio cujuslibet domus. *c. ſi quis 7. diſt. 54.* Juſtiniani tamen tempore ſervos aliquando ad Epiſcopatum promotos fuiſſe conſtare videtur *ex Nov. 123. c. 4.* in qua conſtituitur, quod Epiſcopi per ordinationem à ſervili & adſcriptitia fortuna liberentur. T.

An filii clericorum? an liberti, ſervi?

(112) I. Nimis ſuperſtitioſi hic ſunt Pontificii, uti patet ex iis, quæ notari ſolent *ad tit. X. de corp. vitiat. ord.* quibus addi poteſt Paul. Laymann. *theol. moral. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 7.* Fundamentum petitur ex *Levit. c. 21. verſ. 18. ſeq.* Sed ut recte ibi obſervat Lucas Oſiander, hodie in eligendis miniſtris Eccleſia non eſt alligata ad has leges. Etſi enim, ſi commode fieri poteſt, tales ſunt præficiendi, qui corporis ratione non ſint aliis contemtui; tamen ſi alias ſint præclaris donis Spiritus S. ad miniſterium neceſſariis ornati, melius eſt, ut careat miniſter Eccleſiæ eleganti forma corporis, quam ut Eccleſia careat idoneo miniſtro. Z.

De integritate corporis.

Leviticum hic non obligare hodie.

II. Canonum rigorem hoc paſſu judaizare ex *Lev. 21. v. 17.* & hinc audiendum non eſſe, dicit Danhauer. *d. Q. 1. in fin.* ipſe vero diſtinguit, an vitium ſit ἄσκοπον, ita ut ad finem miniſterii ineptum faci-

Neque tamen etiam plane eſſe negligendum.

(113) literis instructum, (114) religiosum, (115) prudentem,

faciat, ut defectus brachii, manusve, epilepsia: An vero officio non officiat, illa, non hæc repellere asserit. Bene vero monet Gerhard §. *178.* quod quamvis Ecclesia novi Testamenti non præcise ad legem illam Leviticam sit alligata, tamen εὐσχημοσύνης ergo, quantum fieri potest, tales Ministri sint eligendi, qui ob defectum aliquem corporis non sint aliis contemtui. *S. I. 5, 12.*

III. Idem judicium ferendum arbitror de exclusione spuriorum ab Episcopatu. Conf. Ziegl. *de Episc. II. 4. 23.* De castratis est canon Concilii Nicæni *in dist. 55.* contra quem tamen castratos ad Episcopatum admissos & sub distinctione admittendos notat idem §. *24 - 27.* Et de monoculo §. *28.* monstrat *canonem fin. dist. 55.* sine ulla distinctione, utrum invito, an volenti oculus ademtus fuerit, ab sacerdotio monoculum excludentem contrariari *canon. apostol. 77.* & doctrinæ Zonaræ ac Theodori Balsamonis. T. *Quid de castratis? De monoculo?*

(113) I. Id est sine crimine *cap. 1. dist. 81.* idquod inculcavit & Origenes *homil. 6. in Levit.* relatus *can. licet. C. 8. q. 1.* Inde nomina Episcoporum proposita populo, ut si quis haberet, quæ adversus famam monere quid possit, audiatur, quem morem Christianorum Alexander Severus in collatione secularium officiorum imitatus est. Cæterum ad judicandum de cujusque moribus multum conducet inspectio eorum, quibuscum eligendus hactenus conversatus fuerit. Quæ singula fusius exponit Ziegl. *de Episc. II. 4. §. 35. 36. 37.* T. *Bona fama Episcopi.*

II. Quartum requisitum est vita bene acta seu ut sit vitæ honestæ. *Nov. 123. c. 1.* Sed quomodo hoc observetur in propatulo est. Vita Academica quæ sit, omnes novimus. Malum ita inveteratum, ut vix emendationem admittat, nisi Principes Evangelici communicatis consiliis hanc bestialem licentiam peccandi ex Academiis eliminaverint, & inter Academias omnes quædam unio fiat ac confœderatio, qua ratione disciplinam Academicam utcunque restaurari posse spero. Interim rebus sic stantibus, nisi quis notorie emendatioris sit vitæ, ac testimonium pietatis a Theologis Academicis, sive *Querela de moribus nostris.*

tem, temperatum, castum, hospitalem, mansuetum, irre-

sint Professores, sive sint Pastores Ecclesiæ, legitime impetraverint, non facile ad Pastoratum Ecclesiæ aliquem juvenem ex Academiis evocandum esse putarem. Optandum, ut repurgaretur in singulis provinciis aliquod Monasterium, in hunc finem, ut ibi alerentur emeriti Theologi, qui juvenes ad officium Ecclesiasticum aspirantes in praxi informarent, & ut Candidati, si quid profanitatis in Academiis contraxerint, per veram pœnitentiam ibi deponerent, antequam in sacrum ordinem cooptarentur: Aut, quia hoc sperari vix potest, hoc posset per publicam legem constitui, ut Candidatus Ministerii domo ac mensa alicujus probatæ fidei ac vitæ Pastoris Ecclesiæ utatur, ut ab eo discat artem pascendi oves ac agnos Christi, ut nemo ab ullo Patrono sub pœna amissionis juris præsentandi pro illa vice præsentaretur, qui non fuerit prius per annum in praxi officii Ecclesiastici informatus, ut omnes bene præparati accedant ad grande & periculosum munus pascendi oves & agnos JEsu Christi & ad curam animorum. *Quid est cito manus imponere*, inquit Leo *c. 5. dist. 61. nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere &c.* Ideo in Meldensi Concilio constitutum, ut hi qui ordinari cupiunt, nullatenus ordinentur, nisi in loco certo & religioso, vel etiam in civitate saltem uno anno immorentur, ut de vita & conversatione atque doctrina eorum certitudo possit agnosci. Regino Prumiensis *de Disciplin. Eccles. §. 429. B. I. s. 10.*

Consilium de eorum emendatione.

III. Laudem meretur hoc passu Ducatus Brunsuicensis, ubi non saltem ex multis Monasteriis scholæ formatæ; sed & in specie pro studiosis Theologiæ singulare Monasterium instructum, unde postea, prout cujusque eruditio exegerit, ad officia ecclesiastica promoventur. Simili ratione in Academia Tubingensi id ordinatum, ubi magno numero studiosi Theologiæ aluntur & officiis Ecclesiasticis præparantur. Conferatur de Monasteriorum apud Protestantes usu legi-

Praxis hujus consilii.

legitime ordinando. Zepper. *Polit. Eccles. lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 13. S. I. 5. 10.*

IV. Uti in Papatu institutio Monasteriorum, & Canonicorum habuit laudabilem scopum, sed mox ob non conjunctam prudentiam ratione mediorum, degeneravit in superstitiones, larvas ceremoniarum, fastum & affectationem tyrannidis in conscientias, ut suo loco *ad tit. ult.* hujus libri videbimus, ita etiam maxime cavendum erit in consiliis modo datis, ne eadem degeneratio metuenda sit. T. *Monitum circa idem.*

(114) Ex doctrina Pauli constat, *1. Tim. 3. 2.* Episcopum debere esse διδακτικὸν, aptum ad docendum. Διδακτικὸς autem esse vix poterit, nisi antea varia doctrina probe instructus fuerit. Præcipue autem in scripturis debet esse exercitatissimus. Has ad amussim calleat, & si fieri possit, ediscat, imo ad exemplum tam Ezechielis, tum Johannis prorsus comedat librum divinum. Præterea tamen καλὴ illa διδασκαλία, præclara doctrina, quam in Timotheo laudat Paulus *1. Tim. IV. 6.* latius sese extendit ad varia bonarum artium ac disciplinarum genera. Nec omittendum erit studium philosophiæ, quippe quod ubique insignem usum in Theologicis controversiis præstat. Quamvis enim ratio religionis principia sumat à lumine fidei, tamen hoc lumine præeunte, ex hisce principiis secundum normas bonæ & necessariæ consequentiæ impressas ab ipso Deo creaturæ rationali, & solet & debet judicare, quomodo partes cœlestis doctrinæ inter se cohæreant, & se mutuo stabiliant, quid cum illis consentaneum, quid ab illis dissentaneum sit. Credimus supra rationem, non temere aut irrationabiliter. Nam ratio nostra concipit id, cui fidem adhibemus vere ita se habere, & ex principiis sacræ scripturæ recte deduci. Consentit Augustinus *lib. 2. de doctr. Christ. c. 31. & 32.* & Clemens Alexandrinus *lib 1. Stromat.* ubi addit: Græcanicam Philosophiam si accesserit, non quidem validiorem facere veritatem, sed sophisticos insultus ab ea amoliri, & insidias omnes evertentem sepem esse & loricam Dominicæ vineæ. Quemadmodum vero, quod Græcanicam Philosophiam attinet, id cum grano salis accipiendum est, & observatis cautelis, quas dedi *in cautelis circa præcognita Jurisprudentiæ, cap. 6. §. 23. seq.* ita per philosophiam multo minus intelli- *Eruditio Episcopi.* *Etiam in Philosophia.* *Græcanica Philosophia qualis usus?* *Nullus usus scholastica.*

telligenda eſt philoſophia ſcholaſtica de inſtantibus, relationibus, quidditatibus, formalitatibus, item de ſyllogismis arte contortis & humanis argutiis ſollicita, utpote qui candidatos miniſterii potius corrumpit & ad gerenda munera Eccleſiaſtica prorſus reddit inidoneos. Quæ ſingula fuſius explicat Zieglerus *de Epiſcopis II. 4. §. 30--34.* Cum autem ſtudium Philoſophiæ potiſſimum ex Gentilium libris hauriatur, idem *§. 53--56.* notat, jam olim & nunc etiam aliquando diſceptatum eſſe, utrum libri tales admittendi ſint in Chriſtiana Rep. & utrum ab Eccleſiaſticis viris legi debeant? Et quæſtionem affirmat, provocans inſuper ad autoritates & rationes Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni, imo ipſius Auguſtini. Et cum diſſentientes objicere ſoleant, Hieronymum ideo protractum ad tribunal Domini ibique flagris cæſum eſſe, quod ſecularium literarum libros ſtudioſius legiſſet, ut ipſe de ſe refert *epiſt. 21. ad Euſtochium,* ex ipſo Hieronymo *lib. I. adv. Ruffin.* monſtrat, totam iſtam Hieronymi relationem merum fuiſſe ſomnii ludibrium, & ex Rhetorum diſciplina confictam narrationem, optatque, ut ex Platonis, Socratis, Senecæ & aliorum ſcholis didiciſſent nonnulli Epiſcopi recte vivendi rationem, ita enim illos facilius deinde Chriſtianas doctrinas imbibere potuiſſe, quas utrasque turpiter ignoraverint; additque doctrinas bene vivendi à philoſophis illis traditas, (ego ſubjicio quasdam, non omnes per tradita *in cautelis modo citatis d. l.*) tam conformes eſſe diſciplinæ Chriſtianæ, ut in hac proficere optime poſſit, qui in illis bene exercitatus fuerit. Concludit: *Sed præſtat ignorantibus illis vitam ducere ſine modeſtia, & ſine ulla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis intelligere, & temere judicare, quam eruditum aliquem pulverem attingere, & ſe muneri, quod capeſſunt, aptos reddere. Ita ſcilicet manent aſini pelle Leonina tecti & ſimiæ in purpura.* Recte quidem dolet Brunnemannus *§. I. ſ. 9.* quod vix ulla in Academia ad ſtudium pietatis excolendum propagandumque manuducantur ſtudioſi Theologiæ, ſed cavendum tamen maxime, ne ſub prætextu ſtudii pietatis inculcetur ſtudioſis contemtus literarum humaniorum & philoſophiæ, inprimis moralis aut juris naturæ, aut ſaltem iſta ſtudia dicis gratia & ſuperficiarie commen-

Studioſos Theologiæ etiam legere debere autores Ethnicos. Non obſtante fabula ab Hieronymo conficta.

Monita circa ſtudium pietatis.

den-

irreprehensibilem, (116) secundum ea quæ latius infra (m) dicturi sumus. Si enim ad seculares honores sine suffragatione meritorum indignum est perveniri, & notari ambitus solent, quos probitatis documen-

(m) infra, de vit. & honesta. cler.

dentur; quod non potest non fieri, ubi primarium fundamentum doctrinæ esse solent invectivæ in rectam rationem. Conjungenda utraque: pietas & eruditio: Duo sunt fulcra primaria Papatus. Pietas sine eruditione, ac eruditio sine pietate. Illo vitio laborat Theologia mystica, hoc scholastica, ut latius ostensum *in præfatione ad versionem Germanicam Grotii de jure belli & pacis*. T.

(115) Sed & hoc caute intelligendum. Nam notum est, quod Pontificii per religionem intelligant vitam monasticam, id est fucatam pietatem & superstitionem conjunctam cum ignorantia. Vide infra dicenda *ad libr. 2. Tit. 10. §. 18.* T. *Religiositas falsa.*

(116) Commentarii loco hic esse poterunt, quæ habet Zieglerus tum *in notis hic*, tum *de Episc. II. 4. §. 38--45.* Excerpemus saltem inde præcipua. Castitas requiritur in Episcopo, hoc est, ut omnem caveat cum fœminis indecoram familiaritatem, omnem cum illis conversationem suspectam, & tum verbis, tum operibus, unde maligna possit oriri opinio, studiose abstineat. Si quis ergo ex oculis patrantibus mollem ostendat petulantiam, si quis verba proferat turpia & obscœna, si quis incessum habeat tute compositum, & ne vestigia quidem pedum extra mensuram & numerum, aberrare faciat, vix erit, ut ab eo deinceps boni aliquid & Episcopo dignum expectari queat. Per temperantiam non intelligenda modo ea virtus, quæ cum libidine pugnat, sed ea, quæ in omni virtute cernitur, ne fornicatorem tantum impudicum esse putes. Est & alia concupiscentia carnali minime inferior. Et avarus ergo, & invidus, & iracundus, & hypocrita, & omnis flagitiosus turpis & intemperans dici, & eo censeri nomine potest. Modestia in omni opere, tum inprimis in vultu & oculis atque sermone, sed & in vestitu conspicua esse debet, *Castitas qualis? Qualis temperantia? Modestia.*

menta non adjuvant (117) quam diligens ac prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & Ecclesiasticarum dignitatum.

Minor triginta annis, excommunicatus, suspensus, & non constitutus in sacris, & schismaticus non reconcilatus, non possunt eligi.

§. 10. Igitur is, qui ad Episcopalem dignitatem promovendus est, annos natus esse debet non minus (118) triginta: (n) nam ea ætate Dominum (o) & ba-

(n) cap. cum in cunctis de elect. *(o) can. presbyter dist. 78.*

debet, scilicet ut nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Nam nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt. *Sobrietas.* Sobrietas autem est virtus, quæ docet diæta sancte uti, & servare debitam moderationem in cibo & potu, ut animi & corporis vires conserventur & reficiantur. *Hospitalitas.* Hospitalis esse debet, si non quoad effectum semper, saltem quoad affectum, cum non omnibus nec semper suppetat, unde hospitalitatem exercere possint. *Imprehensibilitas.* Irreprehensibilis, non quod à calumniis liber esse queat, sed ut liber sit à vitio de quo juste incusari possit. *Justitia.* Et proinde abstinendum etiam à specie mali. Sit in actionibus suis justus, servet fidem datam, nec injuriam inferat cuiquam. Sit humilis & ab omni superbia alienus. Sit patiens, nec ad quamvis injuriam leviusculam irritabilis, sit sua sorte contentus. Sit denique bonus paterfamilias, qui propriæ domni præesse didicit. T.

Probitas an liberet ab ambitu. (117) Puto ego adjumentum hoc non liberare à crimine ambitus, etsi facere possit, ut pœna mitigetur. Nec enim precio emere aut aliis artibus comparare decet dignitates & officia. Z.

ad §. 10.

Juvenes non indistin- (118) I. De ætate eligendorum non potest regula quædam generalis tradi, sed ἱκανότης hic est respicienda, quæ in quibusdam citius,

baptizatum esse, & concionatum fuisse legimus: (119) alio-

tius, in quibusdam tardius sese exserit. Egregie Ignatius *Epist. ad Magnes. Neque etiam contemnenda est Episcopi juventus, sed secundum voluntatem DEI patris, omnis reverentia ei tribuenda est, quemadmodum facere novi sanctos presbyteros, non respicientes ad eam, quæ apparet, juventutem, sed ad prudentiam, quam in DEO habet. Quandoquidem annosi continuo sapientes non sunt, neque senes possident intelligentiam, sed spiritus qui in hominibus est.* Male tamen Ecclesiæ consulunt, qui inidoneos prorsus adolescentes, & tantum non pueros ei præficiunt. vid. Claud. Espencæus *de continent. lib. 4. c. 2.* Ita aliquando puer nondum quinquennis Remensis electus fuit ArchiEpiscopus, quod ipse conqueritur Baronius *ann. 925. n. 9.* Et de Johanne XII. apud Luitprandum sunt testimonia, quod ordinationes Episcoporum precio fecerit, & quod annorum decem Episcopum in Tudertina civitate ordinarit. Ætas autem 30. annorum generaliter selecta est, quia solidæ ea ac perfectæ prudentiæ esse creditur. Z.

Ætas contemnendi.

Non tamen pueri eligendi.

II. Latius modo dicta illustrat idem *de Episc. II. 4 §. 17--22.* imprimis quod nimis sæpe recessum fuerit apud pontificios à regula ætatis hic posita, cum complures hujus seculi principes sibi sanguine conjunctos adolescentulos in summas cathedras curaverint promovendos, ipso Baronio ea de re conquerente. Imo olim puerum ferme decennem in Papam electum fuisse, graviter in ejusmodi abusus de electionibus puerorum in Episcopos conquerentibus Ivone Carniotensi, & Bernardo Abbate Clarevallensi. Frustra etiam à Canonistis afferri, excipiendos esse ab ætate requisita consanguineos Regis & sublimes personas, ideo quod sub eorum autoritate in tuto sint bona Ecclesiastica. Quasi vero propter bona Ecclesiastica instituti essent Episcopatus &c. T.

Arcana Pontificiorum in eligendis pueris.

(119) I. Salvator suo hoc exemplo noluit certam regulam præscribere, vel definitum annorum numerum in eligendis ad ministerium determinare. Nec Apostolus in forma, juxta quam eligen-

Ætas Christi non probat legem. Apo-

 di

alioqui si quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem (p) juris est in iis, qui aut excommunicationis, aut suspensionis vinculo sunt innodati. Sed nec ii, (q) qui in sacris ordinibus non sunt (120) constituti, saltem sub

(p) sup. eod. tit. §. illud & §. seq.
(q) can. de Syracusana in fi. dist. 28. ca. a multis de ætate & qualit.

---

stolus de ætate non facit mentionem. di sunt ministri, ullam certæ ætatis mentionem facit, cum tamen alibi de vidua ad certas quasdam operas Ecclesiæ præstandas eligenda præcipiat, ne minor sit sexaginta annis, *1. Timoth.* V. *9.* Z.

Abusus dictorum scripturæ. II. Utinam hic modus torquendi textus scripturæ sacræ penitus per Reformatores esset extinctus, & non potius per nimiam venerationem Patrum, (qui nec semper ab ea sint immunes) aut Canonistarum etiam, tam apud Theologos, quam JCtos nostrates altas radices egisset etiam in animis & scriptis Doctorum Evangelicorum, in tantum, ut fere pro crimine habeatur, si quis talia moneat. *Color alius argumento illi quæsitus.* Cæterum ideo in Episcopo requirunt annum ætatis trigesimum canones, quod Episcopus non possit quis esse, nisi presbyter antea fuerit: presbyter vero olim fieri non poterat, nisi annos natus triginta *c. 1. & seq. dist. 78.* De presbytero vero hanc rationem assignat Concilium Neo-Cæsariense *c. 11.* quia Christus anno ætatis 30. baptizatus fuerit & tum demum docere cœperit. T.

Gradus observandi. (120) I. Vid. Mar. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 3. c. 4. n. 4. seqq.* Gradatim enim ordinatimque ad Ecclesiæ ordines adscendendum est, Claud. Espencæus *digress. l. 1. cap. 16.* Conf. *novell. Justinian. 6.* & ad eam Cujacius. Z.

Origo hujus regulæ. II. In tractatu de *Episc. II. 4. §. 77. 78. 79.* notat, in Concilio Sardicensi fuisse constitutum, ut non prius ordinetur quis, nisi ante & Lectoris munere, & officio Diaconi aut Presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, adscendat ad culmen Episcopatus, similiaque inculcari à Zosimo Episcopo Romano *c. qui ecclesiasticis dist. 36.* & in Synodo Constantinopolitana, quæ prima & se-

& secunda Græcis dicitur *can. 17.* Sed & hic sæpius in fraudem canonum fuit peccatum. Nam Photius, cum satellitum ense armatorum Dux & primus à secretis Imperatori esset, è Laico intra sex dies, gradatim quidem, sed præcipitanter admodum Patriarcha creatus est. Primo namque die fuit Monachus, altero Lector, tertio Subdiaconus, mox Diaconus, Presbyter, & sexto Patriarcha factus est. Quare & Justinianus Imperator noluit præcipitatam admittere ordinationem *Nov. 6. c. 1.* & *Nov. 123. c. 1.* Denique illud addit, quod maxime huc videtur facere, & nostro seculo non raro contingit, graviter reprehendi à Gregorio Nazianzeno eos, qui prius fere, quam primam abjecissent lanuginem, divinaque atria ingressi essent, priusquam sacra volumina novissent vel de nomine, priusquam novi veterisque instrumenti signa & notas cognossent; Si tres PIAS VOCES didicissent, ex auditione quidem potius, quam ex lectione, statim pallium contrahant, aut Zonatenus philosophentur, PIETATISQVE objecta specie ac fuco semetipsos oblinant, ut profani vulgi præconio laudentur. Non mea hæc sunt, sed Ziegleri verba *d. §. 79.* T.

Fraus eidem facta.

Aliquando prætextu pietatis.

III. Mirari lubet mores nostri temporis, dum qui juvenes adhuc sunt, ad curam animarum, imo ad Superintendentum ac Inspectorum (qui apud nos vicem Episcoporum ex parte sustinent) officium adspirant, putantes, si controversias bene norint, se ad id munus satis fore idoneos. Qua in re sæpissime erratur. In nullis aliis officiis id contingit. Insolitum enim, imo vero inauditum est, ut juvenis ex academiis veniens statim desiderare valeat locum inter Consiliarios Principis, vel ambire officium Consulis Civitatis vel Præsidis. Studiosus Medicinæ si vellet statim inter Archiatros numerari, iste non esset ferendus. Si is qui stipendia bellica nunquam fecisset, vellet statim gubernare legionem vel vexillationem vel præsidialem militem in urbe, rideretur ab omnibus. Si studiosus Philologiæ statim vellet esse Rector Gymnasii alicujus celebrioris, absonum id foret, plura enim ad Gymnasii regimen pertinent. Per gradus ascendendum est, non per saltum. Veteranos enim ab inferioribus ad superiores gradus evehi æquum est, si ante ita præfuerint Ecclesiis suis, ut frequentioribus utiliter præfici possint, *B. I. s. 11.*

Alia querela de moribus nostris.

ſubdiaconatu, neque ſchiſmatici (121) eligi debent.

Eligentes indignum per triennium eligi non poſſunt.

(r) *c. cum in cunctis.* §. *fin.* & *c. cum Vintonienſ.* & *c. per inquiſitionem de elect.*

§. 11. Illi (r) quoque qui ſcienter indignum eligunt, (122) non ſolum eligendi poteſtate privandi ſunt: (123) ve-

Hæreſis & Schiſma.

(121) I. Hæreſis & Schiſma quid differant, vid. Joh. Rainold *prælect. 1. p. 3. 4. ſeq.* Claud. Eſpencæus *in Epiſt. ad Tit. c. 3. p. 602.* Z.

II. Sedes hujus differentiæ eſt infra quærenda. *Lib. 4. tit. 4.* §. *1.* ubi pluribus ea de re videbimus. T.

ad §. 11.

Exempla plura Epiſcoporum indignorum. & indoctorum.

(122) Plurimæ extant apud ſcriptores Eccleſiaſticos querelæ, quam parum obſervatæ fuerint jam olim in electionibus Epiſcoporum requiſita hactenus adducta. De Epiſcopis variis criminibus contaminatis extant querelæ Gelaſii Papæ, Alcuini, Ivonis Carnotenſis, Georgii Wicelii, Claudii Eſpencæi. De Epiſcopis indoctis antiqua & nova proſtant exempla. Fuere enim etiam prioribus ſeculis Epiſcopi, qui literas prorſus neſcirent, ut patet ex Optato Milevitano *cap. 133.* ex ſubſcriptione actorum concilii Epheſini II. ex *Novell. 137. præfat.* ex Caroli Calvi epiſt. ad Nicolaum Papam, ex querela Epiſcoporum in Concilio Valentino congregatorum. Nec defuerunt talia exempla patrum noſtrorum ætate teſtibus Alphonſo à Caſtro Minorita, Iſidoro Clario aliiſque. Fuere quippe qui per 30. annos concionati ſunt, & neſciverunt, alia eſſe Evangelia præter eas partes, quæ in Eccleſia paſſim leguntur. Fuere, qui in lectione vocum *Metropoliticæ*, itemque *aenigmate* hæſitarunt, nec ea recitare potuerunt. In ejusmodi Epiſcopos graviter invehitur Nicolaus de Clemangis. Gregorius Magnus Epiſcopatu quondam excluſit Presbyterum, eo quod Davidis hymnos memoria non teneret. Rigorem hunc noſtris temporibus non convenire cenſet Alexander Sperellus. Vana tamen eſt recentioribus temporibus quorundam perſuaſio, quaſi imperitia & ignorantia Epiſcopi ſuppleri poſſit per eruditionem Coadjutoris. Longe aliter viſum fuit Innocentio III. *lib. III. epiſt. 194.* Ziegl. *de Epiſc. II. 4.* §. *46--52.* Addit idem §.

57--

verum etiam per triennium, ut ab aliis eligi possint, se ipsos inhabiles reddunt. (124)

Neophytæ non possunt eligi.

§. 12. Neophyti (s) quoque (125) in Episcopos ordi- (s) *can. 1. dist. 48.*

57--63. querelas Pauli Langii de electione Episcoporum omnibus vitiis inquinatorum. Id vero omnium turpissimum & prorsus execrabile est, quod ad Episcopatus aliquando promoti fuerint cinædi & mascula venere inquinati, cujus rei aliquot exempla profert Ivo Carnotensis *epist. 66.* Nec ullum est flagitium tam enorme, quo non contaminati aliquando fuerint, qui in sacerdotio vixerunt & Episcopalem dignitatem affectarunt. Quin & ipsa sedes Romana contaminatissima aliquando ejusmodi criminibus fuit. Non poterit sine gravi commotione legi, quæ Luitprandus de initiis seculi decimi de Theodora scorto filias suas Pontificibus variis & Thusciæ Marchionibus prostituente, & ejus filia Marozia memorat *lib. 2. c. 13. & lib. 3. cap. 12.* nec habet Baronius, quo excusare possit tam nefandas nequitias, quibus tum polluta fuit Romana sedes. Pertinet etiam huc *cap. 18.* concilii Toletani IV. & inde desumtus *can. qui in aliquo dist. 51.* Excluduntur ibi etiam ab Episcopatu, imo olim etiam à Clero prorsus exclusi fuere, qui seculari militiæ dediti sunt. Nihilominus tamen recentioribus temporibus ad istum dignitatis gradum & ulteriorem etiam promotum legimus. Huc pertinet integra dissertatioZiegleriana de Episcopo milite. T. *Item vitiosissimorum.*

(123) Scilicet quoad electionem proxime futuram. *cap. 25. X. de elect.* Z. *Limitatio textus.*

(124) Sed illa inhabilitas, ni fallor restringenda est ad solam illam Ecclesiam, in qua electio indigni facta est, quippe quam specialiter offendit, *c. 37. de elect. in 6.* Z. *Alia limitatio.*

ad §. 12.

(125) Deducitur hæc prohibitio ex 1. *Tim. III. v. 6.* Hos etiam ad summum sacerdotium admitti noluit concilium Nicenum I. *can. 2.* & *Exempla Neophytorum in Episcopos electorum.*

& Justinianus *Nov. 123. cap. 1.* Occurrunt tamen in historia Ecclesiastica exempla in contrarium. Nam Ambrosii ordinatio videtur duplici vitio laborasse, & quod cathechumenus adhuc esset, & quod ex Laicorum ordine assumeretur. Ita jam ante Ambrosium Nectarius pariter catechumenus & Laicus in Episcopum Constantinopolitanum promotus erat. Sic & Gregorii Nazianzeni tempore Gregorius nondum baptizatus, ad Cæsareensem Episcopatum promotus fuit. Excusat quidem Ambrosius suam hanc ordinationem, quam contra regulas Apostolicas factam ipse diffiteri non potest, quod in ipso non fuerit superbia sed humilitas. Sed hæc ratio non placet Zieglero *de Episc. II. 4.* §. 74. qui in *notis hic* memorat, ideo patres hunc ejus electionem divinæ potius quam humanæ jussioni tribuisse, id est, ut *dicto* §. 74. loquitur, eam electionem pro extraordinaria plane & prorsus divina habuisse e exemplo ipsius Valentiniani Imperatoris. Eadem ratione Sozomenus exemplum Nectarii ad motum quendam divinum refert ap. eundem §. 75. & quomodo in §. 76. electio Gregorii Cæsareensis narratur, ad similem motum divinum videtur respexisse Gregorius Nazianzenus. Miror autem, quod Zieglerus *d.* §. 74. ipse etiam malit Ambrosii promotionem pro divina habere, nec senserit, hoc pacto crassissimo Papatui fenestras aperiri. Non vult Apostolus neophytum eligi in Episcopum. Attamen Ambrosius (magnum illud Ecclesiæ lumen, qui primus ausus est Imperatores excommunicationis timori exponere, & ita fundamentum non contemnendum tyrannidis Clericalis, forte præter intentionem ponere) fuit neophytus. Quid hic faciendum? Textus nimis perspicuus est, ut non possit torqueri. Ratio textus nimis aperta est & palpabilis, ut non possit negari. Nihil restat, quam ut provocemus ad divinum nutum & instinctum, ut modo salvetur autoritas Patrum. Quid est Laicis fucum facere, si hoc non est. Ergo cessemus tandem adulari antiquitati & Patribus, & salva reverentia Patribus debita, vel de ipsorum factis ita loquamur, ut scapham scapham appellemus, vel saltem, si adhuc timeamus Clerum & inter nos quandoque papizantem & veritatis professores calumniis persequentem, judicium nostrum suspendamus. Uti & meum

Ambrosii,

Gregorii Cæsareensis, Excusatio horum exemplorum.

Latent sub hac excusatione Papismus.

dinari prohibentur: indecens eſt enim, & valde præpoſterum, eum fieri magiſtrum, qui nondum didicit eſſe

---

um ſimili timore commotus hoc loco ſuſpendo. Supereſt & alius ſignificatus Neophytorum à Zieglero utrobique memoratus, ſcilicet denotans Clericos nuper è manachorum vel Laicorum numero in Clerum adſcriptos. Sed de his jam occupavimus dicere *ad* §. *10. not. 120. n. 11.* Monet vero hodierna etiam quorundam doctrina, ne dicam an praxis, ut antequam ab hoc titulo abeam, non omittam doctrinam Ziegleri *de Epiſc. II. 4. §. 64.-72.* circa quæſtionem; an ad requiſita futuri Epiſcopi requiratur etiam paupertas aut vilitas ſtatus? Supponit initio, in Epiſcopis primitivæ Eccleſiæ conſuetudine magis, quin & neceſſitate id poſtulante, paupertatem maxime commendatam fuiſſe. Ex dictis *Luc. XIV. 33.* & *Matth. XIX. 21.* conficere nonnullos, male cohærere divitias & bonorum poſſeſſiones cum Statu Clericali & Eccleſiaſtico: Idque argumentum præ cæteris prolixe tractaſſe Marcum Antonium de Dominis *de Rep. Eccleſ. lib. 9. cap. 1.* In hanc ſententiam induci inſuper ſolere nonnulla Patrum dicta, quibus paupertatem Clericis ita quaſi propriam facere ſoleant, ut non videantur conſiſtere poſſe miniſterium Eccleſiæ & bonorum temporalium poſſeſſio. Huc pertinere dicta Auguſtini *c. nolo, c. non dicatis, c. certe C. 12. q. 1.* Hieronymi *in Epiſt. ad Titum c. 1.* Chryſoſtomi *homil. 15. in 1. ad Timoth.* Petri Bleſenſis *epiſt. 147.* item exempla ejusdem Auguſtini, Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis, & Lactantii, atque edicta Conſtantini ac Valentiniani Senioris *l. 3. & 17. C. Theod. de Epiſc.* Sed ad iſta reſpondet Zieglerus, neque Chriſti eam fuiſſe intentionem, neque Apoſtolorum exemplum accommodari huc commode poſſe, & quæ ex Patrum ſcriptis adducuntur ſententias, ſi ita crude accipiantur, non ſatis conformes eſſe intentioni Salvatoris, & leges denique civiles plane diverſam gerere ſanctionis ſuæ rationem. Quæ ſingula latius ibidem declarat. Et quamvis illud ulcus, de erroribus Patrum tangere rès ſit periculi plena, unde & noſter dicit, neceſſe non eſſe, ut de patrum dictis & ſententiis, quid ſtatui debeat, prolixe exponat, non tamen id diſſimulare

Alius ſignificatus Neophytorum.

An ad futurum Epiſcopum requiratur paupertas aut vilitas ſtatus?

(t) canon. 2. eod. dist. esse discipulus. Appellantur autem Neophyti, (t) qui propositum sacræ religionis noviter assumpserunt.

DE

lare potuit, videri illos, inprimis Augustinum abreptos esse communionis bonorum studio, quam in primitiva Ecclesia tam feliciter cessisse sacra nos doceat pagina. Qua ratione etiam Gregorium M. Augustino, Anglorum Episcopo, Clericorum collegium instituturo communionem suasisse ad exemplum prioris Ecclesiæ introducendam *c. quia C. 12. q. 1.* Secutos ergo illos fuisse non tam sensum & intentionem Christi & Apostolorum, quam nudam literam & corticem verborum, quanquam ipse negare nolit, paupertatem sæpe incitamentum pietatis esse, & cultum divinum inter pauperes acuratius foveri, quam inter divites & opulentos. Sine dubio enim eos, qui adsueti fuerint frugali vitæ & paupertati, Ecclesiarum commodis & utilitati, salutique melius consuluisse, quam qui jucundissime antea & sumtuose vixerint, idque observatum etiam fuisse veteribus. Nec semper tamen prospere successisse pauperiorum hominum ad Episcopatum promotionem. Observasse id, & inter vitia seculi recensuisse Theganum de rebus gestis Ludovici. Non etiam putandum esse, sub prima Christianæ religionis initia, quibus dos Episcopatuum non ex opibus ac censu pendebat, sed ex pietate, & ut plurimum insequente martyrio, dignitatem eam multum concupitam fuisse à proceribus & primoribus Rerumpublicarum. Nec tales etiam fuisse Apostolos olim, adeoque se putare, tenuioris fortunæ homines DEO magis placuisse, ut fundamentum Ecclesiæ ponerent, quam eos, qui potentia & facultatibus præstantes essent, utve sola hæc divina vis & efficacia in propagatione Evangelii elucesceret, nulla scilicet adjecta potentia, nullo hominum splendore & gravitate. Sequentibus vero temporibus plurimos ex illustribus & Regiis familiis munus illud suscepisse, sed abdicato prorsus statu seculari, quia videlicet non modo inter proceres imperii & regni numerari inceperint Episcopi, & in Comitiis suas habuerint Sessiones, Principumque Con-

Confiliarii fuerint, fed etiam divitiis atque opibus ita præpolluerint Ecclefiæ Cathedrales pleræque, & tanta in illis fuerit bonorum affluentia, ut Epifcopi earum faftum pene Regium exprimere & fuftinere poffent. Acceffiffe deinceps poteftatis fecularis conceffionem & combinationem; & ex eo tempore Regum filios & Principes Imperii certatim dignitates iftas Ecclefiafticas ambiiffe, ac plurimos adhuc ætate puerili id nomen adeptos effe. Poftquam igitur placuerit Ecclefiæ ftatum ita ordinare, ut, fi non conveniret plane, quam proxime tamen accederet ad ftatum fecularem, etfi tota hæc metamorphofis à regno Chrifti plane aliena fit, non potuiffe eum fubfiftere fine adjumento & brachio feculari undecunque petito. Et ea propter, fi temporale commodum refpiciamus, utiliter fæpe ad Epifcopatus promotos fuiffe, qui hoftibus & adverfariis dextera fua fortiter refiftere poffent, quique potentia feculari fufficienter inftructi effent. Hactenus Zieglerus. Mihi videntur, ut pauciffimis me expediam, variæ propofitiones hic feparandæ. (1) Non confundenda eft cum paupertate abdicatio aut potius communio bonorum. Hac confufione decepit orbem Clerus Pontificius, jurans votum paupertatis, & omnia trahens in communionem ordinis monaftici, aut Ecclefiæ repræfentativæ. (2) Nec divitiæ nec paupertas directo ineptos reddunt homines ad fapientiam, pietatem, munus Ecclefiafticum. (3) Divitiæ æque ac paupertas plerumque irritant homines ad multa mala, ut proinde fapiens precetur à Deo, ut nec divitias ipfi largiatur, nec in paupertate vivere finat. (4) Eadem eft ratio ftatus honorati & abjecti. (5) Uti divitiæ & ftatus honoratus homines irritare folent ad fuperbiam, violentiam, injuftitiam, ac adulationibus aliorum eos exponunt; ita paupertas & ftatus abjectus homines irritant ad impudentiam, ftultam ambitionem, fraudulentiam & adulationes, eosque fere ineptos reddunt, ut ditiorem & honoratiorem fortunam ferre non poffint. Spectat huc maxime locus Thegani fupra citatus apud Ziegl. *d. l.* §. 70. *Poftquam tales culmen accipiunt, nunquam funt, ficut antea manfucti & fic domeftici, ut non ftatim incipiant effe iracundi rixofi, maliloqui & obftinati, injuriofi & minas omnibus fubjectis promittentes, & per hujusmodi negotia cupiunt ab hominibus timeri & laudari.*

Diftincte refpondetur ad quæftionem propofitam.

O Tur-

DE POSTVLATIONE.
TITVLVS IIX.
Quid sit postulatio.

§. 1.

(a) gl. in ver. vera

POstulatio (a) est (126) ejus, qui eligi non potest (127)

Turpissimam cognationem eorum à jugo debitæ servitutis nituntur excipere, & libertatem imponere. Tunc aliquos eorum liberalibus studiis instruunt, alios nobilibus fœminis conjungunt, & propinquos eorum filios nobilium cogunt accipere. Nullus cum eis æquanimiter potest vivere, nisi hi soli, qui talem conjunctionem habent, cæteri vero cum maxima tristitia, gemendo, flendo ducunt dies suos. Aurea verba & ad statum nostrorum temporum maxime quadrantia. Usus quæstionis hujus est in emendatione prudente arcanorum politicorum Papatus circa distributionem stipendiorum, potissimum Academicorum, quorum reliquiæ multæ adhuc restant in Academiis Evangelicis, cum sane nullus fere selectus fiat ingeniorum, sed pauperes quilibet ad fruitionem stipendiorum admittantur, etiamsi pessime vivant, aut ad minimum hypocritice. Nec negari potest, multos agricolarum aut operariorum filios solum eum in finem vitæ Academicæ se mancipare, ut à laboribus & militia vacare & in perpetuis tuburcinationibus, scortationibus, scurrilitatibus dissolutissime vivere possint. Quod malum, dum à docentibus, si non fovetur, saltem debito modo non supprimitur, expectat valde necessariam emendationem à Mæcenatibus eruditorum per consilia Aulica &c. T.

TIT. IIX.

ad §. 1.

Differentia inter electionem & postulationem.

(126) I. Postulationem non esse contradistinguendam electioni, dixi supra *de elect. in pr.* Et esse inventum recentius, uti recte putat Fr. Duaren. *de sacr. Eccl. minister. l. 5. c. 2.* patet tum ex c. *lite-*

literas 14. dist. 63. ubi promiscue electionis & postulationis vocabula sumuntur, tum ex eo, quod in tit. *de post. prælat.* nulla anterioris Pontificis habeatur decretalis, ante Innocentium III. sub cujus regimine quantum mutata fuerit Ecclesia, quasi in tabella exhibet Jacobus Usserius *lib. de Christian. Eccles. success. & stat. c. 9.* Hugo Grotius hanc facit distinctionem inter postulationem & electionem, quod postulatio præcedat ordinationem, & sit electio quædam conditionata, non plena: plena autem electio ordinationem sequatur: *commentar. de imp. summ. pot. circa sacra cap. 10. n. 2.* Modus vero hic non variat rem, sed utrinque vera est electio. Thomas Bilsonus *de perpet. Eccles. gubern. c. 15.* aliter explicat rem. De electione ita scribit: *Mortuo civitatis alicujus Episcopo, cujus Ecclesia clericis ad succedendum idoneis abundabat, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conferentes, diem ad conveniendum sibi præstituebant, eumque presbyteris ac plebi significabant. Quem ad diem Clero ac populo in templo congregatis, tot Episcopi, quot commode poterant (absque tribus autem nihil proficere licuit) ad eum locum advenientes, quem Clerus nominaret, civitatisque approbatione & consensu laudaret, cognitionem ceperunt. Si omnes vel major pars cujusque ordinis in unum aliquem consensissent, is electus renunciabatur &c.* De postulatione vero in sequentibus hæc habet verba: *Cum vero nonnullis civitatibus vel pauci admodum essent Clerici, vel non ejusmodi ut ad eum locum possent admitti, aliunde sibi Episcopum quærebant, primariæ seu matricis ut vocant, ejusdem provinciæ civitatis Episcopum adeuntes & ab eo, vel quem ipsi vellent, pastorem sibi postulantes, vel alium quemcunque, qui Metropolitano, h. e. primæ civitatis aut Ecclesiæ Episcopo magis idoneus videretur. Huic eorum petitioni ab ipsa re postulationis nomen indiderunt &c.* Hanc Bilsoni distinctionem negat subsistere posse David Blondellus *in apol. de Episc. & Presb. sect. 3. p. 472.* Si nimirum eo trahatur, quod electio nulla sit, ubicunque postulatio locum habuit, postulatio rursus nulla, quotiescunque electionis decretum scriptum fuerat. Recte. Illæ enim differentiæ electionis & postulationis, quas refert Au-

gustinus Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. c. 19. n. 18. seqq* Paulus Laymannus *theol. moral. tr. 2. c. 12. n. 8.* sunt ab Ecclesia recentiore. Z.

Alia differentia. II. Paulo aliter idem *de Episc. II. 6.* Clericos olim quandoque & non raro ad populi postulationem fuisse electos *l. 49. C. Theod. de decur.* Sed tum postulatio & electio promiscue dici solebant, siquidem à populo primum nominatio Episcopi facta fuisset *c. literas dist. 63.* Nam & Ambrosius electus dicitur apud Gratianum *c. Valentinianus d. dist. 63.* qui à populo Mediolanensi primum postulatus fuit. Inerat igitur electioni postulatio, quandoquidem non ordinabantur Episcopi sine electione Cleri & petitione plebis. Sequioribus temporibus postulationis vocabulum acceptum fuit pro precibus populi sibi poscentis eum, quem conditio quædam ab electione removebat. Et ex hoc tempore tantum inter electionem & postulationem creditum fuit discrimen, ut nullo modo conjungi amplius possent, nec suffragium amplius liceat ferre: *eligo & postulo &c. c. un. h. t. in 6.* Probabile autem est, hanc differentiam tum cœpisse, cum ab electione primum excluderetur populus, nec tamen impediri semper posset, quo minus animi sui sensa circa eligendos exponeret. Scilicet postulationis vocabulum ad eum casum applicatum fuisse, quando populo petenti, & Episcopum nominanti à præsente Clero consensus præstaretur. Postquam vero ad solos Canonicos electio translata fuit, etiam ab illis solis postulatio fieri cœpit, ut hodie ex doctrina Canonistarum, quando de postulatione agunt, nullus amplius respectus sit habendus ad populum, ut olim, sed ad solum collegium Ecclesiæ Cathedralis quod ex Canonicis constat. Neque olim populus ideo postulabat Regem, ut virum a se designatum Episcopum esse permitteret, quia inidoneus ille esset, sed quod ipse solus Episcopum eligere non posset. Neque in formula postulationis apud Marculfum *lib. 1. c. 7.* ulla sit mentio inhabilitatis, qui scripsit circa annum 660. quo quidem tempore nulla adhuc inter electionem & postulationem cognita fuit differentia. T.

(127)

(127) in prælatum, concors capituli facta petitio. *postulatio.*

Qui non animi, vel corporis vitio, sed alias non potest eligi, puta minor xxx annis vel spurius, potest postulari. *c. 1. de postulat. in 6.*

§. 2. Sciendum est enim, quosdam esse, qui quamvis eligi non possint, postulari tamen minime prohibentur. Quæ res ita videtur posse commode diffiniri, ut quicunque non animi, vel corporis vitio, sed ob alterius defectum qualitatis eligi impediuntur, iidem tamen postulari possint. Ex hoc apparet, (*b*) eum qui trigesimum annum non complevit, (128) item in minori- *(b) gl. in c. fi. extr. de*

(127) I. Videtur ergo postulatio in fraudem legis inventa, ut promoveri scil. ad Episcopatum possent, qui propter canones recentiores eligi non poterant. Z. *Postulatio in fraudem legis inventa.*

II. Videtur postulatio, ut idem *d. c. 6. in fine* notat, eum præcipue in finem, ut alia plura, excogitata primum fuisse, ut Curiæ Romanæ ærarium pro impertienda gratia & dispensatione aliquod haberet emolumentum. T. *Arcanum politicum postulationis.*

ad §. 2.

(128) Eligi hunc non posse, traditum est Canonistarum nullo fundamento subnixum uti dixi *tit. antec.* nec tamen hic definitur, cujus ætatis esse debeat postulandus, cum etiam de puero dici possit, quod trigesimum annum nondum compleverit. Nec profecto puerum repudiabunt Pontificii, præsertim si dispensatio accesserit Pontificis Romani, qui potest supra jus dispensare *c. 4. X. de concess. præb.* Sed reprehendit id tamen Petrus Gregor. *de benef. Eccles. c. 37. n. 5. Non possum*, inquit, *tacere, has dispensationes esse maxime damnosas Ecclesiæ & habere maximum animæ & puerorum & impetrantium periculum, dare gubernacula pueris, committere lumen cæcis: facere enim non potest dispensatio, quod infans* *Puerorum postulatio vitiosa.*

postul. & c. cupientes. §. denique de elect. in 6. noribus ordinibus constitutum, aut laicum, (129) item natalibus læsum (*c*) licet eligi non possint, postulari tamen posse.

Episcopus & electus debent postulari, non eligi: secus, Abbas, & alii inferiores.

(c) cap. innotuit de elect. §. 3. Episcopus (*d*) quoque cum propriæ sit alligatus Ecclesiæ, ad aliam transitum facere non potest: (130) ea propter non eligendus, sed postulandus (131) erit. Non idem juris est (*e*) in Abbatibus, & cæteris Prælatis infra Episcopalem dignitatem constitutis: isti enim, licet propriæ Ecclesiæ videantur alligati, nihilominus eligi possunt: proprium tamen non deserunt monasterium, nisi licentia legitime impetrata.

(d) d. cap. ubi gl. eo. tit.

(e) c. nullus religiosus. & c. si. abbatem. de elect. in 6.

DE

---

sans mentem habeat, vel alius conjunctum beneficio divinum exerceat, quia natura lex ei mentem negat, quæ infringi nulla potest dispensatione &c. Z.

Laicus quando postulari possit. (129) Sed Laicum olim non fecere facile Episcopum, nisi probatum prius, & non exiguo tempore in rebus sacris exercitum. Vid. Mar. Ant. de Domin. *l. 3. c. 4. n. 19. 22.* Sufficiunt tamen Justiniano Imp. menses sex quos exigere in Clero necesse sit, antequam idoneus Episcopatui dici possit. *Nov. 6. c. 1.* Z.

ad §. 3.

(130) De hoc dicam infra *tit. 18. de translatione.* Z.

Differentia postulationis & nominationis. (131) In nostris Ecclesiis etiam ille eligi dicitur, qui ab alia Ecclesia postulatur. A postulatione Canonistæ adhuc distinguunt nominationem, quod postulatio sit unius personæ certæ, nominatio vero sit plurium personarum designatio, ut una ex his promoveatur. Nos & nominationem & postulationem & electionem in antiqua Ecclesia tam limitate distinctas fuisse non invenimus. Z.

TIT.

DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS.

TITVLVS IX.

Electus debet intra mensem consentire electioni, alioqui alius poterit eligi.

§. 1.

NUnc videndum est de confirmatione. Sciendum est itaque in primis, Gregoriana constitutione (a) in Lugdunensi concilio cautum fuisse, ut electores, quam primum commode possint, operam dent, ut electi consensum habeant: quem si infra mensem sine causa legibus cognita, electus accommodare distulerit, jure, si quod ei fuerat ex tali electione quaesitum, (132) statim carere debere; Electoresque ad aliam electionem libere posse convolare.

(a) c. quam sit. de elect. in 6.

Electus post consensum electioni praestitum, vel notitiam habitam, debet intra mensem ad sedem Apostolicam iter arripere, & quanto citius poterit, confirmationem obtinere.

§. 2. Eadem constitutione (b) cavetur, electum infra tres menses post consensum electioni praestitum, si nullum justum impedimentum obsistat, confirmatio-

(b) d. c. quam sit. de elect. in 6.

TIT. IX.

ad §. 1.

(132) I. Ex electione nullum omino jus acquiri electo, recte animadvertit M. Anton. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 3. c. 3. n. 51.* Z. *An ex electione jus acquiratur electo?*

II. Forte per distinctionem res expediri potest. Nullum jus acquiritur electo intuitu confirmationis aut Metropolitani confirman- *Distinguitur.*

tionem à superiore Prælato (133) petere debere: alioqui trimestri spacio elapso electionem esse penitus irritan-

mantis per dicenda §. *5.* & *6.* Acquirit tamen aliquod jus intuitu eligentium, non omnium quidem conjunctim, ut, si eos electionis pœniteat, non possint alium eligere, sed tamen intuitu singularum classium aut personarum, ita ut si semel electio facta sit, non possit ea rursus infringi vel per populum solum, vel per Clerum solum, aut etiam ubi solus Clerus hodie eligit, per pœnitentiam singulorum quorundam ex eligentibus &c. T.

Quando Metropolitani confirmare cœperint Episcopos?

(133) I. Ita quidem obtinuit olim, ut Metropolitanus electiones discuteret, & malas reprobaret, bonas vero admitteret & confirmaret. Sed & munus ejus erat, ipsum quoque futurum Episcopum examinare, probareque an sacra scientia sit satis instructus, & an vitam egerit huic officio non indecentem. Imo anterioribus seculis Ecclesiæ Apostolicæ propioribus negotium illud non ad Metropolitanum tantum, sed Episcopos etiam comprovinciales spectabat, uti refert Petrus de Marca *de concord. Sacerd. & imper. l. 6. c. 2. n. 5. & lib. 8. cap. 2. num. 1.* Sequioribus autem temporibus uti electiones, ita & confirmationes turbarunt Pontifices Romani, easque de manibus Metropolitanorum per summam vim ereptas, sibi contra jus & fas vindicarunt, miraturque Eckius *l. 3. de Prim. Petr. c. 4.* quomodo contra jura suas confirmationes Episcopi præsertim Germani ex Roma petant. *Forsitan,* inquit, *Viri magni & potentes ac natalibus illustres, dedignabuntur confirmari ab humilis generis Metropolitano* &c. Z.

Declaratio ulterior observationis præcedentis.

II. Latius ista deduxit idem *de Episc. lib. 2. c. 8.* Nimirum convenientibus in veteri Ecclesia Clero & populo de Electione novi Episcopi deliberatum, & ex suffragiis decretum de certa persona factum fuit, qui per illud electus dicebatur. Sed propterea tamen Episcopus dici illico non poterat, quandoquidem plura restabant, quæ ad constitutionem ejus concurrere aut accedere potius oportebat.

ritandam. Sed cum interdum eveniat, ut aliquorum loco-

tebat. Decretum igitur illud mittebatur ad Metropolitanum eum in finem, ut examine prævio vel approbaret electionem vel reprobaret, pro ratione habilitatis ipsius electi, & pro ratione ipsius electionis. Origo quidem ritus confirmationis exacte definiri nequit. Vetustum tamen eum esse, & simul cum ipsis Metropolitanis cœpisse credibile est, quod illi totius provinciæ & omnium Ecclesiarum Episcopalium curam habuerint. In constitutionibus Apostolicis *lib. 8. cap. 4.* aliqua ejus sit mentio, sed ad quam ætatem referri constitutiones istæ debeant, incertum est, quod nulla plane earum mentio totis tribus prioribus Christianismi seculis, ac ne quarto quidem, nisi jam inclinato & præcipiti occurrat. Certius vestigium de confirmatione est in Concilii Niceni *can. 4. & 6.* Metropolitanus examen istud & discussionem plerumque suscipiebat cum Episcopis comprovincialibus, quos per literas convocare oportebat *can. 16. Concilii Antiocheni.* Atque illi tum suffragia sua ferebant, sive præsentes, sive per literas, sicubi impediti fuerint, aut ab itinere faciendo prohibiti; Sic tamen ut præcipuæ partes in illo negotio Metropolitano semper remanserint. Equidem istam convocationem Episcoporum comprovincialium adhuc seculo nono in usu fuisse docet formula II. quæ legitur post *Tom. 2. Concill. Gall.* Ac à Concilii Niceni temporibus ad minimum tres Episcopi alii confirmationi assistebant, postea *canon. illud dist. 23.* in Concilio Carthaginensi statutum est, ut plures associentur. Quodsi vero Episcopi isti à Metropolitano ad confirmationem non fuissent convocati aut consulti, status quæstio moveri poterat noviter electo, eo, quod canonibus conformis non esset ejus constitutio. Postea quam autem sequioribus temporibus non solum electiones ipsæ, sed & confirmationes valde corruptæ atque turbatæ fuerunt à Romanis Pontificibus, à pristina consuetudine paulatim tam procul recessum est, ut hodie etiamnum Episcoporum confirmationes Romæ petere oporteat. Sed quam faciles sint Pontifices in rejiciendis iis, quos sine justa causa Episco-

 pos

locorum vicinitas minus exigat, aliquorum distantia prolixius tempus exposcat, consultissime Nicolaus (c) tertius sanxit: Vt electi, quorum electionum confirmationes ad sedis Apostolicæ examen deducit immediata subjectio,(134) vel appellatio (135) interjecta devolvit, infra mensem post consensum, vel habitam de ipsorum electione notitiam ad sedem ipsam Apostolicam iter arripiant, & quanto citius commode poterunt, cum omnibus juribus coram sede Apostolica personaliter comparere nitantur, suarum electionum confirmationes petituri: aliaque insuper adjecit, quibus Ecclesiarum periculosis vacationibus ac malignantium subterfugiis, electorumque incommodis facile occurritur: quæ non solum in electionibus, verum etiam in postulationibus obtinere voluit.

(c) c. cupientes de elect. in 6.

Non confirmatus non potest res Ecclesiæ administrare.

§. 3. Quandiu (d) autem quis confirmatus non est, rerum ecclesiasticarum administrator esse non potest. (136) Quod si negotiis Ecclesiæ, ad quam vocapos esse nolunt, ostendunt ea, quæ post obitum Richardi Episcopi Cantuariensis de electione successoris scribunt historici Ecclesiæ Anglicanæ. T.

(d) cap. avaritiæ. de elect. in 6.

(134) Tanquam sub peculiari Metropolitano, aut propter specialem exemtionem. Z.

(135) Appellationes tales ætate Ivonis Carnotensis cœpisse, & per eas magnam vim illatam esse vetustis canonibus, observat Petrus de Marca *de Concord. Sacerd. & imper. l. 6. c. 3. n. 9. & 12.* Z.

Appellationes ad sedem Apost.

ad §. 3.

(136) Utilem & certo modo necessariam esse confirmationem Me-

catus est, sese temere ingesserit, omni jure, quod ei per electionem quæsitum fuerit, statim privandus erit: nullo neque œconomatus nec procurationis prætextu excusandus.

Electo non est obediendum, nisi literis confirmationis ostensis.

§. 4. Petet igitur, (*dd*) is qui confirmatus est, ab Apostolica sede literas, confirmationis suæ tenorem continentes, illisque ostendet ad quos ea res pertinet: alioqui nulli eum absque dictarum literarum ostensione recipere tenebuntur. (137) Quod & in promotione apud dictam sedem facta, & in consecrationis, vel benedictionis munere, locum sibi vendicat.

(*dd*) *c. injunctæ 1. Extra vag. comm. de elect.*

Confirmatio non conceditur, nisi cum causæ cognitione.

§. 5. Is autem, (*e*) ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet & electionis processum, & per-

(*e*) *c. nihil est in prin. de elect.*

Metropolitani, aut, uti fieri hodie solet in nostris hisce terris, ipsius Principis jura Episcopalia exercentis, facile concesserim. Quod autem rerum Ecclesiasticarum administratio Episcopo nondum confirmato, tam severe interdicta sit jure Pontificio, causam videtur habere istam, quod alias omissa confirmatione & annatis & muneribus & bullarum immensis preciis carendum esset Romanæ Ecclesiæ. Z.

Arcanum Polit. interdicta admini str. Episcopo nondum confirmato.

ad §. 4.

(137) Propter incommoda scilicet, quæ evenire solent, uti dicitur *c. 1. in Extrav. comm. de elect.* Sed ista incommoda & pericula nulla esse ait M. A. de Dominis *de Rep Eccles. l. 9. c 9. n. 51.* si collationes iis relinquerentur, quorum sunt propriæ, quod unusquisque optime suas noverit oves. Et totum hoc constitutum esse conclu-

Aliud arcanum, cur non recipiendus sit Episcopus sine literis confirmationis.

personam electi: (138) est enim hoc generale, ut ad eum pertineat examinatio, ad quem manus impositio spectat. Et cum omnia rite concurrunt, tunc munus ei confirmationis impendat. Quod si secus factum fuerit, non solum dejiciendus erit indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus: (139) Nihil est enim quod Ecclesiæ DEI magis officiat, quam si indigni ad regimen assumantur animarum. Quod cum in cunctis (ee) sacris ordinibus sibi locum vendicet, in Episcopo tamen multo fortius; qui ad curam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, quomodo cæteros in domo DEI oporteat conversari. Quod si forte eligentium vota in duas se diviserint partes, is confirmatoris judicio alteri præferendus erit, qui majoribus juvatur studiis & meritis. (140)

(ee) c. cum in cunctis. ext. de sacr. ordin.

Si

cludit, ut eo majori precio omnia vendi, & Romanæ culinæ θρέμματα saginari possint. Z.

ad §. 5.

Examen electionis ante confirmationem & ejus specimen.

(138) Ut scilicet constet an aliquo impedimento Canonico prohibeatur, utrum ea doctrina præditus sit, quæ Episcopo necessaria est, & utrum in professione fidei Catholicæ sanum & orthodoxum se præstet. Z. *d. cap. 8. §. 5.* ubi & *§. 6.* examen Willeberti Catalaunensis ordinandi Episcopi, ab Hincmaro ArchiEpiscopo Remensi institutum recenset, quod omnino legi meretur. Pertinet huc etiam *can. Episcopus dist. 23.* T.

Poena indigne promoventis.

(139) Si per negligentiam, amittit potestatem confirmandi primum successorem, & suspenditur à perceptione fructuum sui beneficii ad tempus; si scienter, deponi debet. Aug. Barbosa *ad c. 44. X. de elect.* Z.

Expositio

(140) Quæ verba extant *in can. fin. dist. 63.* quæ sic exponit Ziegle-

Si unus sit postulatus, alius electus, præponitur electus æque idoneus, nisi postulantium sit duplo major numerus. Qui tamen si ignoranter indignum postulaverint, nec electio valet, sed si scienter, electio tenet.

§. 6. Et (*f*) si vacante Ecclesia, scisso in duas partes capitulo alius quidem electus fuerit, alius vero postulatus, quæri potest, electione confirmanda, an vero

(*f*) *c. scriptum est elect.*

Zieglerus *de Episc. d. c. 8. §. 4.* præferendum esse eum, in quem major pars eligentium consenserit, si modo idoneus esset. Mihi potius sensus videtur esse invertendus. Metropolitanum in divisione sententiarum magis ad idoneitatem & dignitatem electi quam ad pluralitatem votorum debuisse respicere, (*vid. §. seq.* Lancelotti,) nisi forte duo vel tres saltem ex pertinacia communi omnium suffragio contradixerint, tunc enim jussit Concilium Nicænum, obtinere plurimorum sententiam. Quamvis nec hic simpliciter adempta sit potestas Metropolitano judicandi, an non & hi duo vel tres fundamentum contradicendi habeant, argumento doctrinæ supra *tit. 6. §. 10. 11. 12.* propositæ. Nimirum eo ipso, quo Metropolitanus jubetur & ad electionis processum, quatenus videlicet ea conformis esset Canonibus aut adversa, aut ad qualitatem electi, an habilis sit & idoneus respicere, & adeo si non ipsius arbitrio saltem ipsius conscientiæ negotii dijudicatio relinquitur, sane ejus judicium primario ad numerum majorem eligentium non est adstrictum, sed eorum intuitu independens, aut certe ab iis non omnino dependens; Unde quamvis Zieglerus *ibid.* pro ratione assertionis suæ (quod Metropolitanus regulariter sequi debeat majoritatem numeri) afferat, quod non possit aliter ex diversis sententiis conclusum aliquod elici, ubi quisque independenter suffragandi voluntate polleat, ad confirmationem vix potest applicari; cum verba eligentis Cleri & populi hactenus quidem sint independentia quatenus utraque classis ad se invicem refertur, at ratione Metropolitani, etsi non sint plane dependentia ab

can. fin. dist. 63.

ro poſtulatio ſit admittenda: (141) In qua ſpecie ſi tam poſtulatus, quam electus ſint idonei, reſponſum eſt; Si poſtulantium numerus ſit eligentium duplo major;

Nova explicatio doctrinæ de majore vel saniore parte eligente.

arbitrio Metropolitani, quoad effectum tamen confirmationis nec etiam independentia dici queunt. Atque adeo hoc reſpectu aliquo modo à contradictione liberari poterit doctrina Canonum ſupra propoſita *tit. 6.* §. *10.* eum cenſeri demum electum, in quem vel major vel ſanior pars capituli conſenſerint, ut videlicet intuitu electionis ipſius electus ſemper dicendus ſit, quem major pars elegerit, ex natura videlicet collegiorum; at intuitu electionis cum effectu, ſcilicet confirmationis, conſideratæ, (& quatenus Metropolitanus in caſu diſſenſus poterit præferre partem minorem majori ſub prætextu, minorem partem eſſe ſaniorem & elegiſſe dignum) major pars eligentium non ſimpliciter ſit attendenda. Unde ſimul patet, hoc intuitu iſtam regulam Juris Canonici, quod electus eſſe cenſeatur, quem vel major vel ſanior pars elegerit, referendam eſſe ſingulariter ad arcana politica Papatus, cujus ope initio Metropolitani, & poſtea Pontifices poteſtatem nacti ſunt Epiſcopatibus illos ſolum præficiendi, qui vel ipſis addicti eſſent, vel ſaltem donis ingentibus eorum conſenſum emerent. Et quamvis ſupra ad *tit. 6. §. 12.* ex Zieglero ſit notatum, quod Patres in Concilio Tridentino decreverint, non amplius inquirendum eſſe, quænam ſuffragiorum pars ſit ſanior, ſed tantum quæ major, neſcio tamen, annon limitatio addita, *dummodo vota ipſa ſint legitima, & perſona electa non indigna*, iterum tollat effectum hujus conſtitutionis ſi non omnem, ſaltem quoad maximam partem &c. T.

Arcanum Politicum ſub ea latens.

Etiam poſt Concil. Tridentinum.

Cur poſtulatio non dicatur confirmari.

(141) Non dicit hic: *confirmanda*, uti de electione, quia, ſi comprobatur poſtulatio, nulla alia expectanda eſt confirmatio. **Ioh. Co**ras. *de offic. & dign. Eccleſ. P 4. c. 2. n. 18.* Z.

Arcanum hic latens.

II. Sed tamen & hic latet arcanum politicum, quaſi ſcilicet Papa vel Metropolitanus non confirmet eum, qui contra regulas Juris Canonici ab eligentibus fuit poſtulatus. Nam in effectu idem eſt,

jor; (142) utique postulationem esse admittendam: sin id minus, electionem confirmandam. Sed si postulantes indignum nescii postulaverunt, nec postulatio, nec electio rata habenda erit: si scientes & prudentes, erit electio confirmanda.

In confirmatione facienda citandi sunt quorum interesse potest. Et calumniose opponentes puniuntur.

§. 7. Illud (g) etiam confirmantem observare oportet, ne dum nimia in confirmando celeritate utitur, contra doctrinam Apostoli proprium affectum juri & æquitati præponat. Itaque, si coelectus aliquis, vel contradictor apparet, ante confirmationem nominatim vocandus est: alioqui si nemo apparet, in foribus Ecclesiæ, in qua electio facta est, generaliter edicen-

(g) *c. fin. de elect. in 6.*

---

est, sive comprobetur postulatio absque adhibita voce confirmationis, sive terminus confirmationis adhibeatur. T.

(142) I. Duas partes ideo requiri dicit Joh. Bapt. Vivianus *in rational. ad c. 40. X. de elect.* quia postulatio est via extraordinaria & innititur gratiæ, nec ita favorabilis est, uti electio, quæ innititur juri. At putavi ego, etiam postulationem ita Canonistis receptam esse ut jus faciat. Nec vero gratia à postulantibus provenit, sed à superiore confirmante. Quid opus ergo est propter gratiam impertiendam duplo majorem numerum postulantium exigere? Z.

Disputatio Ziegleri contra Vivianum.

II. Confer supra *Tit. 6. §. 12.* & ibi notata. Hoc loco vero Zieglerus non videtur accurate contradixisse Canonistis. Nam (1) dum illi dicunt, electionem inniti juri, sub juris voce regulam intelligunt, at dum Zieglerus contra asserit, postulationem etiam jus facere, jus pro facultate morali seu attributo personæ sumit, inter quæ duo tamen non est exigua differentia. Ut taceam (2) Zieglerum hic

Qua dupliciter notatur.

cendum (143) erit, ut si qui sint, qui confirmationi futuræ, velint opponere, ad contradicendum in assignato peremptorio termino præsentes esse debeant. Quæ omnia locum habent, sive concorditer electio fuerit celebrata, sive non. Sciant tamen ii, qui contra electionem opponendum duxerint, se, si probationibus destituti fuerint, ab omni pœnitentiæ præsidio exclusos, legitimis pœnis (144) esse subjiciendos.

Potest dispensari cum electo schismatico, si nullum ordinem à schismaticis susceperit.

(*h*) *c. quia diligentia extr. de elect.*

§. 8. De (*h*) illo dubitari contingit, an ejus qui abjurato schismate ad unitatem Ecclesiæ rediit, confirmanda sit electio? & responsum est. Si à schismaticis nullum susceperit ordinem; (145) & ejus electio canonice celebrata deprehendatur, posse illam dispensative confirmari.

Con-

hic videri oblitum fuisse eorum, quæ *ad* §. 1. notaverat, nec electione quidem jus acquiri; ubi tamen repete quæ & ibi annotavi. T.

ad §. 7.

Vestigium pristini ritus.

(143) Vestigium hoc qualecunque superest pristini ritus, quo nomina vocandorum per trinundinum promulgata dixi supra. Vid. Claud. Espencæ. *in I. Timoth. III. v. 6.* Z.

(144) Add. *Novell. 6. cap. 1.* Z.

ad §. 8.

Latent hic sacramentum ordinis.

(145) Pontificii enim exterioribus signis & ritibus, de quibus nullum extat vel mandatum vel promissio DEI, ita alligant gratiam DEI, ut fingant eum, cui omnes ritus pontificiæ ordinationis adhibiti non sunt, non posse habere gratiam, quæ ad ministerium necessaria est, non posse peccata remittere, non consecrare sacramentum corporis & sanguinis Christi; eum vero qui ipsorum ritibus ordinatus est, etiamsi nunquam exerceat vel exercere cogitet ministerium

Confirmatus & nondum consecratus, exercet solum, quæ sunt jurisdictionis, non quæ sunt ordinis. Et nemo dat, quod non habet.

§. 9. Igitur confirmatione secuta, inter electum & personas eligentium, hoc est, Ecclesiam, spirituale conjugium (*i*) contrahitur. (146) Quapropter confirmatus liberam super illis statuendi nanciscitur facultatem. Hoc autem sic intelligi oportet: (*k*) eorum quidem quæ jurisdictionis sunt, (147) ut puta corrigendi, excommunicandi, jusjurandum exigendi, conferendi, & iis similium libera confirmato permissa sit tra-

(*i*) *c. 2. §. sicut autem de transl. episc.*

(*k*) *gl. fin. cap. transmissa. de elect.*

---

um verbi & sacramentorum, habere tamen propter ritus illos perpetuo impressam ordinis gratiam & Spiritum Sanctum. Z.

ad §. 9.

(146) Vid. infra *tit. de Chorepisc. usu sublato.* Z.

(147) I. Catholicum hoc non est. Ut enim Episcopus de caussis feudalibus cognitionem instituere possit, requiritur ut etiam sit consecratus *c. 7. X. de foro comp.* ubi optime respondet Cujacius ad obstans sibi *cap. 15. X. de elect.* (ex quo autor cum glossa hanc distinctionem fabricavit) non tribui illic electo & confirmato nondum consecrato Episcopo plenum officium juris dicendi in omnes, sed in clericos tantum contumaces & turpibus lucris deditos Laicorum in morem, & diserte addi, ea quæ majoris inquisitionis discussionem exigunt, ante consecrationem ab Episcopo expediri non posse. Z.

Notatur Lancelottus à Zieglero.

II. Frustra disputatur, an distinctio inter ea, quæ sunt jurisdictionis & ordinis recte à Lancelotto huc sit applicata, seu an Episcopus universaliter omnia, quæ jurisdictionis sunt, post confirmationem statim ante consecrationem expedire possit, quamdiu distinctio ipsa inter ea, quæ sunt jurisdictionis & ordinis parum aut nihil valet. T.

Monitum de hac censura.

tractatio: Ea vero, quæ non jurisdictionis, sed ordinis (148) sunt, (l) veluti Clericorum ordinationes, benedi-

(l) c. quod sicut §. præterea. & d. gl. fi. de elect.

Variæ explicationes distinctionis inter ea quæ sunt ordinis & jurisdictionis.

(148) Plurimum in hac distinctione explicanda occupantur Pontificii, quam idcirco totam rejicit Rober. Parcker, *de Polit. Eccles. l. 2. c. 34.* Nos retinere quidem eam possumus, sed in alio sensu. Ita scilicet ut per ordinis potestatem intelligamus illam, quæ vi ordinationis absque ulla jurisdictionis specie Ecclesiæ ministris demandatur; per jurisdictionis potestatem vero, quæ speciem habet alicujus jurisdictionis & cum illa quodammodo convenit. At Pontificii per ordinis potestatem intelligunt illam, quæ ordini Episcopali & Presbyteriali vi ordinis ita propria est, ut à reliquis ordinibus exerceri non possit, imo etiam inter Episcopos & Presbyteros tale faciunt discrimen, ut quædam Episcopis solis conveniant, quæ à Presbyteris peragi nullo modo possint; jurisdictionis vero potestatem volunt esse proprie ita dictam, & cum vi cogendi ac coercendi conjunctam; qualem tamen Ecclesia qua talis non habet, quippe ipsi naturæ potestatis Ecclesiasticæ, quæ tota spiritualis & ministerialis est, & praxi insuper Apostolorum minus congruentem. Sed & ipsa tota jurisdictio spiritualis ex potestate clavium resultat; hæc autem in ordine fundatur, ut non videam, qua ratione jurisdictionem talem exercere quis possit, qui ordinem nondum habeat. Quodsi jam discernere ea quæ jurisdictionis, quæ ordinis sint, jubeantur Pontificii, non dissensum tantum inter eos, sed commenta quandoque etiam animadvertes, in Theologia Papali non infrequentia. Ad potestatem ordinis refert Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. c. 1. n. 9.* ut sciat & possit omnia sacramenta conferre, prædicationis munus exercere &c. At Marcus Antonius de Dominis potestatem prædicandi refert ad potestatem jurisdictionis *lib. 2. de Rep. Eccles. c. 2. n. 3.* eam vero plane omittit Becanus *in Theol. Scholast. de sacram. in specie c. 26. concl. 2.* Ita Martinus ab Azpilcueta Navarrus ad potestatem ordinis refert tantum potesta-

tem

nedictiones virginum, depositiones, Ecclesiarum & Altarium consecrationes, ante propriam consecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio suadere videtur, ut quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere dignoscitur. Quod si consecratus sit, non solum quæ jurisdictionis, verum etiam quæ ordinis sunt, exequi poterit.

DE

---

tem consecrandi, ad jurisdictionis vero potestatem omne reliquum quod in Ecclesia aliquam facit potestatem, etiam potestatem administrandi sacramenta *in relect. cap. novit. X. de judic. n. 83.* Falsum vero est, plus posse Episcopum de jure divino, quod ordinem concernit, quam Presbyterum, cum nulla in Episcopis de jure divino inveniatur potestas, quæ non eadem simul sit in Presbyteris. Et quanquam deinceps lege Ecclesiæ positiva discrimen aliquod inter Episcopum & Presbyterum introductum sit, falsum tamen rursus est, Presbyterum nihil prorsus efficere in iis, quæ ad potestatem Episcopalem spectant, cum potestas æqualiter omnibus Ecclesiæ ministris divinitus demandata, per Ecclesiasticam aliquam constitutionem nunquam ita soli Episcopo tribui possit, ut Presbyter nullam hanc exercendi habeat facultatem. Sed & ipsi Pontificii fatentur, sacramentum ordinis unum tantum esse; fateantur ergo etiam illud, vi hujus sacramenti unam eandemque potestatem conferri & Episcopo & Presbytero, aut concedant, vi ordinis nullam dari potestatem, quæ major sit in Episcopo quam Presbytero. Z.

An plus possit Episcopus intuitu ordinis quam Presbyter?

II. Nihil addo, quam ut malim cum Parkero totam hanc distinctionem rejicere, quam in gratiam eorum retinere, qui ex nostratibus eam à Canonistis vel incaute acceperunt, vel emendatione qualicunque rem obscuram & ineptam adjuvare voluerunt. Repete supra dicta *ad Tit. 5. §. 3. nota 60. p. 49. seq.* T.

Rejicitur distinctio ordinis & jurisdictionis.

DE CONSECRATIONE. (149)

TITULUS X.

Consecratio expediri debet intra tres menses post confirmationem.

§. I.

Debet igitur is qui canonice electus, (150) confir-

TIT. X.

Consecratio quid? (149) I. Consecrare significat DEO dicare, & in hac materia usitatissimum est Canonistis. Conf *c. pudenda 24. q. 1.* Hoc verbo usus est & Julianus Patritius in versione Novellæ *6.* loco verbi χειροτονεῖσθε, quo Justinianus usus fuerat. Usitatum quoque alias est vocabulum ordinationis, de quo vid. Selden. *comment. in Eutychii orig. Alexandrin. p. 27.* Z.

Ejus plenior definitio. II. Consecratio sive ordinatio est publica sive solennis testificatio, qua vocatio ejus personæ, quæ ordinatur in conspectu DEI & nomine ipsius declaratur esse legitima, quave persona ista solenniter per certas ceremonias in conspectu totius Ecclesiæ segregatur à negotiis seculi & reliquo populo ad munus Ecclesiasticum & per preces additas DEO commendatur ad ulteriorem gratiam & dona spiritualia impertienda. Ziegl. *de Episc. l. 2. c. 9. §. 1.* qui & *in §. fin. ibid.* tractat de differentia Canonistarum inter benedictionem & consecrationem, quarum illam de Abbatibus prædicant, utpote in qua non intercedat manus impositio nec consecratio, sed simplex oratio. Et putat differentiæ rationem primariam inde accersitam fuisse, quod ordinationem sacramentum esse statuerint Ecclesiæ Latinæ Doctores, atque id applicare noluerint Abbatibus, quippe quos in ordine esse negent. T.

Differentia à benedictione Abbatum.

ad §. 1.

Ordinatio cum titulo. (150) I. Ordinari aliquem sine titulo seu certo officio non posse

firmatus, & examinatus est, novissime consecrari. (151) Quod (*a*) quidem ne Ecclesia Pastoris quasi de- (*a*) *can. 2. dist. 75.*

---

posse manifestum est *c. 1. & 2. dist. 70.* Nec exceptio ab hac regula est, si quis ideo ordinetur, ut infidelibus sine denominatione certi loci Evangelium prædicet, nam & hic titulus est, cujus rei exempla in Evangelicis Ecclesiis nulla vel rara esse puto, quia deferbuit jam diu fervor in convertendis infidelibus. *B. I. 5. 21.*

II. Ita receptum est, ut Ordinatio non fiat, nisi ad certum officium, cum ordinatio sit vocationis confirmatio Balduin. *Cas. Consc. d. l. cas. 8.* Danhauer *d. P. 2. Dial. 3. Sect. 4. Qv. 13. in fine p. 1007.* Brochmand. *d. c. 3. Cas. 16.* Tarnov. *de Ministris Eccles. lib. 1. cap. 25. quæst. 2.* contrarium tamen in Anglia observatur, ubi Magistri ac Socii Collegiorum, nulla prævia vocatione ordinantur, & actus ministeriales, seu illa, quæ ordinis sunt, promiscue exercent, quod in speciali Synodo Londinensi ipsis permissum esse testatur Hug. Grot. *de Imper. Summar. pot. circ. sacr. c. 10. p. m. 247. S. I. 5. 21.* *Etiam apud nos* *Aliter in Anglia.*

III. Docet Zieglerus *de Episc. lib. 2. c. 9.* §. 5. olim presbyteros nec Diaconos & multo minus Episcopos ex decreto Concilii Chalcedonensis & aliis deinceps Conciliorum Canonibus, ordinatos fuisse sine titulo. Tituli autem appellatione antiquis illis temporibus denotatum fuisse munus aut ministerium obeundum; Invalescentibus vero corruptelis tituli nomine insigniri cœpisse reditus unde victus comparatur. Verum id sequioribus seculis immutatum fuisse, constitutumque ut valeret quidem ordinatio absque titulo facta, sed teneretur tum, qui ordinavit alimenta ordinatio subministrare *c. 4. X. de præb.* quod illustrat exemplo ex Gregorio Turonensi *lib. 8. c. 20.* Ne videlicet ordinati in opprobrium cleri mendicare cogerentur. Cæterum Episcopos aliquando sine titulo ordinatos fuisse probat ex Sozomeno *lib. 6. c. 32.* honoris duntaxat causa tanquam ad repensanda præclara facinora. T. *Titulus quid.* *Ordinatio sine titulo quomodo & quando orta.*

(151) I. Ordinatio ministri Ecclesiæ est necessaria non quidem ad vocationis essentiam, sed ad capacitatem aut idoneitatem subjecti vo- *Ordinatio ministri Ec-*

destituta solatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres

---

clesia an necessaria? Variæ sententiæ & distinctiones necessitatis.

vocati publice declarandam, ejusque segregationem solennem à negotiis seculi ad munus Ecclesiasticum, nec non commendationem apud DEum & coram Ecclesia, idque ex præcepto divino. *Act. XIII. 2.* Z.

II. Impositio manuum est ceremonia vetustissima, in Apostolica Ecclesia adhiberi solita. vid. *1. Tim. 4. & 5.* de qua ita Calvin. *lib. 4. Inst. c. 3. §. 16. Quia manuum impositionem in perpetuo fuisse usu Apostolis videmus, illa tam accurata observatio præcepti vice nobis esse debet.* Et paulo post: *Nam si nihil frustra Spiritus Dei in Ecclesia instituit, hanc Ceremoniam cum ab eo profecta sit, sentimus non esse inutilem modo in superstitiosum abusum non vertatur. B. I. V. 22.*

III. Ordinationem Ministro Ecclesiæ necessariam esse Apostoli Pauli exemplo probatur, qui quamvis immediate ad Apostolatum vocatus esset, ire tamen jussus est ad Ananiam, qui manus ipsi imponeret *Actor. 9. v. 12. & 17.* quod cum factum fuerit in immediate vocato, multo magis id observandum fuisse in mediate vocato concludit D. Chemnit. *P. 3. Loc. de Eccles. cap. 4.* Distinguit tamen D. Danhauer *Theol. Conscient. P. 2. Dial. 3. Sect. 4. q. 13.* inter necessitatem medii & finis, quam hic non adesse dicit; Et inter necessitatem mandati ac moris Apostolici antiquissimi. *Actor. 13. v. 3. 1. Tim. 5. v. 22.* itidemque necessitatem expedientiæ ad διάκρισιν Doctorum Ecclesiæ probatorum; hac ratione eam per conscientiam esse necessariam dicit. Verum vix mandatum Apostolicum de necessitate ordinationis extabit in sacra pagina, quod & fatetur Gerhard. *§. 139.* Nec promisit DEus, se per hunc ritum daturam gratiam, sicut in baptismo & cœna Domini; sed libera & indifferenti usurpatione ab Apostolis in Ecclesiam introductus. vid. plurib. Chemnit. *loc. jam citat.* Confer. Isaac à Tilia *Tr. de legit. Pastor. Eccles. vocat. lib. 2. cap. 4. in fin.* Interim tamen non nisi summæ necessitatis casu actus ordinationis omitti debet, vel saltem propter scandalum novi-

tres menses (152) post electionem, nisi legitimum sub-

novitatis evitandum Carpz. *Jurispr. Consistor. lib. 1. def. 51. n. 8.* Add. Brochmand. *System. Theol. Loc. de ministr. Eccles. cap. 3. Cas. Conscient. 13. S. I. V. 19.*

IV. Imo ipse Zieglerus etiam re penitius inspecta recessit à priore sententia *de Episc. Lib. 2. c. 9. §. 1. & 2.* Ubi initio fatetur, nihil omnino facere ordinationem ad vocationis essentiam, & vocationem jam ante suum implementum & perfectionem habere, non destitui tamen eam utilitate sua, ut omitti plane nequeat. (1) Enim publico illo ritu significare hoc opus, licet sit mediatum, esse tamen vere divinum: DEO namque sisti personam, & ostendi eam per legitima media ab ipso DEO mitti, & ad prædicandum Evangelium destinari. Deinde (2) per eum actum admoneri Ecclesiam, DEum per hanc personam velle ipsos docere & ad salutem æternam promovere, velleque adeo per ejus personam efficacem esse &c. De ritu vero ipso & ceremoniis adhibendis liberum esse Ecclesiæ arbitrium, dum ne illis plus justo tribuatur, nec salutis æternæ pars aliqua in illis constituatur. In veteri Ecclesia obtinuisse illam simplicitatem, ut in ordinatione Episcoporum aliud nihil adhiberetur, præterquam impositio manuum. Et fatendum quidem, nullum extare in scripturis mandatum DEI, quod hic præcise & non alius ritus ordinationi sit adhibendus: nec testimonium ullum afferri posse, quod promiserit DEUS se per hunc ritum daturum gratiam & dona supernaturalia, sicut de baptismo & cœna Domini testimonia extent: Nihilominus tamen ritum illum imponendi manus ab Apostolis libera & indifferenti usurpatione introductum etiamnum sancte retineri, gratiam autem divinam haud quaquam ad eum alligari: Ex dictis vero facile responderi potest ad objectum supra textum *Act. XIII. 2.* T.

(152) Constitutum id in Concilio Calchedonensi *can. 15.* Sed si Metropolitani electis non faveant, solent diem consecrationis differre atque in eo præstituendo tergiversari, ut Zieglerus *d. c. 9. §. 13.* *Metropolitanorum artes differendi consecrationem.*

ele-

ſubſit impedimentum, expediri debet: alioqui ſi Metropolitanus, aut ii, ad quos ea res pertinet, (153) negligentes fuerint, Eccleſiaſticis condemnationibus ſubjiciendi erunt.

Conſecrationi intereſſe debent ad minus tres Epiſcopi, alioqui non valet.

§. 2. Ordinationi autem intereſſe debent, non ſolum Metropolitanus, verum etiam comprovinciales Epiſcopi, qui numerum conficiant trium. (*b*) Nam & beatus Jacobus, (154) qui Juſtus appellatus eſt, (*c*) à Pe-

(*b*) *c. 1. diſt. 64. & per totum diſt. 65.*

(*c*) *c. fin. diſt. 66.*

eleganti exemplo ArchiEpiſcopi Senonenſis ad ordinationem Jvonis Epiſcopi Carnotenſis diem præfigere nolentis declarat. T.

Artes ſimiles ordinandorum.

(153) Pertinet vero etiam ad ipſum electum, ut ordinationem ſuam promoveat, adeoque urgendus eſt, ſi eam temere differre viſus fuerit. Et memorat Ziegl. *ibid.* §. 14. Galfridum Henrici II. Regis Angliæ filium Nothum cum ex Archidiaconia Lincolnienſis Eccleſiæ ejus Epiſcopus electus eſſet, ordinationem ſuam per integrum ſeptennium protraxiſſe, & poſtquam per tanti temporis ſpatium reditus percepiſſet, Epiſcopatui prorſus renunciaſſe. Sed & ipſum Pontificem Alexandrum III. procraſtinationem illam conſenſu ſuo ratam habuiſſe. Z.

ad §. 2.

De ordinatione S. Jacobi Juſti.

(154) Refert id ex Clementis Alexandrini *lib. VI. hypotypoſeon* Euſebius *l. 2. hiſt: c. 1.* Ipſe Euſebius *Lib. VII. cap. 14.* non tantum ab Apoſtolis, ſed ipſo etiam Domino ei munus illud commiſſum eſſe, ait, ejusque Cathedram ad ſua usque tempora ab Epiſcopis Hieroſolymitanis Jacobi ſucceſſoribus aſſervatam fuiſſe. Quæ num vera omnino ſint, jam non diſputo. Fabulas autem quam plurimas de eo circumferri erudite docet Joſephus Scaliger *ad numerum Euſebia-*

à Petro, Ioanne, & altero Jacobo Apostolis ordinatus est: successoribus suis scilicet formam dantibus, (155) ut non minus quoque tribus Episcopis, (156) cæteris quo-

bianum MMLXXVII. & ipsissima illa quæ recensuimus, sollicitat Joh. Rainold *in Colloq. cum Hart. p. 82.* & Marc. Anton. de Dominis *lib. 1. de Rep. Eccles. c. 9. n. 29.* add. Blondell. *in Pseudoisidoro p. 121.* Selden. *in Eutych. orig. Alex. p. 62.* Blondell. *in apol. de Episc. & Presb. p. 523.* Z.

(155) Ubi & quomodo? De Apostolorum enim Episcopatibus particularibus quæ proferuntur, talia non sunt, ut fidem extorqueant; Solum Petrum à Christo Episcopum fuisse consecratum, cæteros autem Apostolos à Petro, commentum est Turrecrematæ *lib. 2. de Eccles. c. 32.* ipsimet Theophilo Raynaudo Jesuitæ suspectum *lib. de coron. sup. mitr. Pontif. p. 387.* Nec ipsi Apostoli semper potuerunt hanc formam observare, fatente Lancelotto Conrad. *in templ. omn. jud. l. 2. c. 5. n. 4.* Z *Notatur Lancelottus.*

(156) I. Jure divino nullum discrimen est constitutum inter Episcopum & Presbyterum, quoad potestatem ordinandi sive Episcopos sive Presbyteros, sed officium hoc ordinandi jure divino competit utrique *1. Timoth. IV. 16.* Consuetudine Ecclesiastica deinceps factum, ut Episcopis solis ea potestas relinqueretur. Diserte Chrysostomus *Homil. 11. in 1. Tim. 3.* τὴν γὰρ χειροτονίαν μόνην αὐτῶν ἀναβεβήκασι, καὶ τοῦτο, μόνον δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους, *Sola enim impositione manuum adscenderunt Episcopi supra presbyteros, & hoc solum lucri videntur præripuisse presbyteris.* Non dicit constitutos esse Episcopos super Presbyteros dignitate imponendi manus ordinandis ad sacerdotium, aut tributam illis à Christo fuisse hanc præeminentiam, sed de facto proprio Sacerdotum ait. *Sola impositione manuum* ἀναβεβήκασι *ascenderunt super presbyteros, & hoc unum videntur sibi lucri fecisse.* Qui positus verborum aperte ostendit, prælationem Episcopi præ Presbytero trans- *An presbyteri etiam possint ordinare?*

R ferri

quoque assensum præbentibus, Episcopus ordinetur. Quod si ab uno, vel duobus Episcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, ut Episcopi nominentur, à san-

ferri ad usurpationem & accedentem consuetudinem sive præscriptionem. Exinde tamen non sequitur, quod volunt Pontificii, ministerium ordinationis ita annexum esse Episcopatui, ut si minister alius, qui Episcopus non est, consecret Sacerdotem sive ordinet, consecratio sit irrita. Sane Alexandriæ & in Ægypto presbyteros quoque ordinare potuisse, tum ex Hieronymo, tum ex Eutychii originibus Alexandrinis constat. Vid. *in dict. Eutych.* Johannes Seldenus *p. 128. seq.* At irritam fuisse ejusmodi ordinationem, quis dixerit? Cum & apud Sozomenum legantur Barses & Eulogius ordinati Episcopi in monasteriis suis ab illis, quos instituerant, & veluti cives quosdam habebant, *lib. 6. c. 34.* vid. omnino David Blondellus *apol. de Episc. & Presbyt. p. 309. seq.* Cæterum quod hic de tribus præcise Episcopis dicitur, & quod à minori numero perfici ordinatio nequeat, in eo recessum est à Canone Apostolico primo, qui à duobus ordinationem peragi posse definit. Ἐπίσκοπος, inquit χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. Canones autem isti apud Pontificios maximæ sunt autoritatis. Z.

Olim etiam duo Episcopi sufficiebant.

Plura de ordinatione a Presbyteris factis.

II. Confirmatum hoc in Concilio Tridentino *Session. 14. c. 4.* Ex qua causa Pontificii nostræ Ecclesiæ Ministros non esse veros ac legitimos Pastores, cum ab Episcopis ordinati non sint, asserunt. Bellarmin. *de Sacrament. ordin. c. 1. & libr. 4. de Eccles. c. 8.* Verum satisfecit illis Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. ad d. c. 4. p. m. 407. pr.* Nicol. Hunnius *in Ministerii Lutheran. divini adeoque legitimi demonstrat. Requisit. 3. n. 77. seqq. p. 327. seq.* ubi per Presbyterium quoque factas fuisse ordinationes vel manuum impositiones probat ex textu *1. Tim. 4. v. 14.* Add. D. Hulseman. *Apolog. Minist. Evangel. pro Ministro ordinationis S. I. 5. 19.*

III. Etiam ex Augustino probat Brunnemannus *I. 5. 19. in fine* in Alexandria & per totum Ægyptum Presbyteros deficientibus Epi-

à ſanctis Patribus (157) interdicitur : ergo ſi nomen non habent, officium qualiter habebunt? Evocandi ſunt igitur à Metropolitano (*d*) Suffraganei, qu i ſi omnes concurrunt, bene eſt: ſi aliqui convenire non poſſunt, ſui præſentiam per epiſtolam facere debent.

(*d*) *can.* 1. *& ſeq. diſt.* 65. *& can* 2. *diſt.* 65.

Archiepiſcopus impeditus, conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt.

§. 3. Quod ſi Metropolitanus, vel infirmitate, (*e*) vel alia juſta cauſa ita præpediatur, ut ſuorum ſuffraganeorum aliquem conſecrare non valeat, alicui Coepiſcoporum vices ſuas demandare (158) poterit, à quo con-

(*e*) *c. quod ſedem de off. ordin.*

Epiſcopis conſecrationem perfeciſſe, Confer etiam Ziegl. *de Epiſc. d. c.* 9. §. 9. & 12. ubi memorat olim Epiſcopum ad ordinationem alterius Epiſcopi vocatum & venire nolentem ſuſpenſione punitum fuiſſe. T.

(157) Ubi & à quibus? Guilielmus Antiſiodorenſis *in* 4. *ſenten. diſt.* 25. alienus eſt ab hac ſententia : *Si non eſſent*, inquit, *in mundo, niſi tres tantum ſimplices ſacerdotes, oporteret, quod aliquis eorum conſecraret alium in Epiſcopum & alium in ArchiEpiſcopum.* Add. Joh. Davenant. *quæſt* 42. Si tamen plures Epiſcopi haberi poterunt, ſequenda omnino erit conſtitutio Eccleſiaſtica, quæ in Concilio Niceno primum fuit ſolenniter promulgata *can.* 4. ut ſcil. ad minimum tres adhibeantur Epiſcopi. Cujus intuitu de Siderio quodam Palebiſcæ Epiſcopo refert Syneſius *Epiſt.* 67. eum, non ut fas eſt, declaratum fuiſſe, imo vero contra fas, quia non à tribus Epiſcopis fuerit conſtitutus. Z.

Notatur Lancelottus.

ad §. 3.

(158) I. Ergo Metropolitani præſentia non eſt abſolute neceſſaria. Id tamen obſervatum fuit, ut ſine ejus autoritate & conſenſu conſecratio non fieret. Z.

Metropol. præſentia non neceſſaria.

II. Prærogativa illa Metropolitani & officium convocandi Epiſco-

Prærogativa

confecrandus munus confecrationis recipere tenebitur.

Deficientibus Epifcopis comprovincialibus, advocandi funt Epifcopi vicinæ provinciæ.

§. 4. Illud quæfitum eft, fi in provincia, in qua olim plures Epifcopi fuerint, unum tantum remanere contigerit, quid fieri debeat, cum & folus ordinare non poffit, & nullos quos convocet, habeat provinciales: De hoc in Sardicenfi concilio (*f*) ftatutum legitur, ut fuperftes Epifcopus convocet Epifcopos vicinæ provinciæ, (159) & cum eis comprovinciales fibimet Epifcopos ordinet.

(*f*) *can. fin. dift. 65.*

Quo-

Metropolitani hodie ablata à Pontificibus.

fcopos comprovinciales nititur *canone 4. & 6.* Concilii Niceni, confirmato & repetito in conciliis variis fubfequentium temporum, adductis à Zieglero *d. c. 9.* §. 7. ubi *in* §. *8. fequente* docet, variisque exemplis declarat, ipfos etiam Pontifices, & inter eos etiam Gregorium VII. etfi alias jura Epifcopalia valde turbantem, turbare jura Metropolitanorum, & eorum loco aut in eorum præjudicium ordinare noluiffe, nifi negligentia Metropolitani effet evidens: Hodie vero nihil veræ poteftatis vel autoritatis Metropolitanis in Epifcoporum ordinatione relictum effe: ejus vim omnem ab uno Pontifice Romano pendere, & ab iis, quibus ejus partem conceflerat. Ipfos etiam Præfules non alii, quam illi uni hujus beneficii gratiam habere, neque aliter nomina fua infcribere folere, quam fub hac formula. *N. miferatione divina & fancta fedis Apoftolicæ gratia Epifcopus.* Cujus formulæ nullum ullibi in antiquis monumentis effet veftigium. T.

ad §. 4.

Quid fi in vicinia non fint Epifcopi?

(159) I. Pone cafum, neque in vicina quidem provincia effe Epifcopos, uti contigit olim in Indiis. Hic fine dubio Canoniftæ etiam

Quomodo sit explicanda consecratio.

§. 5. Congregatis (g) igitur (160) hora Dominicæ (g) *can. 2. dist. 75.*

non admittent, consecrationem fieri debere. Ego vero nihil video, quid obstet, cum requisitio trium Episcoporum sit ex constitutione Ecclesiastica positiva, quæ non obligat, ubi necessitas urget. Z.

II. Neque etiam olim ad solum necessitatis casum restricta erat convocatio Episcoporum finitimorum. Quin potius ex Theodoreto & variis conciliis probat Zieglerus *d. c. 9. §. 10. 11.* olim Episcopos provinciæ pro arbitrio suo invitasse etiam alios extra provinciam. Sed tamen hos non nisi vocatos interfuisse, nec invitatos etiam fuisse, nisi certæ Ecclesiæ addictos & titulatos. Eos enim qui incertæ ordinationis essent, & passim vagarentur in provinciis, neque Presbyteros quidem aut Diaconos ordinare potuisse, ut quod per varia concilia ipsis fuerit interdictum. T. *Quid olim juris intuitu Episcoporum vicinorum.*

ad §. 5.

(160) I. Ritus istos partim Apostolica autoritate, partim Ecclesiastica sanctione, & hos tum demum, cum presbyteriale munus ab Episcopali gradu distingui cœpisset, introductos esse, ostendit Blondellus *in Pseudoisidor. p. 131.* Ex Apostolico Exemplo non alio fere opus est ritu, quam precibus & impositione manuum. Quæ impositio manuum, etsi in se, ut est contrectatio alterius corporis nullam habeat efficaciam, cum etiam Salvator non imponendo manus, sed insufflando Apostolos constituerit Ecclesiæ Doctores, ex libertate tamen Christiana, & quia Apostoli ita præiverunt in nostris Ecclesiis merito retinetur. Z. *Rituum consecrationis Episcopalis origo.*

II. Quæ superadditæ sunt sequioribus temporibus ceremoniæ, tolerari possent, nisi necessitas earum ita adstrueretur, ut effectus quidam spirituales deficere crederentur, si illæ omissæ fuissent. Ut taceam, Ecclesiam Latinam immani ceremoniarum mole cultum divinum in plerisque omnibus partibus pene obruisse, ut vere dixerit Wicelius, totum fere cultum divinum nostris seculis ceremoniosum apparere. Non improbamus solennitates quasdam cultui divino in- *Querela de cultu divino nimis ceremoniali.*

cæ lucis tertia (161) Episcopis, & scrutinio cum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi, Evangelii co-

inservientes; sed hoc improbamus, si præter ingentem & infinitum ceremoniarum numerum nihil aliud afferat Ecclesia aliqua, aut parum certe, quod ad promovendum & sustinendum cultum divinum faciat. Ipse Augustinus docet, ceremoniarum quasdam esse necessarias, quasdam adiaphoras, quasdam stultas & inutiles, quæ nisi probe discernantur, dedecori magis sunt religioni Christianæ, quam ornatui. Ita Zieglerus *d. c. 9. §. 3.* ubi & *§. 4.* ex Hincmaro *Tom. 2. num. 43. p. 717.* exponit ritus seculo nono in Gallia usitatos, quo scilicet ordine consecratus tum fuerit Metropolitanus, atque Diœcesanus Episcopus. T.

Notabilia de tempore,

(161) Quod tempus consecrationum attinet, docet Zieglerus *d. l. §. 15. ex cap. fin. dist. 75.* ex Ivone Carnotensi *epist. 58.* Episcoporum ordinationes nonnisi jejunio quarti, septimi & decimi mensis (i. e. Junii Septembris, & Decembris, quia à Martio annum incipiebant) aut initio quadragesimæ, vel Sabbatho medianæ quadragesimæ fieri debuisse. In sequentibus vero *§. 16. & 17.* notat: tempus illud, quo ordinatus fuerit Episcopus, locum ei dedisse & sessionem inter comprovinciales Episcopos, atque ut de certitudine temporis & diei, quo quisque ordinatus fuerat, constaret, neque inane propterea litigium moveretur, constituisse Patres Africanos *can. 89. in Cod. can Eccles. Afric.* ut ordinatores testimonia ejus rei scripta darent, & formulam talis testimonii ex appendice ad *Tom. II. Concil. Gall. n. 15.* apponit. Quoad circumstantiam loci id observat *§. 6.* non admisisse veteres, ut quis alibi quam in civitate illa, in qua sedes vacaret, aut in provincia saltem, cujus civitas illa pars esset, ordinaretur, per *Canon. 5. Concil. Aurelianensis IV.* In Hispania liberum fuisse Metropolitano, eligere locum consecrationis, ut tamen infra provinciam id fieret. Diversum aliquando tentasse legatum Pontificis in Gallia, dum consecrandum absque necessitate aliqua ex-

& loco consecrationis.

tra

codicem tenentes, manus imponant, (162) & uno ſuper eodem benedictionem fundente, cæteri qui adſunt, manibus ſuis caput ejus tangant, atque illud una cum manibus ſacro chriſmate deliniant: (163) quo demum peracto, Eccleſiæ Romanæ, atque ejus Pontificibus fide-

---

tra provinciam vocaſſet, ſed ei tum maſcule reſtitiſſe Ivonem Carnotenſem, &c. T.

(162) I. χειροθεσίαν hanc ex Hebræorum uſu derivatam eſſe contendit Seldenus *in Eutych. Orig. Alexandr. p. 24. Z. & de Epiſc.* §. 2. *Manuum impoſitio unde?*

II. Quadruplicem manuum impoſitionem memorat Scriptura, quas ſingulas perſequitur Gisb. Voetius *Polit. Eccleſ. lib. 2. Tract. 1. cap. 8. §. 1. S. I. 5. 21.* *Quadruplex eſt.*

(163) Sed unctionem hanc externam neque Chriſtus neque Apoſtoli in ordinatione adhibuerunt. Nec in Græca quidem Eccleſia circa annum Domini 1200. ritum hunc ungendi uſitatum fuiſſe, colligere licet ex *cap. 1. X. de ſacr. unct.* Et hodieque in Eccleſia Græca tam unitorum cum Romano Epiſcopo, quam diſunitorum, quos vocant, perficitur ordinatio presbyterorum ſola manuum impoſitione ſine oleo, etiam in ipſa urbe Roma, fatente Lugo *diſp. 2. de Sacrament. ſect. 5. n. 85.* Ex quo in ipſo etiam concilio Tridentino negarunt nonnulli neceſſitatem hujus unctionis, referente Petr. Suav. *in hiſt. lib. 7.* vid. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. pag. 418.* Et certe quod Chriſma exorciſatur, eique ſpiritualis quædam efficacia tribuitur, manifeſtam continet ſuperſtitionem & abuſum nominis divini. Cum enim gratia & efficacia ſpiritualis à promiſſione & inſtitutione divina pendeat, omnino ſuperſtitioſum eſt, ſine verbo DEI eam rei alicui adfingere, & ad eam producendam nomen DEI adhibere. Add. quæ dixi infr. *tit. 23. ad princip.* Z. *Unctionis inventum ſuperſtitioſum.*

(164)

(*h*) *c. ego N. de jurej.* delitas secundum formam Gregoriani (*h*) rescripti juranda erit. (164)

DE

Juramentum fidelitatis, ejus origo. (164) I. Juramentum extat *c. 4. X. de jurejur.* ubi tamen pro verbis, *& regulas sanctorum patrum*, recentiores Pontifices substituerunt *& regalia S. Petri*, uti de Gregorio IX. testatur Matth. Parisiensis *in Henric. 3.* & de Gregorio XIII. bulla ejus ad Mauritium Episcopum Imelacensem. Sed & istud quod hodie jurant Episcopi, juramentum plura adhuc continet, & arctius stringit conscientias, uti id legi potest *in Pontificiali Romano num. 113.* Et hoc fidelitatis atque obedientiæ juramentum sibi præstari volunt Pontifices Romani non ab Episcopis tantum, sed ipsis etiam Patriarchis *c. antiqua 23. X. de privileg.* quos tamen æquales suos, non subditos compellavit Gregorius *Regist. l. 4. ep. 36. & l. 7. indict. 1. ep. 30.*

Artes Pontificum id introducendi. Erudite autem observat Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imper. l. 6. c. 7. n. 6. seq.* quibus technis Pontifices Romani fidelitatis istud juramentum introduxerint, & quatenus per istud Principum jura violata fuerint, præsertim postquam Gregorius VII. diserte prohibuisset, ne quis Episcopus homagium Regibus præstaret. Antehac enim etiam ab Italiæ Episcopis homagium Imperatoribus præstitum fuisse constat ex iis, quæ notat Dn. Conring. *de finib. Imper. Germ. p. 144. seq.* Z.

Quid olim moris circa promissionem obedientiæ? II. *De Episcopis d. l. §. 18. 19. 20.* idem Zieglerus notat, antequam consecrationis actus plene absolveretur, oportuisse ordinandum professionem fidei facere, quam scripto aliquando tradiderit Metropolitano. Antiquitus quidem nullam eum Metropolitano promisisse obedientiam; postea vero invaluisse, ut in professione fidei simul obedientiæ mentio fieret, quam Metropolitano exhibere oportuerit consecrandum. Et Gregorium IX. *c. 13. de major. & obed.* permisisse, ut secundum eandem formulam Metropolitanis præstaretur juramentum obedientiæ, quam ipse ab Episcopis sibi subjectis reciperet. Sedi autem Pontificiæ tum temporis cæteros inferioris ordinis Episcopos professionem fidei fecisse, negasse Petrum de Mar-

DE RECEPTIONE ET AVTHORITATE PALLII

TITULUS XI.

Pallii receptio non est differenda: & volens aliquid palliando objicere, debet jurare de calumnia, & intra duos menses objecta probare: alioqui tenetur ad pœnam talionis.

§. I.

HOc (*a*) amplius Metropolitanum prospicere oportet, ut pallii petitionem, (165) & receptionem non diffe- *(a) can. 1. dist. 100.*

Marca, quanquam negari nequeat, multis ante temporibus à Metropolitanis isti sedi subjectionem & obedientiam promissam fuisse. Uti vero latius deinceps fimbrias suas explicaverit Episcopus Romanus, & professionem fidei cum juramento à quovis Episcopo exigere cœperit: ita etiam legatos Pontificis simili honoris cultu se affici voluisse, *can. de persona dist. 65.* sed tamen huic conatui cordate se opposuisse Ivonem Carnotensem *epist. 59. & 60.* In hunc igitur modum ampliatam fuisse autoritatem Metropolitani, ut non reverentia tantum, sed & obedientia ei cum jurejurando promitteretur. Quodsi Metropolitanus ipse præsens in ordinationis actu non fuisset, spondisse Episcopum & jurasse, se ut primum posset Metropolitanam sedem visitaturum, in signum, ut loquuntur reverentiæ corporalis *can. si quis dist. 65.* T.

TIT. XI.

ad §. 1.

(165) Etenim, ut Zieglerus *de Episcopis l. 2. c. 10. §. 6.* docuit, nec Metropolitanis quidem pallium concedebatur, nisi obnixe & summis precibus, sive uti Gregorius ad Brunichildem Reginam Francorum scribit *l. 7. ep. 5.* fortiter postularetur *c. prisca dist. 100.* Idque probat formula apud veterem autorem rituum Ec- *Pallium obnixe petendum.*

 clesia-

differat: (166) cum ſibi ſine pallio Epiſcoporum conſecrationem (*b*) minime permiſſam (167) ſcire debeat:

(*b*) *c. quod ſicut inf. de elect.*

cleſiaſticorum *l. 1. t. 10. c. 5.* deſcripta. *Ego N. electus Eccleſiæ N. inſtanter inſtantius & inſtantiſſime peto mihi tradi & aſſignari pallium &c.* ſed & præſentem eſſe oportebat Metropolitanum, nec licebat domi expectare, ut illud mitteretur. Qua de re monitum voluit, Brunonem Epiſcopum Veronenſem Gregorius VII. Papa *lib. I. Epiſt. 24.* Hujus veſtigiis inſiſtens Urbanus II. ut ſingulare quid & ſpeciale jactitat, quando apud Platinam ad ArchiEpiſcopum Mediolanenſem pallium miſit. Nec tamen id ſemper ita ab Anteceſſoribus obſervatum fuiſſe docet antea allegata Gregorii ad Brunichildem Epiſtola, in qua dum cauſas refert, propter quas denegari Syagrio Epiſcopo debeat pallium, nullam facit mentionem ejus, quod præſentem ipſe ſe non ſtiterit, ſed tantum, quod ille ſpecialiter pallium non expetierit. Nihilominus tamen eidem abſenti id mittit per nuncium ſuum, ſub hac conditione, ſi petitionem ille ſuam nuncio expoſuerit. Similiter Clemens II. Papa Odiloni Cluniacenſis monaſterii Abbati pallium ſimul & annulum miſit, juſſitque Eccleſiæ Lugdunenſis eſſe Epiſcopum, Glaber Rodulphus *lib. 5. hiſt. c. 4.* Sic & Wilhelmus Courtney ArchiEpiſcopus Cantuarienſis referente Joſſelino *in ejus vita* per procuratores petiit & accepit pallium. T.

Et quidem à præſente Metropolitano.

Quod tamen olim non ſemper obſervabatur.

Arcanum Pap. Aliud.

(166) Ne ſcilicet defraudetur lucro ſuo nundinatrix Roma. Z.

(167) I. Cuneus hic eſt cuneum trudens, quia ſcil. Metropolitanus, niſi Romæ pallium emerit prius, vendere Epiſcopatus in diœceſi ſua non poteſt. At in Eccleſia antiqua pallii hujus ad ordinationem faciens uſus plane ignorabatur. Z.

Subtilitates Canoniſtarum.

II. Ad executionem officii neceſſariam eſſe ArchiEpiſcopis pallii ſuſceptionem, imo vero antequam id fiat, minus omnino poſſe ArchiEpiſcopum quam ſimplicem Epiſcopum, qui nullo pallio indiget, perpetua eſt horum temporum apud Romanos doctrina. Rationem reddit *ex c. 23. §. ſuper eo & c. 11. X. de elect. item ex c. 3. de* uſ.

at: Est autem pallium Metropolitanorum (168) insigne ornamentum, (169) quod de corpore beati Petri

us. & aut. pall. Zieglerus *de Episc. l. 2. c. 10. §. 1.* atque rem ex Francisco Bosqueto *ad Innocent. III. epist. 47. lib. 1.* exemplo Proconsulis & ejus Legati declarat. Unde si quæratur, quid accipiant ArchiEpiscopi per consecrationem, in promtu responsio est, per consecrationem ArchiEpiscopum acquirere Pontificiæ potestatis plenitudinem, potestate non actu, quoad ordinem, non quoad executionem ordinis. Alteserra *ad c. 3. h. t.* Et disputationem recenset anno 148?, in Anglia ortam, utrum liceret Wilhelmo Coutnay designato ArchiEpiscopo Cantuariensi crucem à Priore & conventu acceptam ante se deferre, & nuptias Richardi II. Angliæ Regis cum Regis Bohemiæ sorore copulatione Ecclesiastica confirmare, & reginam coronare? ex Josselino *in vita Wilhelmi.* T.

III. Hoc est unum ex præcipuis mysteriis iniquitatis Hierarchiæ Romanæ, cujus efficacia omnes subsunt Pontifici & ejus se vasallos profitentur. Quemadmodum Doctor Bulla sua destitutus, sive non bullatus, ea quæ sunt docturæ, exercere non potest. *M. p. 56.* *Mysterium iniquitatis*

(168) Volunt enim Canonistæ hoc pallium ArchiEpiscopis quasi esse proprium. Notat tamen Zieglerus *d. c. 10. §. 4. & 5.* sæpe etiam aliis Episcopis minoribus id concedi à Pontifice solere, vel ex speciali gratia atque privilegio. Sæpe tamen id bilem movisse Metropolitanis, indigne ferentibus, insignia hæc sua & singularia ornamenta cum sibi subjectis communicari. Utrumque assertum exemplis variis declarat. T. *Pallium an Metropolitanis proprium?*

(169) I. Non equidem adeo insigne, uti nunc est. Totum enim id, quod pallium dicitur, fascia tantum est latitudinis trium digitorum ex candida lana linoque confecta, habens circulum humeros circumstringentem, & duas lineas seu chordulas ab utraque parte ante & retro pendentes, item quatuor cruces nigras seu purpureas, quarum una ad pectus, altera retro in humeris jacet, ultimæ hinc inde brachia exornant. Johan de Turrecremat *ad c. 1. dist. 100.* Olim autem *Pallii descriptio*

revera insigne fuit ornamentum. Uti enim Petrus de Marca *de Concord. Sacerd. & Imp. l. 6. c. 6.* observat, fuit id quondam genus Imperatorii indumenti ad talos usque demissi, cujus usum sibi solis reservatum Imperatores successu temporis communicarunt Patriarchis. Z.

Descriptio plenior. II. Plenius pallium ex Innocentii III. *libro de offic. miss.* describit Ziegl. *d. c. 10.* §. *2.* quod sit de candida lana contextum, desuper habens circulum humeros constringentem, & duas lineas ab utraque parte pendentes, quatuor cruces purpureas, ante retro, à dextris à sinistris, sed à sinistris duplicem, & simplicem à dextris. Tres etiam acus aureas insigi pallio ante pectus super humerum, & post tergum, super dextrum humerum non insigi, hanc quamlibet acum pretiosum continere lapidem. Tradit etiam interpretationem mysticam horum omnium ex ipsorum Pontificum doctrina. *Pallii interpretatio mystica.* *Quia de vellere ovis est, intellige te ovium pastorem. Et quia eo circumcingeris & etiam circa humeros portas, cognoscas, & undique circumspicias, ne aliqua erret & in morsus incidat luporum. Quodsi aliquando, quod absit contigerit, eam habeas in humeros ad caudam reportare, & pristinæ societati coadunare. Quod vero ante & retro crux Domini habetur, illud Apostolicum semper docet ante oculos tuæ mentis habere: mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* *Scopus interpretationis hujus.* (Unde obiter observabis, quam utilis sit interpretatio mystica, etiam ad arcana politica Cleri Pontificii sub specie pietatis obtegenda, & cur adeo hodienum passim illud genus interpretationis commendetur.) Cæterum de differentia formæ hodiernæ pallii Episcopalis ab antiqua plenius tractat idem *d. c. 10.* §. *11.-17.* *Pallii antiqui forma.* Scilicet pallium fuisse olim indumentum totius corporis ad talos usque promissum, & splendidissimum quidem atque pretiosum. Laneam enim fasciolam hodiernam laudem tam insignis ornamenti, uti id describant veteres, non mereri. Et maxime huc facere locum Johannis Diaconi in vita S. Gregorii: *Pallium ejus* inquit, *bysso candente contextum nullis acubus perforatum, sic ipsum circa scapulas devolutum fuisse, non autem confixum.* *Pallium Imperatorium.* Cum igitur pallium Episcopale vestimenti genus fuerit, facile patere, simile id fuisse pallio Imperatorio ab initio quidem

solis

tri (170) sumitur, (c) Pastoralis officii plenitudinem (d) c) c. ad bon. ingl. 1. de autor. & us. pall.

solis Græcis proprio, sed postea Imperatoribus quoque Romanis usitato. Nec dubium esse, ab Imperatoribus tale concessum fuisse Patriarchis, ab his deinde etiam cum Metropolitis communicatum fuisse. Neque id negare posse eos, qui donationem Constantini pro authentica habeant ob verba perspicua *can. Constantinus dist. 96.* Inde etiam Anthimum Patriarcham Constantinopolitanum cum sede sua cedere coactus esset, pallium Justiniano & Theodoræ reddidisse, à quibus scilicet acceperat. Eodem Justiniano imperante petiisse Auxanium, cum in sedem Arelatensem evectus fuisset à Pontifice Vigilio pallium, ei vero respondisse Pontificem *Epist. 6.* rationem postulare ut pallium conferatur cum consensu Imperatoris, scilicet quia pallium istud sit Imperatorum proprium, eamque in rem plura collegisse Albericum Gentilem ad *l. 7. C. de malef. & Mathem.* Aureliano Auxanii successori eundem Vigilium *Epist. 50.* ad majorem autoritatem comparandam simul concessisse usum pallii, sed ita ut haud obscure prodat, Imperatoris Justiniani consensum impetrari prius oportuisse. Denique eundem modum in conferendo pallio observatum fuisse probat ex ejus *lib. 4. Epist. 35. & lib. 7. Epist. 5.* T. *Olim pallium ab Imperatoribus Patriarchis concessum.*

(170) I. Quia scil. in ara D. Petri & Pauli solennibus precibus recitatis à Pontifice consecratur. Ideo autem de corpore Petri sumtum dicitur, quia altaria primum erigi cœperunt super sepulchra Martyrum & Confessorum, quæ altaria MEMORIÆ dicebantur. Totam ejus conficiendi rationem & modum vid. ap. Sleidan. *l. 13. p. m. 377.* Z. *Cur dicatur de corpore Petri sumtum.*

II. Sic enim conficitur pallium, ut ipsorum habet ceremonia. In die Agnetis Virginis, qui est Januarii dies XXI. in templo D. Agnetis Romæ cum in Missa imploratur agnus DEI, super altare ponuntur agni duo candidi, postea traduntur Basilicæ D. P. Subdiaconis: hi mittunt illos in pascua, suoque tempore tondent, ex eaque lana *Modus conficiendi pallium.*

(d) c. nisi de aut. & us. pal.

(*d*) designans: (171) cujus receptio, ut citius explicetur, novissime constitutum est, ne per cujusvis criminis

---

lana, permixta reliquæ lanæ, cum in filum deducta fuerit, parantur pallia. Latitudine sunt ad tres digitos, ab humeris propendent in pectus atque renes: ad extremum sunt laminæ plumbeæ tenues, ejusdem latitudinis. Ad hunc modum contexta deferuntur ad corpora D. Petri & Pauli, ac certis ibi precibus expeditis relinquuntur per noctem unam; altera die subdiaconi recipiunt, & honesto loco diligenter asservant, donec qui opus habet, ArchiEpiscopus aut ejus procurator sibi dari petit. Traditur autem multis cum ceremoniis & deferentibus mandatur, ne supra noctem unam, si modo fieri possit, in eodem loco subsistant, aut commorentur. *Z. II. 10.3.*

Origo & progressus Pallii.

(171) I. Pallii hujus usus consuetudine primum sine necessitate legis vel divinæ vel humanæ invaluit, & fuit ab initio, uti dixi, ornamentum Imperatorum proprium, datumque dono ab Imperatoribus Episcopis in signum gratiæ & honoris, uti id colligere licet ex Gregorii *lib. 1. Epist. 27.* quemadmodum & Valentinianus Imperator seculo jam V. Ravennati Episcopo honorem pallii concessit. Baron. *ad ann. 432. n. 91.* At eo tempore plenitudinem pastoralis officii pallium nondum designavit. Quin & postea cum à Patriarchis & inter hos etiam à Pontifice Romano Episcopi petere cœpissent pallium, factum id principaliter videtur, ut symbolum esset conformitatis in fide & doctrina. Ita enim Pelagius, ne temere assensu suo quemvis Metropolitanum approbari pateretur, qui in fide parum sanus existeret, jussit, ut fidem suam exponerent, atque ita pallium expeterent, hoc est assensum ejus, cujus indicium erat pallium, *c. quoniam dist. 100.* Et huc faciunt scilicet literæ Synodicæ & Canonicæ, quæ etiam formatæ dicebantur, quibus ipsimet Patriarchæ fidem suam exponebant, & se invicem convenire ostendebant. Defuncto enim ex Patriarchis uno, qui in locum succedebat, reliquis electionem suam significabat, & ne de sua in Orthodoxa fide sincerita-

Olim symbolum conformitatis in fide.

Confessio fidei olim à Patriarchis edita.

nis objectionem forte palliando faciendam differri pos-

---

ritate dubitaretur, confessionem edebat, qua dignum se probabat, qui in communionem reciperetur. Luculentum hujus rei documentum est Epistola Gregorii Magni ad Johannem Constantinopolitanum, Eulogium Alexandrinum, Gregorium Antiochenum, & Johannem Hierosolymitanum *lib. 1. reg. ep. 24.* Cum igitur etiam Metropolitani confessionem suam Patriarchæ exponerent, & simul assensum peterent, pallium ut symbolum recipiebant. *Et à Metropolitanis.* Sequioribus temporibus Papa Romanus pallii usum ex sua tantum potestate dependere & à se solo peti voluit, ita ut imprudenter asserat, Patriarchas Orientales jus non habere conferendi pallium ex sese, sed cum à Sede Romana prius ipsi obtinuissent, *c. antiqua 23. X. de privileg.* *Postea Pallium à solo Papa peti cœptum.* At Innocentii hæc est constitutio, inaudita parte altera, in propria causa, & contra canones Concilii Niceni, unumquemque Patriarcharum in sua regione independentem facientis, promulgata. Et recte igitur Rudolfus Mamistanus, factus Patriarcha Antiochenus pallium de altari B. Petri Antiochiæ ipse sibi sumsit, utramque esse D. Petri cathedram & hanc quidem antiquiorem asserens. Guil. Tyr. *l. 14. c. 10.* Elegantia sunt quæ de artificiis sedis Romanæ notat Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. l. 6. c. 7.* nempe seculo octavo à Pontificibus Romanis institutum fuisse, ut Metropolitani à sede Romana pallium quærerent, ut ea ratione magis obnoxii fierent ei sedi, ac præcipuo quodam jure Pontifici Romano subjicerentur. *Artes arcanæ Pontificum.* Id vero cum animadversum fuisset ab Episcopis Gallicanis, hæsitasse eos in hoc negotio. At mox Pontificem eis ostendisse, pallium non ob aliud ArchiEpiscopis tribui, quam ut hoc exteriori signo à suffraganeis suis distinguantur, & ut eo admoneantur, teneri se ad vitam severiorem & sanctiorem. Atque sic eos deceptos honorem ita oblatum amplexos fuisse. Z.

II. Eadem repetiit Z. *d. c. 10.* quæ hic asseruit de conformitate fidei

(e) extr. com. un. de aut. & uſ. pall.

poſſit: (e) niſi objicientes corporali juramento præſtito firment, ſe nec agere quicquam callide, ac de objectis promptam fidem, hoc eſt, intra bimeſtris temporis ſpatium afferant; ad talionis, (172) vel extraordinariam pœnam ſe præſidis obligantes arbitrio, ſi objecta minime probaverint. Quod ſi contradictores iſta facere renuerint, eorum objectionibus nequaquam obſtantibus, ad ipſius traditionem pallii procedendum erit.

Metropolitanus ſolum in ſua provincia, & certis diebus pallio utitur, & pallium perſonam ſequitur, & ideo commodari non poteſt,

(f) cap. 1. & c. ex tuarii, de aut. pall. (g) c. ad honorem eod. tit.

§. 2. Sed eo nec ſemper (f) nec ubique (173) Metropolitanus uti poterit, (174) (id enim ſoli Romano Pontifici, (g) dum Miſſarum celebrat ſolennia, permittitur) verum in ſua tantum provincia, ac certis dun-

---

fidei & doctrinæ, §. 20. de patriarchis orientalibus, §. 10. & de Metropolitanis in §. 18. T.

Cenſura pœna talionis.

(172) Atqui talionis hanc pœnam nonnulli ideo improbant, quod metu propriæ ſalutis accuſationes prorſus intermittantur, & ſic crimina maneant impunita, cum tamen utile ſit Reip. plures extare accuſatores & criminum vindices. Z.

ad §. 2.

Comparatio elegans pallii cum veſte ſcenica.

(173) Non enim extra Eccleſiam in proceſſione uti debet pallio, ſicut & uſufructuarius ſcenica veſte non poteſt uti, niſi in ſcena, juxta *l. 15. §. 5. ff. de uſufr.* quo ſimili Gloſſa utitur in *cap. ad honorem de autor. pall.* Romanus autem Pontifex dum ſacra facit, pallio ſemper & ubique uti poteſt. Ille enim perpetuo in ſcena verſatur. *M. p. 56.*

Tyrannis Papæ.

(174) I. Tyrannis hæc eſt Pontificia, Metropolitanis, qui Papæ ſubjecti non ſunt, uſum pallii prohibere. Z.

II. Ex

duntaxat diebus. Et cum personam (175) pallium non

II. Ex singulari tamen privilegio Agapetus II Brunoni Coloniensi ArchiEpiscopo pallium misit, quo si vellet, quotidie uteretur, scribente Rotgero *in ipsius vita*. Et Hincmaro Remensi Episcopo Lotharii precibus pallium ad quotidianum usum concessit Leo IV. id nulli se antea concessisse nec deinceps concessurum obtestatus, teste Flodoardo *lib. 3 hist. cap. 10.* Cumque ab Alexandro II. Romano Pontifice, Lanfranco ArchiEpiscopo Cantuariensi, duo pallia, honoris alterum, alterum amoris concessa legantur apud scriptores historiarum Anglicarum, dubium mihi non est, id quod amoris signaculum esse debuit, ad quotidianum usum datum fuisse. *Z. II. 10. 7.* *Aliquando pallii usus quotidianus.*

(175) I. Non inviderent hoc terrarum populi, nisi propter immensum ejus precium integræ provinciæ expilarentur, contra disertam sanctionem *c. novit. dist. 100.* vid. Marc. Ant. de Domin. *de Rep. Eccles. l. 9. c. 9. n. 52. 53.* & inprimis Petrus de Marca *de concord. Sacerd. & Imper. l. 6. c 10. n. 8. 9.* ubi laudat enixam Gregorii Pontificis operam, quam in prava ista consuetudine evellenda posuit. Et agnovit Papa Zacharias in Epist. veram simoniam committi, si precium detur pro pallio. Notæ sunt querelæ Germanorum de hac pallii nundinatione & aulæ Romanæ avaritia. Postquam enim in gravaminibus suis de sede Moguntina retulissent, quomodo alius post alium, successor quandoque pro defuncto & aucto magis magisque precio pallium id Romæ redemerint, tandem ita concludunt. *Sicque in vita unius hominis septies viginti quinque millia à solo ArchiEpiscopatu Moguntino pro confirmatione Romam pervenerunt.* Et cum ArchiEpiscopus Jacobus vix quatuor annos sedisset, mox post eum electus Dominus Uriel ad minus quatuor viginti, aut viginti quinque millia coactus est solvere, quorum partem mutuo forsan accepit, imponere coactus est subsidium aut exactionem in *Avaritia aulæ Romanæ in nundinatione pallii.*

(h) c. 2. eod. tit.

non transeat, (h) nec alteri commodari poterit, & cum eo quisque sepeliendus erit. (176)

Pleraque dicta de creatione Episcoporum, habent locum etiam in aliis Prælatis.

§. 3. Hæc de creandis Episcopis dixisse sufficiat. Nunc de illorum vita, ac qualis eorum debeat esse conversatio, pleraque & de cæteris Sacerdotibus intellecturi, paucis expediamus.

DE

---

in suos populos & pauperes agricolas, quorum aliqui nondum satisfecerunt tributo aut exactioni pro pallio à suo prædecessore Jacobo impositæ. Z.

Illustratio observationis præcedentis.

II. Dicta illustrat idem *d. c. 10. §. 8. & 9.* observans inter crimina, de quibus accusatus fuit Stigandus ArchiEpiscopus Cantuariensis, etiam hoc fuisse, quod Roberti antecessoris sui, injuste ex Anglia pulsi pallio Cantuariæ relicto, aliquandiu usus fuerit; imo etsi ad aliam Ecclesiam ArchiEpiscopus aliquis transferatur, nec tum tamen ei ejusdem pallii usum permitti, quo in priori Ecclesia usus fuit, sed aliud petere, cogi, ut tandem ubi defunctus fuerit, cum utroque sepeliatur. Quod querelas nationis Germanicæ attinet, docetur haud paulo feliciorem in hoc genere fuisse Angliam. Ita enim scribere Regem Canutum apud Wilhelm Marmerbur. *de gest. Reg. Angl. l. 2. c. 11. Conquestus iterum sum coram Domino Papa, & mihi valde displicere dixi, quod mei ArchiEpiscopi in tantum angariabantur immensitate pecuniarum, quæ ab iis exigebantur, dum pallio accipiendo secundum morem, Apostolicam sedem expeterent, decretumque est, ne id deinceps fiat.* T.

Olim pallium ad successorem translatum.

(176) Sed in Oriente Alexandrino Patriarchæ demortuo à successore pallium detrahebatur de collo, quod sibi successor imponebat, uti ex Liberato Diacono refert M. A. de Dominis *lib. 3. c. 11. n. 8.* Z.

TIT.

DE VITA ET HONESTATE PRÆLATORUM.

TITVLVS XII.

Qui præcellit dignitate, debet & innocentia præcellere.

§. 1.

DEbet (*a*) igitur Episcopus esse sine crimine (177) & cunctum populum cui præest, conversatione & in-

(*a*) *can. unum orarium vers.*

TIT. XII.

ad §. 1.

(177) Zieglerus de Episcopis *l. 4. c. 1.* postquam §. *1.* notasset ab Ignatio *in Epistola ad Smyrnæos*, à Chrysostomo *hom. 3. in cap. 6. Es.* ab Ambrosio de *Sacerd. c. 2.* doceri, Episcopis majorem honorem, & sublimiorem cultum deberi quam regibus, & fulgorem Regum comparatum ad sublimitatem Episcopalem convenire comparatione plumbi ad aurum, (unde obiter notes, quam antiqua sint prima Pontificatus arcana fundamenta, nimirum nimia eminentia Episcopis præ reliquo clero & populo attributa) postea §. *3.* non sine ratione docet, tantam eminentiam decere etiam peculiarem vitæ honestatem & integritatem. Virtutes autem universas quibus eminere debeant Episcopi Paulum *1. Timoth. III. 2.* uno verbo complexum esse, dum irreprehensibiles eos esse jubeat. Irreprehensibilem esse vero non denotare immunem esse à peccato (§. *4. & 13.*) sed bene audire ob integritatem vitæ & morum, nec probabili suspicione alicujus criminis laborare. Oportere ergo. (§. 5.) ut ii qui populum Christi suscipiant pascendum, sancti sint, quare etiam Episcopi (§. *9.*) ob professionem hanc puræ & inculpatæ vitæ, se invicem SANCTITATIS titulo compellaverint. Atque hactenus (§. 6.) eo tempore, quo ab omnibus ordinibus, ut quisque innocentia

Episcoporum eminentia nimia & irrationalis.

Eminentia virtutis.

Irreprehensibilitas quid?

Item sanctitas.

Cur ea hodie exulent?

oportet episc. di. 25. innocentia præcellere: (178) Qualis enim erit ædificatio discipuli, si se magistro intelligat esse præstantiorem: nam Episcopus instituere & admonere omnes debet; nemo autem recte monitoris personam suscipit,

---

ac dignitate inter eos excelleret, justis suffragiis Episcopi lecti fuerint, feliciter id cessisse Ecclesiæ; postquam vero illa ratio eligendi in desuetudinem abierit, varias mox irrepsisse corruptelas, ita ut hodie aliquando bello exercitis veluti militare præmium Episcopatus detur, sæpe gratiosis & potentibus, interdum etiam fœminis adulantes, Episcopi fieri mereantur, quibus nullum doctrinæ, nullum pietatis studium, nulla aut scientia, aut usus earum rerum, quarum causa munus illud institutum fuerit, idque cum maximo & Ecclesiæ & Reipublicæ damno. *Notatur ista Ziegleri assertio.* Hic illud saltem moneo; non universaliter videre procedere, quod Zieglerus integritatem vitæ & morum quasi dependisse statuat ab electione Episcoporum ab omnibus ordinibus facta. Testatur enim passim Historia Ecclesiæ, sæpe etiam ab omnibus ordinibus electos fuisse homines haud quaquam irreprehensibiles, & vel affectatio illa eminentiæ super Reges ab initio hujus observationis facta docere potest, quam antiqua sit ista morum Episcopalium corruptio. Confer quæ supra *ad Tit.* 7. passim de inordinatis electionibus, quamvis ab omnibus ordinibus factis memorata sunt. T.

Compendium virtutum Episcopalium ex doctrina Pauli. (178) I. Qualis autem debeat esse vita Episcopi, quibusve eum moribus præditum esse oporteat, omnium optime & quasi in compendio explicat Apostolus Paulus *1. Tim. III. 2 seq. Oportet* inquit, *Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ Domui bene præpositum filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem Domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ DEI diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium*

pit, nisi qui moribus suis aliorum errata condemnat. (179) Quod non solum de Episcopo, sed etiam de

nium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Et in Epist. *ad Tit. I, 7. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut DEI dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem: amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit, & exhortari in doctrina sana & eos qui contradicunt arguere.* In his præceptis tota continetur Ethica pastoralis, quæ tam necessaria est Episcopo, ut sine ejus cognitione, & virtutum istarum exercitio, ne nomen quidem Episcopi sustinere is queat. *Z. IV. 1. 10.*

II. Uno verbo quædam interdicuntur Clericis, ut absolute incompatibilia cum Ministerio Ecclesiæ, cujusmodi est omnis rerum & officiorum sæcularium gestio & exercitium; sive in judicando sive in postulando; unde patet esse vitiosam combinationem Episcopatus & Principatus, ac Ministerii Aulici & Ecclesiastici & conjunctionem utriusque gladii in eadem vagina, licet maxima pars rerum hujus seculi per Clerum Pontificium & Monachos hodie dirigatur; Quædam ut avocantia à Ministerio, ut negotiationes operosæ (quamvis Constantinus *l. 2. de Episc. & Clericis, in Cod.* aliquam etiam *mercaturam honestati tamen consciam*, Clericis licitam voluerit) conductiones prædiorum alienorum, studium literarum à suo instituto remotiorum; Quædam ut eorum ordini plane indecentia, ut vestitus minus conveniens, aleæ usus, venatio, usura, cauponarum frequentatio, quæ omnia peccata canonica haud immerito dixeris; Quædam ut minus convenientia doctrinæ gratiæ & misericordiæ, cujus debent esse præcones, ut causæ sanguinariæ; Quædam vero ceu in se & absolute turpia, ut ebriositas, fornicatio &c. *M. p. 101.*

Quinque genera eorum quæ Clericis interdicta sunt.

(179) Quia non inter Laicos tantum, sed etiam in Ordine Ecclesiastico *Cur Episco-*

 cle-

de omnibus qui domui DEI deserviunt, intelligi oportet: quia vehementer Ecclesiam DEI destruit, meliores laicos esse, quam clericos: quæque in aliis membris

pi virtutibus præcellere debeant auditores?

clesiastico, & in hoc quidem, majore cum scandalo, vitia facile adolescunt, dum mutuo affrictu suas quisque sordes alteri allinit, & privatæ libidinis licentiam atque impunitatem quisque per alterius indulgentiam consequitur, tenentur Episcopi suos ita componere mores, ut & ipsi sancte vivant, & perdite viventes arguere sine labe queant. Præterquam enim, quod *reatu majore delinquat*, uti ait Hilarius *in Concilio Romano cap. 1.* qui *potiori honore perfruitur, & graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum*, etiam ex eo augeri solet malum inde proveniens, quod ad ejus, qui digniore loco est, exemplum, ab aliis inferioribus committantur eadem mox delicta. *Quod* enim *exemplo fit, etiam jure fieri putant*, ut aït Cicero *lib. 4. epist. 3.* Et sic etiam *nulli illicitum esse videtur, quod ab Episcopo quasi licite perpetratur; sed ipsum magis credunt homines esse laudabile, quicquid Episcopus habuerit delectabile; nec quisquam quod agere Pontifex non dubitat, se indubitanter agere dicat*, uti loquitur alicubi Ambrosius. Sic etiam Gregorius Nazianzenus *Epist. 22.* Lucerna Ecclesiæ est Episcopus: per ejus mores puros vel impuros belle habet aut laborat corpus Ecclesiæ, cui præpositus est. Autor operis imperfecti in Matthæum, quod Chrysostomo vulgo adscribitur, *homil. 38.* sacerdotes stomacho comparat, populum membris reliquis, mox hanc addit προσφώνησιν: *Videte ergo Sacerdotes, quomodo vos componatis in verbo & opere: quoniam sicut in corpore, si aliquod fuerit infirmum membrum, non omnino languet & stomachus; si autem stomachus langueret, omnia membra inveniuntur infirma: Sic si aliquis Christianorum peccaverit, non omnino peccant & Sacerdotes; si autem Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus convertitur ad peccatum.* Et recte proinde Heliodorum Episcopum Altinensem-

bris Ecclesiæ vacant à culpa, sæpe in sacerdotibus habentur illicita. (180)

Episco-

sem admonet Hieronymus *in epist. In te omnium oculi diriguntur: domus tua & conversatio tua, quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ: quicquid feceris id sibi omnes faciendum putant: cave ne committas, quod aut qui reprehendere volunt, digne lacerasse videantur; aut qui imitari, cogantur delinquere.* Eoque pertinet additio ab Capitulare Theodulsi Episcopi Aurelianensis, qua suos admonet CoEpiscopos, in doctrina pariter & vita, ut sanctitatem colant, suisque plebibus exemplo sint, ne si alterutrum deficiat, destruant id, quod ædificare debuerunt. Nam ut ait Arnulphus Episcopus Lexoviensis *in sermone habito in Concilio Turonensi*: Sanctitas conversationis inquiritur: quia nisi fuerit prædicatoris commendabilis vita, non erit ejus prædicatio gratiosa. Cujus enim vita contemnitur, restat ut & prædicatio contemnatur. *Z. IV. 1. 7. & 8.*

(180) I. Illicita hic accipienda pro indecoris. Et hæc doctrina probe est notanda. Habent singuli sexus, singulæ ætates, singuli pene status sua peculiaria & quasi propria decora. Unde cavendi hic sunt duo extrema errorum. Initio, ne Ministri Ecclesiæ putent, actiones, quæ in aliis membris Ecclesiæ vacant a culpa, vel intuitu illorum pro indecoris non habentur, & ab ipsis sine læsione decori committi posse, v. gr. saltationes, frequentationes comœdiarum &c. secundo ne tales saltationes & frequentationes comœdiarum ac similes actiones, quæ ministros Ecclesiæ dedecent, ideo quia ipsos eæ non decent, habeant pro omnino turpibus & plane illicitis. Contra priorem observationem non solum peccatur frequenter a ministris ruralibus, sed & memini cum adhuc juvenis essem, jam in proverbium abiisse, abjicere togam sacerdotalem & saltare in odium Calvinianorum, quod proverbium haud dubie ortum debet aliquibus ex nostra religione, qui ex nimio Zelo erga quorundam Doctorum ex Reformatis sententiam, de qua statim dicam, in alterum extremum de

Illicita pro indecoris.

Duo errores de licentia rerum quibusdam indecorarum.

Episcopus cavere debet ab improborum commercio, & in corrigendo non minus charitatem, quam potestatem exercere debet.

§. 2. Ab improborum quoque commerciis abstinebit: malorum enim consortia bonos corrumpunt: Habe-

delapsi, verbis & actionibus declarare voluerunt, saltationes in tantum non esse illicitas, ut & causæ nullæ adsint, cur minister Ecclesiæ ab illis abstinere debeat. Contra posteriorem observationem peccarunt, qui sub nomine Præcisitatis & Præcisistarum putarunt, actiones, quæ Ministros Ecclesiæ non decent, in universum pro turpibus esse habendas, quam sententiam acerrime defendit potissimum Gisbertus Voetius, quibus contradixit inter alios Martinus Schookius in Exercitationibus variis passim. Vide potissimum ejus præfationem §. *3. 9.* & præfat. priori Editioni præmissam §. *9. & 24.* Quin & inter nostrates illa controversia de actionibus mediis, von Mittel-Dingen variis in utramque partem editis scriptis ante aliquot annos fuit ventilata. Repete quæ modo *n. 178.* ex Maresio excerpsimus. Huc pertinet eruditus discursus Ziegleri *de Episcop. lib. 4. c. 13. & 14.* quod aulæ Principum Episcopo non sint sectandæ, & quod non conveniant inter se militia armata & status Episcopalis. Habes enim hic duo exempla actionum in se quidem indifferentium, sed quæ non decent ministros Ecclesiæ. Quod vitam aulicam attinet, Zieglerus *d. c. 13.* §. *1.* refert Hutteni comparationem vitæ aulicæ cum mari Tyrio & Æneæ Sylvii *in opusc. de curial. miser.* descriptionem summariam morum aulicorum, atque §. *2.* docet, quam dissentientes & discrepantes sint illi mores a moribus Episcoporum ab Apostolo descriptis, eamque in rem etiam adducit §. *3.* locum ex Nicolai de Clemangis *Epist. 14.* in quo se excusat, cur admonitus a Johanne Præposito Insulensi, ut Parisios redeat & ad aulam se recipiat, id sibi haudquaquam consultum esse arbitretur. Ostendit etiam § *4. 5. 6. 7.* in Concilio Antiocheno *can. 11.* & in concilio Sardicensi *can. 8.* item

Episcopos an deceat vita aulica.

Habebit igitur ſecum honeſti teſtimonii clericos, qui poſſint irreprehenſibiles inveniri: & ſi quando illos, ſive

item a Juſtiniano Imperatore *l. 43. C. de Epiſc. & Cler.* & *Novell. 6. c. 2.* Canones & conſtitutiones varias eſſe promulgatas, quibus intempeſtiva illa ſectatio aularum Epiſcopis fuerit interdicta. Addit *§. 8. & 9.* eſſe perquam multos etiamnum, qui putent, non utilem tantum ſed neceſſariam etiam quandoque eſſe Epiſcoporum in aulis Principum præſentiam, nec debere adeo inhiberi eos, ne aulas ſectentur, propter infinita quæ inde reſultent bona. Summam rationum pro hac ſententia adducit ex Petro Bleſenſi *Epiſt. 84.* Niſi *familiares & conſiliarii Regis eſſent præfati Epiſcopi, ſupra dorſum Eccleſiæ fabricarent hodie peccatores, ac immaniter & intolerabiliter opprimeret clerum præſumtio Laicalis. Nunc autem, ſi quid in Eccleſiæ attentatur injuriam, autoritate Pontificiali corripitur: aut ſi ad hoc Eccleſiaſtica cenſura non ſufficit, ſpiritualis gladii defectus civili ſuppletur, & ad eorum arbitrium principalis animadverſio exercetur. Si quandoque ut fieri ſolet, adverſus inſontes Regis indignatio vehementius excandeſcit, Epiſcoporum precibus temperatur. Iſtis mediantibus manſueſcit circa ſimplices judicialis rigor, admittitur clamor pauperum, Eccleſiarum dignitas erigitur, relevatur pauperum indigentia, firmatur in Clero libertas, pax in populis, in monaſteriis quies, juſtitia libere exercetur, ſuperbia deprimitur, augetur Laicorum devotio, religio fovetur, diriguntur judicia, leges acceptantur, decreta Romana vim obtinent, poſſeſſiones Eccleſiaſticæ dilatantur.* Quibus ſequentia reponit Zieglerus. Egregii vero converſationis hujus aulicæ fructus, quos utinam demetere liceret. Sed enim vereor, ne diverſa & contraria omnia ſequantur, quibus propulſandis nulla ſufficiet providentia humana. Contrarium ſuſtinuiſſe Juſtinianum Imperatorem modo audivimus. Contrarium etiam defendit Æneas Sylvius poſtea Pius II. Pontifex Rom. *de miſer. Curial. num. 5.* dum ait: *Cæterum cum ab initio diximus, quos-*

ſive etiam laicos inter ſe diſſidere contigerit, ad pacem magis, quam ad judicium compellat: inque illis corrigen-

dam eſſe qui tanquam animæ conſulturi, Regalibus ſeſe dedunt obſequiis (exiſtimant enim conſulendo Regibus, utilitatem Reip. promovendo, pupilli & viduarum tuendo cauſas, afflictis & inopibus ſuccurrendo, tanto magis Deo placere, quanto majore tædio iſta peragunt) reſpondendum eſt etiam his, ne qui ſtultiores ſunt aliis, ſapientiores omnibus videantur. Quamvis neminem adhuc cognoverim, qui non ſuum aliquod temporale commodum apud Reges inſectaretur; fingamus tamen aliquem fore, quem ſola ſalutis animæ ratio moveat. An ita eſt, ut hoc in curia ſibi poſſit obtinere? Conſulemus nos viro bono, in obſequio Regis ut ſe immergat? Putabimusne ſic animum lucrifieri? Mihi hercle non fit veriſimile, in Curiis Principum, ubi tot vitia regnant, ubi tot irritamenta ab exercitio virtutum ſubducunt, virum aliquem bonum poſſe perſeverare. Namque ut ſeſſor bonus in equo retrogrado vel calcitroſo excutietur, dilabeturque tandem: Sic vir bonus & juſtus apud Reges diffluet: vel imminutus rerum licentia ac luxu & tot immunditiis tum vitiorum, tum hominum circumventus declinabit a via & in ſcopulos ruet, ventorum viribus actus & tempeſtatum, &c. De militia armata Epiſcoporum ejusque indecentia quæ ſummatim docuit Zieglerus *in d. c. 14.* fuſius demonſtravit in peculiari diſſertatione Wittebergæ anno 1682. edita, cui titulus. Σιδηρόξυλον *Eccleſiaſticum, ſive Epiſcopus Miles in veteri Eccleſia inviſus*, ubi per ſingula ſecula ortum & progreſſum hujus mali delineat, ac quod ea indecentia valde diſplicuerit cordatioribus, etiam ex ipſis Pontificiis, variis eam in rem adductis horum locis oſtendit. T.

An militia armata?

II. Sacerdos cum exemplum gregis eſſe debeat, a multis abſtinere debet, quæ in Laicis tolerantur; nam quæ Laicis interdicta, multo magis interdicta Clericis. Sic vitare debent uſum armorum *c. 2. X. de vita & honeſt. Cler.* adeo, ut ſi tertio monitus non deponat,

An uſus armorum?

rigendis plus agat benevolentia, *b*) quam severitas: plus charitas quam potestas: neque dominari magis *b) can. licet ple-*

(181)

ponat, excommunicetur. Panorm. *in d. c. 2. n. 9. c. Si quis, dist. 36.* & portantes arma irregulares efficiuntur *d. c. 2.* Et Magistratus Clerico auferre potest arma nunquam ei restituenda. Covarruv. *pract. q. 33. n. 7.* de quo plura Dn. Tabor. *in Armamentario tit. de Exarmatione cap. 4. §. 12. seq.* Inde facile apparet, sclopeta explodere voluptatis etiam tantum gratia, sacris personis non convenire, nisi in causa necessariæ defensionis. Non debet Doctor Ecclesiæ in periculo belli aut pestis deserere Ecclesiam, nam si fugit, suspectum se reddit, quod nullam fiduciam in DEum habeat, & fit mercenarius. Quamvis autem Carpz. *l. 1. Jurisprud. Eccles. def. 72.* excipiat ubi Pastor aliis Ecclesiis etiam præest, & Ecclesia peste correpta aliis Ministris sit instructa; id tamen intelligo, si aliis Ecclesiis æque aut magis sit præpositus, v. g. si Generalis Superintendens pastor simul sit Ecclesiæ particularis. Nam tunc non dubitarem adserere, cæteris paribus ipsi licere in locum tutiorem se conferre. Aliud dicerem, si Professor Theologiæ simul sit Pastor. Nam officii professorii administratio moram patitur, non item pastoratus Ecclesiæ gestio. B. *l. VI. §. 1. & 12.* *An deserere Ecclesiam possit tempore pestis?*

III. Duo diversi casus sunt, an fuga permissa Ecclesiæ Ministro tempore pestis; & an tempore persecutionis. Tempore pestis fugam esse illicitam communiter concludunt, ex evidenti ratione, quod tunc præcipue Ecclesia ope Ministri indigeat, partim ut solatio adsint ægrotantibus, partim ut ad seriam pœnitentiam agendam inducant sanos, quo hac ratione DEus iterum vindictæ gravitatem, clementia sua paterna compenset, & pœnæ gratiam reliquis populi sui faciat. vid. D. Mengering. *in informat. Consc. Evangel. Domin. Reminisc. Q. 2.* Gerhard *Loc. Theolog. de Ministerio Ecclesiast. §. 290.* Tarnov. *de Minister. Eccles. lib. 3. cap. 2.* ubi prolixe de hoc themate agit, nec substitutum pro fugiente admittere vult. Quoad fugam persecu- *An tempore persecutionis?*

 tionis

runque dist. 45. (181) quam consulere subditis cupiat, ne, quod provisum est ad concordiam, tendat ad dissidium.

Pra-

tionis tempore distinguunt; An persecutio sit personalis, an universalis totius Ecclesiæ. In illa admittunt fugam, ob consilium Salvatoris *Matth. 10. 23.* Non in hac, cum turpe foret Pastori fugere cum periculo ovium. Gerhard. *d. Loc.* §. *292.* Tarnov. *d. lib. 3. cap. 3.* Distincte satis eandem quæstionem resolvit, & qualitatem periculi imminentis & animum pastoris fugientis attendendum esse monet Bovoles *in Pastoral. Evangel. lib. 3. cap. 8.* unde plura peti possunt. *S. p. 257.*

ad §. 2.

(181) Zieglerus *d. l. 4. c. 8.* id agit, ut variis adductis variorum locis doceat, Episcopum ab omni superbia debere esse alienum, ubi maxime notabilia sunt verba §. 5. Datur autem inter alias (varias superbiæ species) singularis aliqua & admodum subtilis, quæ interdum speciem humilitatis induit, & virtutis formam mentitur, qualis est, si quis alterius insectatur superbiam sed superbia alia, quomodo Diogenes pede premens culcitram Platonis & dicens, se calcare fastum illius, audivit: calcas quidem, sed alio fastu. Eoque pertinet superbia illa spiritualis, quam prolixe perstringit Johannes Cassianus *lib. 12. collat.* Eam dicit perfrequenter infestare illos, qui quam maxime sibi videntur perfecti, & propemodum jam positi in consummatione virtutum. *Quod superbiæ genus*, inquit, *cap. 24. nec multis cognitum nec expertum est. Quia nec plures student perfectam cordis apprehendere puritatem, ut ad hos præliorum gradus valeant pervenire, nec præcedentium vitiorum, quorum in singulis libellis naturam pariter remediaque præmisimus, procuratur ulla purgatio. Sed illos solummodo pulsare solet, qui devictis superioribus vitiis jam propemodum sunt in virtutum culmine collocati. Quos quia lapsu carnali subtilissimus hostis superare non quivit, spirituali ruina dejicere ac supplantare conatur.* &c.

Subtilis superbia spiritualis.

Plane

Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeveritatem lenitati.

§. 3. Cum lenitate tamen ſeveritas miſcenda eſt: nam miſericordiæ multum demitur, ſi ſeveritate omnino ſit deſtituta: ideoque Rectoribus ineſſe debet juſte

Plane in pannis quoque poteſt eſſe faſtus, & ſæpe ſolent hi quoque eſſe ſuperbi, qui ſancti eſſe dicuntur. Et §. *11*. Nec ſunt tamen ab externis ſemper geſtibus & morum intemperantia ſuperbiæ argumenta capienda, cum tam occulte ſæpe & abdite lateat hoc vitium, ut etiam a prudentiſſimis & ſagaciſſimis haud obſervetur, neque ſe exſerat prius, quam irritetur paulisper, & ad iram commoveatur animus, cæteroquin ad ſpeciem & uſurpationem fictæ humilitatis eleganter compoſitus. Nihil fallacius eſt, quam vita ſancta ſub religionis integumento. Fallere poteſt & vita ipſa, quæ ſanctitatem mentitur, & prava religio, quæ per vitæ ſanctitatem veritatis ſpeciem acquirit. Idem Zieglerus *c*. 9. dum ambitionem omnem Epiſcopo fugiendam eſſe docet, inter alia ſic diſſerit. §. *3*. Eſt ſanctis illis ſedibus quaſi adnexum & proprium hoc vitium, ut per ambitionem quærantur, & earum axiomata non aliis artibus augeantur. Nec enim continere ſe facile poterit quisquam, qui tantam dignitatem ſecularibus poteſtatibus exæquatam, imo eas tranſcendentem vel appetit vel ſuſtinet, quo minus priſtinos ſuos mores ad humilitatem compoſitos vel exuat prorſus, vel immutet ſaltem. Et mox §. *4*. Peſſimum vero eſt iſtud ambitioſorum hominum genus, quod ſub virtutis ſpecie & fictæ religionis atque pietatis cultu ſapientiſſimos quosque decipit ac fallit. Nec enim aperta ſemper via incedit ambitio, ſeque conſpicuam reddit omnibus, ſed reconditas ſæpenumero & apertas quærit latebras, ſeque ita occultat nonnunquam, ut humilitatem & devotiſſimam Deo mentem, nec alii rei niſi pietati inſervientem, egregie mentiatur. Qui hoc animo ſunt, fronte atque vultu, ſed & actionibus,

Larva pietatis & ſanctitatis ſe occultans.

Ambitio Epiſcopalis.

Etiam ſub ſpecie pietatis fallens.

juste consolans misericordia, & pie sæviens (182) disciplina: ut nec in disciplinæ rigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: quodque severius castigare necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis.

Præ-

bus, quibus simulatio facillime sustinetur, longe alii videntur. Superbiam enim qua infecti sunt, in demissam abjectionem convertunt, & longe se ab illis præfecturis, alienos ostentant, quas ardentissima cupiditate depereunt & venantur. Denique §. 5. Plane qui ita sentiant, non alium in finem pietatem proferunt, nisi ut Ecclesias rapiant, quas si rapuerint, pietatem ipsam aggrediuntur & evertunt. Nec enim simulatum potest quicquam esse diuturnum. Et eos qui simulatione & inani ostentatione, ficto non modo sermone, sed etiam vultu dignitates aucupantur, mox ubi adepti illas fuerint, personas exuere, & quales sint, deposita larva, magno cum Ecclesiæ malo repræsentare. Compluribus mortalium adsunt virtutis insignia, qui tamen vera virtute vacant. Non omnes vere Theologi sunt, qui pileum theologicum gerunt, quive hoc nomine sunt donati. Non omnes Monachi, qui cucullo onerantur, &c. *T.*

Sed tandem seipsam detegens.

ad §. 3.

Lancelotti pia sævitia notata.

(182). Miror hanc *piam sævitiam* a Zieglero absque censura fuisse dimissam. Si enim omnis sævitia ab Episcopo debet abesse, ut ipse Lancelottus in verbis finalibus hujus §. innuit, & recta ratio docet, quid commercii pietati esse poterit, cum sævitia, aut sævitiæ cum pietate? Mamertinus *in Paneg. Juliani cap. 25. Quis nescit* inquit, *aliorum Imperatorum hilarem diritatem, cachinnantemque sævitiam, a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur.* Liceat hoc dictum Mamertini paucis mutatis applicare ad rem præsentem. *Cui non suspecta sit Episcoporum Pontificiorum,*

Prælatus non debet tolerare perversos.

§. 4. Præterea cavendum eſt, ne perverſe agentes connivendo toleret. Culpam enim facientis habet, qui quod poteſt, negligit emendare: & error, cui non reſiſtitur, approbatur. (183)

Epi-

---

rum, & qui his ſimiles ſunt, ſancta diritas, piaque ſævitia, a quibus ingenita crudelitas figmento pietatis tegitur. Inter varia eaque infinita exempla hujus piæ ſævitiæ eminet inventum, quod Hæretici vivi debeant comburi. Nimirum Eccleſia non ſitit ſanguinem, eamque regulam ipſum jus Canonicum & Clerus Pontificius ubique inculcat. Ergo rogandi erant reges & principes, ne hæreticorum etiam ſanguinem effunderent, ſed ut igne eos extinguerent. *T.* *Hujus inſigne exemplum.*

ad §. 4.

(183) Valde vereor, ne & hic lateat arcanum piæ ſævitiæ Cleri Pontificii, & ne ſub nomine *perverſe agentium* Lancelottus intelligat errantes aut diſſentientes quosvis in doctrina, adeoque liceat ad ejus arcani diſtinctiorem cognitionem ex Ziegleri *cap. 10. d. lib. 4.* excerpere ſequentia. Naturalem eſſe hominibus ad diſſentiendum facilitatem inquit Ulpianus in *l. 17. §. 6. ff. de recept. arb.* quia ſcilicet nec ſenſus nec intellectus inter homines ejusdem ſunt qualitatis atque conditionis, & prona hinc ad diſſentiendum exiſtunt ingenia. Quod ſi acceſſerit opinio, dum unusquisque ſe prudentiorem & ſapientiorem credit, ingenti incremento augebitur iſta facilitas, ſeſeque exſeret haud paulo promtius. Fac porro ſtomachoſiorem aliquem eſſe, & in iram provolutum, atque effuſum, omnia ille in adverſarium, quem ſibi finget, maledicta & convitia congeret, nec aliter vel exiſtimationem ſuam, vel opinionem, quam fovet, ſuſtineri poſſe putabit, præterquam per contumelias & injurias atrociores. Omnes proinde ille captabit occaſiones, quibus ægre facere poſſit diſſentienti, examinabit ejus vivendi rationem, facta, dicta, geſtus, mores, & a primo pueritia ætates *Arcanum Papale, ſub nomine perverſe agentium intelligere diſſentientes.* *Diſſenſio hominibus naturalis.* *Item odiſſe diſſentientes.*

omnes

Episcopus orationi & prædicationi debet insistere. §. 5.

omnes, in quibus vel exaggerabit, quod est exiguum, vel depravabit, quod ex se quidem sincerum, nonnullam tamen speciem habet mali. Possunt hæc, quanquam valde atrocia sint, utcunque tolerari in illis, qui in secularibus negotiis versantur, neque ex sacerdotio professionem & munus sustinent; at vero etiam inter illas personas, quæ Ecclesiæ suum addixerunt ministerium, & inter summos quidem præfectos tales reperiri, dolendum maximopere est, & sine acerbissimo animi sensu vix cogitandum. Quantas enim calamitates per contentiones, dissidia, æmulationes, Zelum intempestivum, affectus inordinatos, aliosque errores τῶν προϊςαμένων Ecclesia perpessa fuerit, pleni sunt historiarum libri. De intestinis his Christianorum in Ecclesia, præsertim vero Doctorum concertationibus statuendum omnino est, quod longe plus detrimenti afferant, quam externæ hostium, quæ & ipsæ exinde sæpe obortæ sunt persecutiones. Nec malum id in uno loco facile coercetur, sed ab urbe ad urbem, à vico ad vicum, à provincia ad provinciam pedetentim vagatur, & dissidium ubique excitatur exitiosum. Simulatque aliquis ex sua civitate, quæ hæresi ista jam infecta est, ad aliud se oppidum quacunque ex causa contulerit, sermones mox facit, de nova ista, quæ nunc in publicum spargitur, doctrina, eam vel laudans, vel refutans, interim tamen auditoris animum graviter percellens. Nec sibi ipsi deest Novator, uti communiter dici hodie solet is, qui novam excogitavit fidei regulam aut expositionem. Dabit is tempestive ad alios Theologos alibi degentes literas, exponet occasionem controversiæ nupere obortæ, suamque sententiam firmabit argumentis, quibus poterit, fortissimis: rogabit admodum submisse, & cum quadam humilitatis specie, eorum judicium & ἐπίκρισιν, seque vi conscientiæ suæ diversum docere non posse sancte asseverabit. Etsi vero non omnes sibi inveniat consentientes, erunt tamen nonnulli, qui dum honori sibi ducunt, in re tali judicium suum exquiri, facile in novam istam sententiam descendent, & novos quærenti addent stimulos, simulque cum

Frequens etiam inter Clericos

Exitiosa toti Reipubl.

Arcana artes utrobique

§. 5. In primis autem orationi & prædicationi (184)

cum illo dissentientes petulantissime insectabuntur, quod declarat exemplo hæreseos Arrianæ §. 3. & 5. Tum sic pergit §. 6. Exempla alia veteris Ecclesiæ, & eorum maxime, qui insigne in ea nomen meruerunt, & pro luminibus habentur, quoties intueor, toties fixus animo hæret dolor, inventos inter eos fuisse, qui invidia, æmulatione, ira, contentione, supplantatione, inimicitia, hostilitate, odio inflammati ipsam sæpe turbarunt Ecclesiam, suisque affectibus perciti scandalum maximo cum proximi damno dederunt. Perquam celebres eadem ætate fuerunt Johannes Chrysostomus, Theophilus Alexandrinus, & Epiphanius Cypri Episcopus. Sed pudet referre, quantæ inter eos sese exseruerint simultates, & quam acerbæ se invicem insectati fuerint. Docti & eruditi fuerunt pariter omnes, & ex doctrina nobiles atque clarissimi, sed Epiphanii simplicitas, Theophili versutia, atque Chrysostomi iracundia impedimento fuerunt, quominus coalescere inter se potuerint eorum animi, in quorum conjunctione tamen salus Ecclesiæ posita videbatur. Ac postea §. 7. dicta illustrat ex Sozomeni *lib. 8. c. 14. & 15.* Etsi vero, ita continuat §. 8. Johannes ille Chrysostomus insignis Ecclesiæ Doctor fuerit & laudabilem in conservanda orthodoxa fide operam præstiterit, negari tamen nequit, iracundiorum eum, æquo rigidiorem, nonnunquam & inflexibilem & irreconciliabilem, adeoque imprudentiorem fuisse, quam pro statu Ecclesiæ licuerit. Quem in finem adducit locum Socratis *l. 6. c. 11.* subjungens; Id vero dolendum valde est, propter Johannem istum ruptum fuisse in ipsa Ecclesia Constantinopolitana concordiæ vinculum, ita ut Johannitæ dicerentur nonnulli, qui ejus partes sequebantur, quive post ejus abductionem in exilium, Ecclesiam & Curiam incendio destruxerunt, ut idem refert Socrates *d. l. 6. cap. 18.* Illustrat porro dicta §. 9. & 10. adductis exemplis de turbis in Ecclesia excitatis ob controversiam de festo Paschatos & propter Nestorii hæresin. Addit §. 11. Illud gravissima

Exempla veteris Ecclesiæ.

Chrysostomi, Theophili, Epiphanii.

Chrysostomi nævi.

Johannitæ.

Alia exempla

Prudentia

circa dissentientes. ma sæpe Ecclesiis intulit damna, quod rigide nimis & austero more ac modo primis mox congressibus excepti fuerint dissentientes. Prudentia tum opus est, & omni studio laborandum, ne excandescant animi, & eo adigantur, ut nulla spes sit eos convincendi. *Pertinaciæ vitium.* Est enim hoc pertinaciæ plerisque mortalium ingeniis insitum, ut quod semel quocunque casu & quacunque ratione etiam imprudenter & parum considerate pronunciaverint, ne erraſſe videantur, nunquam tueri desinant, etiamsi convicti fuerint, se perperam pronunciasse. Adeoque fieri potest, ut ex parvis initiis vastissimum excitetur incendium, utve malum, quod initio contemnendum videtur, paulatim auctum tandem erumpat in grave discrimen tranquillitatis Christianæ. Pessime autem affecti sunt illi, qui qualicunque offensiuncula accepta, ita mox exardescunt, ut aliorum quoque odia in fratrem offendentem concitent, & quo id impetrent facilius, hæreseos illi notam impingunt, *Crimen hæreticationis.* non ignari hoc genus calumniæ omnem bonam destruere opinionem, & vel amicissimos evertere. Adductoque exemplo Theophili Alexandrini ex Sozomeno *l. 8. c. 12.* concludit: Tales in Ecclesia Christiana omni ætate fuerunt multo plures, qui corrupti privatis affectibus, interdum id, quod bonum est, dixere malum, quive verba obiter & minus considerate pronunciata, nec hæretica tamen, omni execratione digna judicant, inque sensum plane perversum torquent, & malevolo prorsus animo interpretantur. Pergit §. *12.* Nec vero hæreticus illico est, qui qualitercunque errat in doctrina. Et ut maxime quis talis sit, non est tamen propterea ille protinus maledictis & probrosis compellationibus excipiendus, quandoquidem hisce pharmacis nunquam sanari solent ægroti, sed potius redduntur insanabiles. Cordate & prudenter sobrieque defendenda est veritas, dandaque opera, ut solidis rationibus atque Scripturarum testimoniis & doceantur errantes & vincantur pertinaces. Maledicentia & verborum acerbitate plerumque evertitur spes emendationis, quam de dissentientibus concipere & fovere quis potest. Leniter & verecunde ac sine detestatione nimia, sineque opprobratione acerba reprehensionis agendum est cum illis, qui in errorem rapiuntur primum, nec ea, quæ vera sunt, cernere illico possunt. Per istiusmodi

enim

(184) insistat: Nam præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, hinc est, quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus Sanctus insedit. Populum, itaque prædicando doceat, (185) sed

---

enim lenitatem multo facilius ad rectiorem viam revocari poterunt, quam si probris omnibus maledictisque eos quis insequatur. Multo minus ergo audiendi erunt, qui diris imprecationibus in quoscunque à se dissentientes sæviunt, & hac ratione convinci eos posse sibi persuasum habent, cum per violentas ejusmodi impugnationes magis invalescere soleat pertinacia, & facile in rabiem desinat. Nec improbanda tamen ideo erit durior procedendi ratio & acerbior animadversio, sicubi emendari nolit, & ἀυτακατάκριτος fiat, seque ipsum ab Ecclesiæ corpore abscindat heterodoxus. Reliqua legantur apud ipsum Zieglerum §. *13. 14. 15.* T.

ad §. 5.

(184) Huc pertinet *cap. 2. & 3. d. l. 4.* apud Ziegl. In. 2. docet, in pietate quotidianum esse debere Episcopi exercitium. Primam partem pietatis esse verum DEI cultum & sincerum in eum affectum, alteram amorem erga proximum. In *cap. 3.* agit de cura animarum Episcopo commissa, consistente in prædicatione verbi, sacramentorum administratione, precatione, quæ tamen quam moderate atque prudenter peragenda sit, propter personarum, quibus impertiri debeat, discrimen, generalibus præceptis explicari vix possit. Sed jam diu viros pios & probos conquestos esse de neglecto hoc officio ab Episcopis. Nec excusare Episcopos, quod ipsi curam animarum gerant per vicarios suos, cum substituere regulariter nemo possit, cujus persona ob singularem industriam sit electa. Licentiam vero non residendi esse novioris Ecclesiæ institutum sæpius improbatum, cum attendere debeant Episcopi gregi suo *Act. 20. 28.* attendere autem præsupponere præsentiam, non absentiam &c. T.

Pietas Episcoporum.

Cura animarum.

(185) Istud officium ab Episcopis diu neglectum, fratribus *Mendicanti-*

 men-

sed illa doceat, quæ à DEO ipse didicerit, non quæ illi caro, vel humanus sensus suaserit. Ea propter sacris libris jugiter insistere illum oportet: (c) nec enim sufficit prælatis bona conversatio, nisi addatur scientia doctrinæ. (186)

(c) *dist. 36. & seq.*

Epi-

...um artes prædicationes ad se rapientium.

mendicantibus cessit, cumque id Episcopi in Concilio Tridentino sibi quasi postliminio vindicare & restituere conarentur, ab Mendicantibus haud pauca audire oportebat sibi nec grata nec decora. Vid. Petr. Suav. *hist. Concil. Trident. p. 185. 186.* Et mirandum sane in eodem concilio aliquando inter sexaginta Episcopos non repertum ullum, qui spatio quatuor horarum ad præmeditandum dato, concionem habere potuisset, quod idem refert Suavis *p. 293.* sed mirari desinet, qui secum perpendet, quibus artibus Mendicantes fratres docendi munus in Ecclesia sibi vendicaverint. Factum enim exinde, ut Episcopi & Paroeciarum Rectores soliti ad id tempus sacras conciones ad populum habere, deinceps in alto fere ocio vixerint, quemadmodum *in tertio libro Annalium* observat Papirius Massonus.

Episcoporum ignorantia & pigritia inepte à Sixto Senensi excusata.

Id magis miror, non improbari à Pontificiis istam Episcoporum ignorantiam & pigritiam. Scripsit alicubi Hieronymus, pastorem non esse appellandum, qui non possit docere, quos pascit. Ista verba non ita esse accipienda, scribit Sixtus Senensis *bibl. lib. 6. annot. 301.* ut credamus, neminem esse Episcopum & Ecclesiæ Pastorem qui non doceat, aut docere non possit, sed eum, qui nec per se, nec per alium docere curat, indignum esse pastoris dignitate ac nomine. Male igitur in verbis mox sequentibus dicit Lancelottus, Episcopum docere debere, quæ ipse didicit; cum sufficiat alium didicisse, per quem deinceps doceat Episcopus. Et hinc igitur satis excusatur ruditas Episcoporum, si diis placeat. Z.

Ignorantia totius Cleri.

(186) 1. Ita quidem oportet. Sed jam olim seculi mores reprehendit Guilielmus Malmesburiensis *lib. 3.* *Literarum* inquit, *& religionis studia obsoleverant. Clerici literatura tumultuaria*

con-

Episcopus hospitalis esse debet & liberalis.

§. 6. Sed *d*) nec utramque sibi sufficere credat: nam largam quoque manum (187) habere debet, & ne- (*d*) *diss.* 41.

contenti vix Sacramentorum verba balbutiebant: Stupori & miraculo erat cæteris, qui Grammaticam nosset. Sed enim frustra forte à Clericis requiretur eruditionis comparatio, cum nec ipsi Pontifices Romani multum scientiæ jactare semper possint. Scribit enim Alfonsus à Castro, plures eorum adeo illiteratos fuisse, ut Grammaticam penitus ignorarent, *l. 1. adv hær. c. 4. fol. 6.* Et tamen pro sacrilegio habitum olim, si quis divinæ legis sanctitatem aut nesciendo confunderet, aut negligendo violaret & offenderet *l. 25. C. Theod. de Episc.* & ibi Jac. Gothofredus. Z. *& ipsorum Pontificum.*

II. Duo requiruntur ad Episcopum, probitas & eruditio. Unum sine altero non sufficit. Plus tamen ædificat Ecclesiam suam Episcopus exemplo quam doctrina, plus vita quam scientia. Imo vita eorum, qui veram cultus divini rationem profitentur, sæpe norma & cynosura est, ex qua de veritate religionis judicare solent plebeji, quæque adeo in fide conservare solent minus intelligentes. Ziegl. *d. c. 2. l. 4. §. 6. & 7.* ubi etiam *§. 8. & 9.* exempli loco adducit, quod in controversia cum Arianis, item cum Eunomio & Apollinari horum hæreticorum errores in quibusdam provinciis incrementa capere non potuerint, quod videret populus, monachos suos sanctitate valde conspicuos eis nullam fidem habere. Quamvis ego nesciam an hoc argumentum Ziegleri multum inferat, cum statim ipse *§. 10.* subjiciat, ipsos hæreticos ut veneno suo inficerent imprudentes, eandem vivendi rationem (i. e. sanctitatem) secutos fuisse, quod exemplo Macedonianorum ex Sozomeni *lib. 4. c. 27.* declarat. Nam datur etiam fucata pietas. T. *Probitas & eruditio conjungenda in Episcopo.*

ad §. 6.

(187) I. Optime Hieronymus *libr. 2. epist. 12. Ignominia Sacerdotis est, propriis studere divitiis.* Et huc spectat quod refert *De avaritia Episcoporum.*

 Sozo-

necessitatem patientibus subvenire, alienam inopiam suam

Sozomenus *l.4.c.23.* & Nicephorus *l.9.c.45.* Sophronium quendam exauctoratum fuisse, quod avaritiæ studio in Ecclesiæ pecunia quæstum fecerit At quæ etiamnum sint Episcoporum vitia, quæ ab iis artes ditescendi excolantur, quæque luxuriæ parentur instrumenta, nemo ignorat. Z.

II. Idem *cap.11. d. l.4.* prolixius deducit, quam grande vitium in Episcopo sit avaritia, non solum ideo, quod eam Apostolus idololatriam vocet *Col.3.5.* & radicem omnium malorum definiat, *1. Tim. VI.10.* sed & quod Ethnici etiam turpitudinem avaritiæ vivis coloribus depinxerint, & fere gravius quam ipsi Christiani hoc vitium insectati fuerint; Ipsum Hieronymum jam conquestum fuisse *l.2. ep.13.* de avaritia Episcoporum, sed & plurimis conciliorum decretis eandem fuisse notatam & prohibitam. Maxime notabilia sunt verba §. *10. & 12.* Quemadmodum in duobus maxime articulis sese exserit avaritiæ furor, quod immoderatius appetit aliena, aut sua tenacius servat, uti optime observat Johannes Saresberiensis *in policrat. lib.7. cap.16.* ita dubium non est, pessimum esse genus eorum, quod & Aristoteles notat *lib.4. Eth. cap.1.* qui in utroque peccant, hoc est, qui & dando deficiunt & accipiendo modum excedunt. Et quidem immoderatius appetit, quisquis, quod deest, legem necessitatis excedens & usus exposcit. Tenentur quoque avidius, quæ usui subtrahuntur, & quibus ipse suum quis fraudat genium. Male audit apud Bohemicarum rerum scriptores Albicus ArchiEpiscopus Pragensis, quod ingenio nimis avido & ad rem attento fuerit, adeo ut in minutissimis quoque rebus ad rem familiarem pertinentibus curiosus & restrictus extiterit. Unicum extremæ avaritiæ barathrum eum vocat Æneas Sylvius *in hist. Bohem. cap.25.* *Qui* inquit, *porro claves cellæ vinariæ nulli alteri, quam sibi ipsi credidit, & animalia viventia dono accepta mox vendidit: & quia sumptuosos esse coquos didicerat, abjectam anum popinæ suæ præfecit.*

Avaritia duplex modus.

Exemplum avari Episcopi.

Inter-

ſuam credens. Res ſuas inter hiſtriones,(188) venato-

Interrogatus aliquando, ſonorum omnium, quem moleſtius audiret, maxillarum, inquit, oſſa frangentium. Salſe & verbis magis penetrantibus ſacrum illum quæſtum deſcribit Erasmus *centur. 1. adag. 12. Apud Sacerdotes* inquit, *quibus oportebat omnem pecuniam eſſe viliſſimam, & quorum erat, ſuas dotes gratis acceptas item communicare, nihil non venale eſt, nihil immune. Quas non tragœdias movent pro ſuis illis decimis? quam odioſe divexant miſeram plebeculam? Non datur baptismus, h. e. non licet fieri Chriſtianum, niſi numeres, atque his præclaris auſpiciis fores ingrederis Eccleſiæ. Non comprobant matrimonium, niſi numeres: non audiunt pœnitentium commiſſa, niſi ſperent præmium. Sacrificant conducti: non pſallunt gratis, non orant gratis, non imponunt manum gratis. Vix procul mota manu benedicunt, niſi dederis. Non conſecrant ſaxum aut calicem, niſi data mercede Quin & illud vere Pontificium munus docendi populum quæſtu vitiatum eſt. Denique non impertiunt corpus Chriſti, niſi numeres. Ut ne dicam interim, quanta meſſis colligatur ex litibus, ex diſpenſationibus, ſic enim vocant, ex condonationibus, quas vulgus appellat indulgentias, e conferendis ſacerdotiis, confirmandis Epiſcopis & Abbatibus. Sed quid apud iſtos gratuitum ſit, apud quos emitur & ſepultura, etiam in alieno ſolo? Apud Ethnicos miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum, erat, ubi gratis quos velles, ſepelires. Apud Chriſtianos nec mortuos operiri terra licet, niſi à ſacerdote tantulum ſpatii conduxeris, & pro precii modo dabitur locus amplus ac magnificus. Si plurimum numeraris, in templo proxime ſummum altare licebit putreſcere: ſin parce dederis, inter plebejos ſub dio complueris.* T.

Querela Eraſmi de avaritia Cleri Pontificii.

(188) Docet Zieglerus *c. 16.* ideo ſolitos fuiſſe Imperatores Romanos in præcipuis urbibus extruere theatra, amphitheatra, circos, lacus, in quibus ſaltationes, venationes, ludi, naumachiæ fuerint exercitæ, & iſta ſpectacula efficaciſſimum regnandi inſtrumentum fu-

Spectaculorum ſcopus apud Ethnicos.

fuisse, cum ad hoc adinventa fuerint spectacula, ut ad animi voluptatem agerentur populo, multaque delectatione eum implerent. Quantamcunque vero populus inde perceperit voluptatem, eam tamen bonis moribus adversam esse recte censuisse Senecam. *Nihil est tam damnosum honestis moribus, quam in aliquo spectaculo residere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt.*

Aversatio primorum Christianorum.

Hinc & Christianos in primitiva Ecclesia teste Tertulliano in *Apologet. c. 38.* circum propter furorem & insana jurgia, theatrum ob spurcitiam & impudicitiam, amphitheatrum ob atrocitatem & immanitatem in arena commissam damnasse, Xysti vero (id est rei athleticæ vid. Desid. Herald. *ad d. l. Tertull p. 149.*) exercitationes tanquam vanas & inutiles improbasse.

Prohibitiones, ne Clerici spectaculis intersint.

Postquam vero tranquillitate Ecclesiis parta ipsi etiam Clerici in delicias propenderint, & variis oblectamentis allecti in theatris etiam conspici se non fuerint veriti, hinc in variis conciliis, Laodiceno, Quinisexto Trullano, Cabinolensi II. & ab ipso Justiniano *in l. 34. de Episc. aud. & Nov. 123. cap. 10.* prohibitos fuisse Clericos, ne spectaculis, videlicet pluribus scurrilitatibus refertis, intersint: imo in Synodo Cabinolensi II. *canone 9.* sacerdotibus præcipi, ut non solum ipsi histrionum sive scurronum & turpium seu obscœnorum jocorum insolentiam respuant, verum etiam ut fidelibus respuenda recenseant.

Effectu tamen destituta.

His tamen non obstantibus sæpe factum esse, ut Clerici ipsi histrioniam fecerint. Invaluisse in Ecclesia Constantinopolitana consuetudinem, ut Clerici larvati luderent in Ecclesia, in festo natalis Christi & festo Luminarium amictu monachorum vel militum vel variorum animalium specie; idemque prorsus etiam in Latina Ecclesia obtinuisse per *cap. 12. de vita & honest. Cleric.* Annotasse etiam Alteserram ad *d. c. 12.* solitum fuisse alicubi Clerum, in diebus solennibus Paschæ & Pentecostes unam ex concubinis suis reginam creare, eamque purpura amictam, & corona redimitam in sublimi solio collocare, circa quam non sine idololatria per totum diem choreæ ductæ fuerint &c. T.

Clerici cur Comœdiis interesse non debeant.

II. Abstinere debent Sacerdotes à Theatricis actibus *c. 12. & pen. d. 1. can 36. de consecrat. dist. 5.* & præsertim Comœdiis etiam nostris, quæ à circumforaneis præsentantur, quæ ut plurimum in interscen-

ſceniis ad minimum habent aliquid levitatis, obſcœnitatis & ſcandali, quamvis tales comœdias expediret prohiberi omnino; ſed apud nos etiam tempore quadrageſimali præſentantur comœdiæ, ita in profanitate profecimus. B. *I. VI. 10 2.*

III. Contra uſum comœdiarum prolixe agit Gisb Voetius. *Diſp. Select P. 4. Diſp. 24. & 25.* Diſtinguunt vero Sanchez. *de Matrim lib. 9. Diſp. 46. n. 41. ſeq.* Johann Salas. *in Prim. ſecundæ D. Thom. Tom. 2. Tract. 13. diſp. 6. Sect. 24. n. 165.* Jus Canonicum in ſpecie prohibet, ne mimis, joculatoribus & hiſtrionibus intendant. *c. 15. X. de vit. & honeſt. Clericor.* Quodſi hoc turpe Clerico eſt, certe nefas erit, ſi ipſe ſcurrilibus ac joculatoriis verbis & adulationibus vacaverit *c. Clericum diſt. 46. & c. Quando diſt. 44.* Limitat quidem illam prohibitionem, ne Comœdiis interſit Clericus Sanchez. *d. l.* ſi ſine ſcandalo id fieri poſſet, ſicut id hodie fit, ubi frequentiſſime Clerici interſunt. Verum à fieri ad fieri debere nulla in moralibus connexio. S. *ibid. p. 253.* **Aliorum Doctorum ſententia.**

IV. Ut Mimi & hiſtriones cæterique ſimiles olim à communione arcebantur, vide *lib. 8. Conſtit. Clem. cap. 28.* ſic iſtiusmodi ſpectaculis non debent intereſſe Eccleſiæ Miniſtri, ne ea comprobare videantur. Quomodo in Synodo Neo-cæſarienſi prohibitum fuit Eccleſiæ Miniſtris, nuptiis bigamorum ſimultaneorum intereſſe, ne eas contra canones approbare viderentur. Interea tamen ipſi Jeſuitæ in ſuis Comœdiis & Tragœdiis ſolent hiſtriones & mimos plerumque adhibere, parum memores hujus conſtitutionis. Ne dicam totam Miſſam eſſe hiſtrioniam perpetuam. M. *p. 98.* **Jeſuitarum mores.**

V. Contra Voetium à B. Strykio modo citatum pro uſu Comœdiarum ſcripſit Martinus Schookius *Exercit. Var. 29. p. 499. ſeq.* ubi probat ab initio antiquorum Patrum inſtitutum, adeo ſevere ludos ſcenicos & hiſtriones arguentium, & fatetur porro, haud meliora cenſeri debere ſpectacula à vulgo hiſtrionum certo pretio edi ſolita, ac ejusmodi hiſtriones olim merito infames habitos fuiſſe, adeoque & neminem Chriſtianorum talibus ſpectaculis intereſſe poſſe. Addit tamen, non ſimpliciter omnia in univerſum ſpectacula eſſe improbanda, ſed quædam ſub certis conditionibus admitti poſſe, **Schookii doctrina pro uſu Comœdiarum.**

tores, (189) aut aucupes (190) minime dispenset: (191) pau-

am ratione materiæ quam ratione modi, quas conditiones distinctius exponit, ac tandem concludit, non probandum à viris piis esse institutum alicujus Magistratus, qui in magna sua Urbe Theatrum constituerit, in quo quaque hebdomade binæ ternæve exhibeantur fabulæ, pro quarum spectaculo qui admitti velint, solvant certum pretium, cessurum usibus pauperum, cujus asserti rationes plures affert. Theologos qui ex Lutheranis & Reformatis Comœdiarum usum defendunt citat ipse Gisbertus Voetius *d p 4. Dissert. Select. dissert. 25. §. 4. p. 369.* Huc spectat etiam Alberici Gentilis *tractatus de Actoribus fabularum & Spectatoribus non notandis, editus Hanoviæ. 1599.* Id observavi, eos qui usum Comœdiarum defendunt & commendant plerumque esse sanguineos, contra cholericos & melancholicos, qui usum comœdiarum in universum damnant. Ita enim comparati sunt homines, ut eas actiones, quæ etsi in se adiaphoræ sint, irritent tamen passiones eorum dominantes, approbent & defendant, contra quæ supprimunt passiones eorum infimas, laudent, & aversentur illas actiones, quæ has passiones eorum infimas excitant. Ego sic soleo consulere meis auditoribus, ut si aversentur comœdias omnes, earum lectionem & spectationem moderatam iis commendem, contra, si iis delectentur, ut suadeam, ut in tempore & à lectione & à spectatione abstineant. Docet enim recta ratio, suadendam esse hominibus suppressionem passionum dominantium, & excitationem moderatam passionum infimarum. Eandemque observationem repetendam esse moneo in quæstionibus sequentibus de licentia venationis, aleæ, saltationum, poculorum sanitatis &c. T.

Et Theologorum quorundam Protestantium.

Nostra sententia.

(189) I. Ex Gratiano *can. qui venatoribus dist. 86.* ex concilio Epaonensi *can. 4.* ex concilio Agathensi *can. 55.* ex capitular. Ludovici Pii *addit. 3. c. 41.* ex concilio Matisconensi. *2. c. 13.* ex Ivonis Carnotensis *part. 5. decret. c. 353.* & Gratiano *dist. 34. c. 1.* probat Zieglerus *de Episc. l. 4. c. 19.* alienam prorsus esse venationem ab

Venatio Episcopis per canones interdicta.

ab officio Episcopi. Canonistæ tamen, ne Clericis nimium adimant, neve illi omni voluptate, quæ ex venatione resultat, excidant, prohibitiones istas conciliorum accipiunt de venatione periculosa & clamorosa, uti vocant, eaque quæ cum armis fieri solet; atque hinc statuunt, sanitatis vel recreationis causa Clericos venationibus uti non prohiberi, dummodo id faciant cum silentio & modestia. Utque eo magis excusatos reddant Clericos venatores & in actu venationis deprehensos, præsupponunt, in dubio venationem ab illis præsumi factam causa recreationis. August. Barbos. *ad c. 1. X. de cler. venat.* Aliam insuper addit distinctionem antiquus Glossator Goffredus de Trano, *ad. dict. tit.* inter Episcopos & reliquos Clericos licitam esse ait causa necessitatis, utilitatis & recreationis, cum retibus & laqueis & canibus, dummodo cum silentio & modestia fiat. Probat autem Zieglerus §. *5. seq.* istam interpretationem Canonistarum non satis convenientem esse vel canonum textui & literæ, vel priscis Ecclesiæ institutis. Porro §. *8. & 9* docet, quo primum tempore studere venationibus cœperint Episcopi, atque putat, originem ejus rei repetendam videri exinde, quando integra territoria & toti districtus ad illos translati fuerint. Tum enim, ait, sine dubio etiam venationum jura ad illos translata fuerunt, quibus ut uterentur commode, & voluptate & utilitate qualicunque attracti, ipsi ea exercere quandoque haud fuerunt veriti. Studium illud seculo sexto ineunte jam invaluisse inter Episcopos, colligere licet ex Concilii Epaonensis *decreto supra adducto.* Quanquam vero non unis vicibus deinceps id prohibitum esset, recruduit tamen istud identidem, & suos omni ætate invenit amatores, præsertim eos qui seculari dignitati, qua præditi erant, Ecclesiasticam junxerunt. Nec tamen pro licito habitum id illico fuit, sed imo animadversione dignum, si quis ejus reus factus fuisset. De Bonifacio Moguntinensi deinceps ArchiEpiscopo refert Cardinalis Baronius *ad ann. 745. n 4.* objecisse eum Gervilioni antecessori suo, conspexisse se oculis suis illum cum canibus & avibus ludentem, quod Episcopo fas non esset. Propterea laudatur Geraldus ArchiEpiscopus Bracarensis à Bernardo ArchiDiacono, quod circa curam accipitrum, aut circa venationem

Canonistarum limitationes.

Improbatæ.

Quando Episcopi venationi operam dare cœperint.

canum, five ludos alearum nunquam operam dederit. Vixit iſte G.raldus ſub Urbano II. & Paſchali II. exeunte ſeculo undecimo & ineunte duodecimo. Et probabile eſt circa iſta tempora, præcipue vero ſeculo undecimo, quo maximam in licentiam diſciplina degeneravit Eccleſiaſtica, etiam hoc venationis ſtudium, perruptis quaſi carceribus ab Eccleſiaſticis perſonis excultum fuiſſe. Nec enim crediderunt deinceps Epiſcopi, tale à ſe in quotidianis venationibus negocium ſuſcipi, propter quod erubeſcere deberent. Imo vero eo tandem proceſſit audacia, ut propter iſtas privilegia à majeſtate civili expetere haud vererentur. Inauditum antea ſeculis omnibus fuiſſe ſcribit Georgius Fabricius *Orig. Sax. lib. 2 p. 215.* Epiſcopos privilegia de venationibus ferarum ab Imperatoribus petere. *Tale* inquit, *Erpo Antiſtes Verdenſis ſenectute jam delirus, ſed in ſua juventute præſul eximius, ab Ottone III. flagitavit & obtinuit.* Sic ergo tandem in genere licitorum poni cœpit, quod antiquitus illicitum & ſtatui clericorum prorſus adverſus creditum fuit. T.

Piſcatio cur Clericis permiſſa.

(190) I. Piſcationem vero Clericis permittunt, cum & ſancti Piſcatores fuerint. Tholoſ. *d. l. n. 14.* quod tamen non aliter admittendum, quam ſi inde nihil decedat ſacris officiis, & functioni ſibi alioqui junctæ. S. *p. 252.*

Cur reliquæ venationes prohibitæ.

II. Goffredus de Trano *in ſumm. tit. de clerico venatore* dum in rationes inquirit, quare Clericus prohibeatur venari, & non piſcari, ultimo loco hanc reddit, quia venator diſcurrit per devia & invia, ſicut diabolus, cum ducit animam captivam. Numquid ergo putabimus, decere iſtud vitæ genus hominem Eccleſiaſtico miniſterio & vitæ ſedatiori deſtinatum? Imo vero conſentientes in hoc habemus Canoniſtas, quod talis venatio, quæ eis clamoroſa & tumultuoſa dicitur, recte Clericis interdicta ſit. Et ſunt tamen aliæ inſuper rationes, quæ etiam quietam & recreativam venationem ut vocant, eis & multo magis Epiſcopis interdictam arguere videntur, certe applicari poſſunt non inepte. In genere illas collegit Franciſcus de Amaya *ad l. un. C. de venat. ferar. n. 67. ſeq.* quia 1. venatoria exercitia athletica ſunt & militaria, quæ abeſſe à vita cœleſti debent, quia 2. nec valde probata ea inter ſacros, quia 3. per ea redduntur homi-

homines crudeles, temerarii, sanguinolenti, & à misericordia alieni, quia 4. ali à venatoribus solent canes, accipitres & similia, ut & sic bona Ecclesiastica, alendis Clericis & pauperibus destinata in alium usum verterentur, quia 5. negotiorum cura negligi & tempus inaniter consumi solet. Quæ omnia distinctionem supra traditam evertunt, Z. *IV. 19. 7.*

(191) I. Aleæ lusum rem esse turpem, & à sapientissimis quibuscunque semper damnatum fuisse vult Zieglerus *d. l. 4. c. 15.* & in jure Romano notum esse edictum de aleatoribus. Aleæ autem nomine venire ludos omnes, qui pendeant á casu ancipiti & fortunæ ludibrio, unde & ad chartas lusorias applicari communiter, quod de alea constitutum legitur. Hunc ergo aleæ lusum multo minus Clericis & Episcopis absque dedecore permitti posse, imo prohibitum iis esse *in can. Apost. 42.* in Synodo Quinisexta in Trullo habita *can. 50.* in concilio Senonensi *cap. 25.* Huc pertinere etiam ex Constitutionibus imperatoriis *l. 34. C. de Episc. aud. Novell. 123. c. 10.* Leonis *Nov. 87.* Capitularia Regum Franciæ *lib. 6. c. 200.* & Ludovici Imper. *add. 3. c. 27.* Irrepsisse autem seculo 12. inter Clericos Gallicanos pessimum hanc consuetudinem, ut inter illicita non haberetur lusus aleæ, sed per mores receptos passim defenderetur & strenue exerceretur, atque huc pertinere *cap. inter dilectos de excess. prælat.* Cæterum, ita concludit Zieglerus §. *8.* utrum ad ludum aleæ etiam referri debeat ludus scachorum, & num ille etiam Clericis interdictus sit, multifariam inter Doctores disputatur. Dubium nascitur ex eo, quod ingenii magis quam fortunæ ludus esse videatur. Qui licitum eum faciunt, quatuor observari volunt requisita 1. ut ad oblectationem, non ad lucrum ludus instituatur. 2. Ut non magnum temporis spatium insumatur, ne à rebus sacris abstrahantur. 3. ut aliorum & secularium præsertim aspectus evitetur, & 4. ut profanos viros in eo socios non admittant. Rectius tamen ni fallor, inter JCtos Angelus Aretinus *tr. de malefic. pag. mihi 333.* & inter Moralistas Martinus Azpilcueta Navarrus *in manual. cap. 20. sub. n. 3.* eum Clericis interdicunt, cum ad latrunculos istos artificiose versandos ea exigatur ingenii contentio, temporisque proli-

Lusus aleæ turpitudo.

Is Clericis interdictus.

Origo morum corruptorum

Ludus scachorum an Clericis permissus.

 xitas,

pauperes potius (192) in hospitio recipiat, & facilius exemplo suo ad hospitalitatem subditos attrahat.

Prae-

xitas, ut ad animum potius defatigandum, quam relaxandum aptus videatur: & qui vincitur nunquam non male se habeat. T.

Lusus alea pro Paternoster & Ave Maria.

II. Casum aleæ esse rem in se turpem negant multi Theologi citati Gatakero idem statuenti *in differt. de sorte contra Amesium & Voetium p. 116.* Porro Capucini & alii austeriores Monachi, forte ex Senatus consulto quod *vetuit in pecuniam ludere*, nisi talis sit lusus, qui *virtutis causa fiat, l. 4. §. 1. ff. de aleat.* solent alea & taxillis inter se certare pro certo numero *Pater noster* & *Ave Maria*, recitandorum ab eo qui succubuerit, quod revera valde ludricum est. *M. p. 99.*

Aliorum sententia de moralitate ludorum.

III. Schookius *Exercit. Var. 21. §. 4. p. 297.* ex Calvini *Epist. 361.* ad Varellum anno 1561. sequentia verba excerpsit. *Quod ad lusus spectat, cupio moderationem teneri. Primum, ne quaestus inde fiat, vel lucrandi illecebra stultos homines implicet. Ad haec, ne modum excedant, vel sumtu, vel assiduitate. Leges ergo ferendae essent &c. quae vitia, quantum fieri possit, coercerent: Ne lucrum quis reportet; ne quod in convivium destinatur, gravet lusores: ne saepius id fiat &c.* Huc pertinet Celeberrimi Johannis Barbeyracii *tractatus Gallicus de lusu* Amstelodami anno 1709. editus. In cujus libro 1. probat lusum in se spectatum non esse illicitum, nec jure naturæ nec lege Evangelii, in libro vero 2. & 3. examinat conditiones ac circumstantias à quibus dependeat licentia ludorum & turpitudo, ac denique libro quarto respondet ad objectiones eorum, qui abusum ludorum defendunt. T.

Episcopi spoliatores pauperum.

(192) At Episcopi in Papatu pauperes spoliant, & eorum facultates prave consumunt, quod justa querela perstringit Marsilius Patavinus *in Defens. Pacis, p. 2. c. 10.* Z

ad

Prælatus debet sobrius esse, prudens & peritus, non solum peritia literarum, verum etiam negociorum.

§. 7. Sobrius sit, (193) non vinolentus: (194) c)

ad §. 7.

(193) De sobrietate Episcopi sequentia notavit Z. *IV. 5.* Communis doctrina moralis est, cavendum esse omnibus ebrietatem & intemperantiam, si non propter semetipsam, saltem ideo quod nescientes, imo necquidem sentientes in funestissima mala præcipitet. Vid. Senec. *Ep. 84.* *Esa. V. 11. seq.* Cæsarius Arelatensis *hom. 5. & 6.* Ergo multo magis reprehensibile est hoc vitium in Clericis vel Episcopis, per tradita ab eodem Cæsario *hom. 6.* Concil. Turonico *1. can. 2.* Conc. Venetico *can. 13.* Agathensi *c. 41.* Capitul. Episc. *Tom. 2. conc. Gall. c. 14.* conc. Cabilon. II. *c. 10.* Petro Abb. Celtensi *l. 3. ep. 10.* Conc. Remensi II. *c. 18.* Conc. Turon. I. *can. 5.* Aquisgr. II. *cap. 6.* Omnium horum canonum autoritatem superat Pauli Theologia moralis, ex qua illi nati fuerunt. Dum enim ille *1. Tim. III. 2. & 3.* Episcopi mores & qualitates quibus instructus esse debeat, describit, inter alia eum esse jubet νηφάλιον καὶ μὴ πάροινον, sobrium, quod alii reddunt vigilantem & non vinosum aut vinolentum. Sunt autem conjunctæ virtutes sobrietas & vigilantia, quas propterea etiam combinavit Petrus *1. epist. V, 8. Sobrii estote & vigilate.* Ebrietas autem obstat vigiliis, cordaque prægravat, *Luc. XXI. 34.* Πάροινος autem non tantum significat eum, qui temulentus est, & vino obnoxius μέθυσος alias dictus, sed etiam qui ὑβριστὴς est, ferox scil. & ex vino ad injuriam & contumeliam inferendam proclivis. Παροινία enim effectum simul comprehendit temulentiæ, ὕβριν scil. aut petulantiam aut injuriam potius ex ebrietate natam & commissam &c. Vitare ergo debet Episcopus temulentiam & ebrietatem, ut vigilare & diu noctuque Ecclesiæ suæ velut castra perlustrare queat, neve ex crapula alteri inferat injuriam. Hinc adeo factum, ut Clerici promiscue omnes publicam ingredi tabernam, aut etiam ipsi exercere

Sobrietas Clericis præcepta.

Doctrina Pauli de sobrietate Episcopi.

Tabernarum turpitudo.

cere talem multis canonibus prohibiti sint. Can. Apost. 54. Concil. Quinis. in Trull. *can. 9.* Illa adhuc pejor consuetudo invaluerat aliquando, qua Clerici quidam ex ipsis suis Ecclesiis tabernas faciebant, & in illis vinum vendebant, contra quos latus est Canon Concilii Turonensis apud Reginonem de *Eccles. disc. l. 1. c. 58.* Conf. Riculf. Suession. Episc. *in capitulis sub n. 13.* Videbatur autem consuetudo ista qualitercunque excusari posse ex eo, quod ipsi etiam Episcopi admitterent convivia in Ecclesiis, celebrata eo sub colore, quod ista fierent in memoriam sanctorum, à quibus cibos suos sanctificari putabant. Sed ipsum etiam hoc prohibuit Ecclesia Africana, postquam vidisset non justo id niti fundamento, nec suis carere vitiis, sed in παρoινίαν plerumque degenerare. In Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ, qui quadragesimus secundus est, his conceptus est verbis: *Ut nulli Episcopi vel Clerici in Ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant, populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur.* Celebrabantur etiam ita agapæ, uti vocabantur, in Ecclesiis, quæ nihil aliud erant quam convivia, ut ita dicam, charitativa. Christiani enim ad sacram cœnam accessuri cibos afferebant, ex quibus panis & vinum, quantum satis erat, separabantur & accipiebantur ad cœnæ Dominicæ usum; de reliquis vero apparabatur convivium, cui accumbebant nullo habito discrimine divites & egeni, ibique piis colloquiis & hymnis se recreabant. Vid. Tertullian. *apol. cap. 39.* Zonaras *ad Concil. Gangrens. can. 11.* Frugalem esse debere cœnam atque victum Episcopi jubet Concil. Carthag. 14. *cap. 17.* quod sic explicatur apud Ivonem Carnotensem *decret. part. 13. c. 75. Oportet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque convivas ad comedendum & potandum non urgere, quin potius semper sobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convivio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigia. Adsint peregrini & pauperes & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, sub-*

Convivia in memoriam Sanctorum.

Convivia charitativa.

Frugalitas cœnæ Episcopalis in quo consistat.

Lectiones sacræ inter

subsequatur vivæ vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, imo verbi spiritualis alimento, convivantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur DEUS per JEsum Christum Dominum nostrum. Sed suo jam tempore Episcopos urbis Romæ notavit Amm. Marcell. *l. 27. c. 3.* quod epulas curent profusius, adeo ut eorum convivia regales superent mensas. Quorum exempla etiam alii Episcopi secuti in ejusmodi luxum prolapsi delicate ac molliter vivere & ventrem curare cœperunt. Vid. *can. Eccles. dist. 35.* Et jam olim apud Gentiles Pontificum & Pontificiales cœnæ sumtuosas opiparasque significabant. Horat. *lib. 2. Od. 14. in fine.* Macrob. *lib. 3. Saturn.* Plaut. *Menæchm. A. 1. S. 1.* Quin etsi quis velit parcius & tenuius vivere, verendum ei est, ne in contemtum abeat honesta illa frugalitas, & ludibrio fiat populo sibi subjecto ad luxum ab antecessoribus usitatum adsueto, quod jam olim Gregorio Nazianzeno contigisse ipse commemorat *in orat. qua dimissionem petit.* Successu temporis nata fuit inter dapes Regias & Episcopales aut Pontificales æmulatio quædam, tanto quidem Episcopalium cum successu, ut unum illud convivium, quod ArchiEpiscopus Cantuariensis Guilielmus Warhamus tantopere ab Erasmo in *Adag. chiliad. 4. cent. 5. n. 1.* laudatus, inaugurationis suæ die exhibuit, judicio Francisci Godwini *in ipsius vita*, multis Regibus potuerit suffecisse. Spectacula nonnulla, quæ in singulis patinis edita fuerunt, recenset ex collectione Matthæi Parckeri, Johannes Jossellinus *in dicti Warhami vita*, quæ legenti miraculo esse poterunt. Præiverat autem simili convivio Regio ArchiEpiscopus Eboracensis Georgius Nevill, quod ex antiquis schedis describit idem Franciscus Godwinus *in ejus vita*, recensetque non nomina tantum & numerum convivarum, sed & obsonia ipsa & apparatum plusquam Regium. Adeo nihil omnino in Pontificalibus epulis præparandis concedere voluerunt gentilibus Christiani Episcopi, Apostolorum successores, sed in luxu hoc adornando Apostolis prorsus dissimiles &c. T.

cenandum. *Luxuria Episcopalis orta.* *Æmulatio inter dapes Regias & Episcopales.*

(194) I. Debet abstinere à crapula, *c. à crapula 14. d. t.* Nam licet ebrietas in omnibus reprehendatur, ut peccatum mortale, quia tamen in hoc infelicissimo seculo homicidia & adulteria, quæ ex ebrie-

Cavenda ebrietas Min. Eccles.

ebrietate naſcuntur, punimus, ebrietatem tamen graſſari permittimus, ideo ſacer ordo ab hoc vitio, imo ab omni ſpecie alieniſſimus eſſe debet, ut non alios urgeat ad æquales hauſtus, nec ipſe ſe ab aliis urgeri patiatur. Ideoque etiam à Tabernis publicis ac cereviſiariis abſtinere debet, niſi etiam id faciat in peregrinatione cauſa neceſſitatis *c. pen. pr. d. t. c. 2. & ſeq. diſt. 44.* multo minus ipſe ſit tabernarius, qui poculum intemperantiæ præbeat lurconibus. *Clement. 1. d. t.* poteſt tamen per alium tabernam exercere, ſi tabernæ cereviſiariæ quæſtus pars ſalarii ſit, ut fieri ſolet. In ſpecie à poculis pro ſanitate Principis vel aliorum abſtinent merito Clerici. *c. 35. diſt. 5. de Conſecratione.* Nam licet in tali caſu nil peccetur forte contra leges temperantiæ, & exiguæ capacitatis vaſculum ebibendum propinetur, poſſet tamen alios ad peccandum inducere ſuo exemplo, qui intra eos terminos ſe non continebunt. Continere ſe debent in conviviis etiam à diſputationibus, rixis & indecoris geſtibus &c. &c. Servum Chriſti non oportet eſſe rixoſum. *2. Tim. 2. v. 24. B. I. VI. 10. 4. & 5.*

Item Tabernæ cereviſiariæ.

Niſi exerc. per alium.

Cavenda pocula ſanitatis.

II. Dum per alios certo caſu Zythopolii uſum Miniſtris Eccleſiæ permittit Autor, hoc non aliter admittendum vult, quam quatenus ad neceſſitatem aliis cereviſia venditur. Luxuriantibus enim indulgere, ac intemperantiæ vina per alios præbere, nunquam permiſſum erit. Pro ſanitate Principis bibere Clericis permiſſum eſſe, modo cautio adſit, ne inebrientur, putat Hadr. Vallenſ. *ad Decretal. Tit. de vita & honeſt. Clericor.* §. 7. Prolixe vero hæc pocula impugnat Voët. *Diſput. Theolog. Select. Part. 4. diſt. 32.* Vid. elegantiſſimus Ambroſii locus contra hanc compotationem pro aliorum ſalute, quem refert Tarnov. *de Miniſtr. Eccleſ. lib. I. cap. 21. §. 7. Q. 2. p. 270.* De cætero Clericos ultra tertiam vicem in conviviis bibere non debere, dicitur *in C. Quando Presbyteri 9. diſt. 44.* Conviviis intereſſe poſſe Miniſtros Eccleſiæ, ſed raro caute & cum ædificatione, tradit Voet. *d. l. Diſp. 26. Problem. 3. p. 396.* Conf. ex noſtris Heming. *in ſuo Paſtore p. 128.* ubi qualibus conviviis & quomodo intereſſe poſſint, exponit. Verum, an in religione diſſidentium

Quatenus Min. Eccl. per aliam poſſit Tab. Cereviſ. exercere.

Licentia poculorum ſanitatis.

An conviviis intereſſe poſſint Clerici.

tium conviviis se sociare possint? de eo vide D. Mengering. *Informator. Conscient. Evangel. Dom. XVII. Trinit. Q.1. S. p. 253 seq.*

III. Inveniuntur inter Schookii exercitationes varias *exercitatio 19. & 20.* quarum prior agit de quæstione: An pastor Ecclesiæ possit interesse conviviis; posterior an idem possit in salutem alterius bibere. Disputat ibi Schookius contra Regnessium & Voetium, utramque quæstionem negantes. Occasionem controversiæ refert *Ex. 20. §. 1.* *Eo*, inquit, *res rediit hoc seculo, ut quidam ex junioribus etiam verbi divini ministris, quo vulgo Collegarum sanctiores videantur, præfracte recusent ulli convivio interesse. Quod ne lateat eos, apud quos gestiunt præ cæteris æstimari, non minus pro concione, quam in catechizatione captant occasionem, illud plenis buccis exponendi, exemplo illius hominis, qui in Evangelio inter precandum alta voce dicebat:* jejuno bis hebdomade, decimo quæcunque possideo. *Luc. 18. v. 10. Ut certum, DEUM, qui solus est scrutator cordium, horum hominum corda, sæpe quam fallacia, posse perspicere; ita experientia docuit, quosdam ex hoc ordine noluisse ulli invitanti condicere sui præsentiam ad amicam mensam, quod desperarent, se foras apud amicos lautius cœnaturos esse, quam quotidie domi solent; alios suæ infirmitatis conscios, omnibus negasse, quod percepto flore Liberi Patris, instar anus identidem ad armillum suum redeuntis, sibi temperare non possent, quin eo ad aures usque se paterentur non tam aspergi quam perfundi; nonnullos vero hac abstinentiæ & sobrietatis simulatione, consuevisse à suis amicis accipere integra artocreata, gallos indicos, agnos, capones, tragemata omnis generis &c. nec non grandiores lagenas, vino generosissimo repletas, atque loco unius neglecti convivii, quater aut quinquies cum universa familia, hilaria alieno sumtu agitare. Ut vero quidam hic in defectu peccant, ita nonnulli ex sacratissimo ordine, pro dolor! in excessu; siquidem similes se reddunt illis hominibus ex gente Parasitica, quos Plaut. Pœn. 3.3. eleganter muscas vocat, quod semper ederent alienum cibum: qui cum videantur aut offendi nidore suæ culinæ, aut odisse illius sordes, si non invitentur ad con-*

Occasiones controversiarum de licentia conviviorum & poculorum salutis.

convivium, singulari arte sciunt se insinuare apud eos sub specie Christianæ visitationis, quibus ordinario lautiora, apparantur fercula &c. Ut prætercam Tabacosugas, &c. qui quam tempestive se solent munire adversus grandiora pocula aliquando in conviviis haurienda, qui licet tribus aliis debellandis in Bacchico prælio sufficiant, ut tamen sanctuli videantur, malunt convivialia sacra conturbare, quam in salutem alicujus vel guttulam libere. At subsisto, nam ohe! jam satis. Ut hos nominatim prodam, urget Regnessius pag. 153. modo notam calumniæ evitare velim. Sed quid opus est? Quæ dico in vulgus nimium quam nota sunt, atque ab hostibus Ecclesiæ, qui hic sunt Lyncei, in opprobrium Orthodoxæ Ecclesiæ, nimis quam frequenter eidem fuerunt objecta. Pii, probi, & prudentes verbi Divini Ministri, quod bene sibi conscii sint, haud ægre ferunt, hæc referri. Atque publice interest, hæc discuti, quo & hypocritis persona detrahatur, & vitam emendare discant, qui in propatulo delinquere non erubescunt. Dicit porro, præsupponendum esse, DEum tanquam omnis boni largitorem nobis minime invidere opiparas & hilares convivationes, modo vitetur abusus *Ps. 104. 15. Genes. 21. 8.* Nec solum ab Abrahamo, primo antecessore in Ecclesia à DEO collecta, convivium magnum fuisse paratum, sed & Christum sui copiam sæpius fecisse in conviviis etiam splendidioribus. *Joh. 2. Luc. 19. 5. & c. 5. v. 29. & c. 14. v. 1.* Imo DEum expressa lege cavisse *Deut. 14. 29.* ut Levitæ conviviis interessent. Conf. *1. Sam. 9. 12. & 13.* Tum pergit. *Apagesis proinde illos Præcisistas, imo Timones, qui, quod Reverendi audiant, omnibus conviviis sese subducunt: imo apagesis illos hypocritas, qui hoc nullam aliam ob causam faciunt, quam ut pastoralem autoritatem sibi apud plebeculam promoveant, exemploque Pharisæorum, Christum arguentium in simili casu Luc. 19. 7. impune traducere queant suos συνέργους, pro hominibus sese gerentes, atque attendentes ad omnem occasionem, qua Christi regnum promovere queant. Certe ut secundum Salomonem* Rex in solio suo insidens in oculis suis ventilat omne malum. *Prov. 20. 8. ita pius & gravis verbi divini Minister, si conviviis in-*

Conviviorum indifferentia.

Schookii strictura dissentientium.

interfuerit, discutere potest varia, alias Christianorum convivia dehonestare solita, suaque autoritate fibulam moribus incompositis imponere. His præmissis ex Hemmingii Pastore Evangelico prolixe docet, quod non omnibus conviviis interesse debeat pastor, sed videre debeat, quid locus, tempus & aliæ circumstantiæ moneant. Tum examinat convivia per plerasque Belgii urbes agitari solita, cum nempe vicini quotannis, aut singulis bienniis trienniisque collatis symbolis talia convivia hilariter celebrant, eaque adversus censuram rigidiorum quorundam Doctorum defendit. Exponit deinde quomodo Pastor in convivio se gerere debeat. Ubi & illa sunt notabilia: *Initio,* inquit, *in convivio, cui interest, non exhibebit se nimis morosum, multo minus insidiabitur singulorum convivarum ori, quo inveniat segetem in eos debachandi, aut pro suggestu, aut apud plebeculam, sed cum aliis honesto gaudio, & quidem in Domino, animum relaxabit. Nam quando DEus, pro singulari sua benignitate dona sua tam affatim nobis largitur, ut inde convivium quoque adornare queamus, usque ad singularem lætitiam & exterminationem moeroris, quo ut David pectus suum exonerare posset, post excessum filii, convivium solito lautius, adhibitis etiam unguentis, sibi apparari jussit. 2. Sam. 12. 20. Atque notum est illud Salomonis proverb. 31. 6.* Da vinum afflictis; *Imo ipsum Christum paulo ante mortem, deflexisse Bethaniam, atque interfuisse opiparæ cœnæ, ut se* adversus ingruentem mortis tempestatem confirmaret, seque consuetudine eorum, quos maxime charos habebat, recrearet, *observatum quoque est à Cartwrichto in Harm. Evang. p. 752. Adeo verum est, quod DEus* impleat cibo & delectatione corda nostra *Act. 14. 17.* Respondet etiam ad argumenta Regnessii: multum temporis insumi conviviis in pietatem potius & salutarem conditionem impendendam; rarissime quid boni iis creari, sæpissime quid mali; plebem persuadere sibi, ministros iis aliquid debere, si laute eos excipiant, atque sua peccata clausis ferme oculis prætereunda esse; plurimum minui παῤῥησίαν & libertatem ministri, magnatum conviviis &c. Uti vero hæ objectiones leves sunt; ita responsiones acutæ & subinde salsæ legi possunt apud ipsum Schoo-

Hemmingii doctrina de conviviis.

In specie de conviviis quibusdam Belgicis.

Quomodo Pastor in convivio se gerere debeat.

Objectiones contra licentiam conviviorum.

Responsiones Schoockii.

e) non sit percussor f) ad vindictam facilis, (195) imo ii omni

e) dist. 44. in sum. & per totum. *f) dist. 45.*

Schookium §. 6. qui etiam §. 7. pariter refutat argumenta Regnessii adversus convivia vicinorum modo memorata. In exercit. 21. Schookius detestatur ab initio abusum poculorum sanitatis, & hunc ritum propinandi in alterius salutem antiquum esse apud multas gentes, ignotum tamen scripturæ ostendit. Tum statu controversiæ probe constituto & sequestrato abusu per varias rationes & adducta variorum autoritate ostendit, in se licitum esse, in alicujus salutem bibere, & D. Voetii argumentis contrariis respondet. T.

Licentia poculorum salutis.

(195) Hic primo repete quæ jam n. 180. de militia Episcopos non decente annotavimus. His adde totum *caput 17.* Ziegleri *de Episc. lib. 4.* Scilicet: non crederet quisquam, inter personas Ecclesiasticas pugnas & duella agitari vel cogitari saltem posse, nisi in Decretalibus integer se præberet titulus *de clericis pugnantibus in duello.* Si haud excusari possunt Clerici in expeditionibus bellicis, quomodo excusari possent in duellis, quæ etiam laicis interdicta sunt. Imo vero tam alienos à sanguinis effusione esse voluerunt Clericos antiqui canones, ut nec judicio sanguinis adesse permitterentur, tantum abest, ut excusarent, vel ab ipsis, vel ab aliis eorum instinctu illata vulnera. Vid. Regino *lib. 2. de Eccles. disc. cap. 55.* Tum multa notabilia affert de antiqua consuetudine probationum judicialium per duella, de quibus tamen commodior erit dicendi locus infra *ad lib. 4. tit. 2.* §. 1. & notat etiam aliquando ipsos Clericos in controversiis judicialibus duello concertasse. Atque de eo casu etiam agitur *in cap. 2. de cler. pugn. in duello;* sed recte tamen observat in fine, istam promptitudinem Clericorum & Episcoporum ad monomachias originem potius debere consuetudini belligerandi ad Episcopos etiam extensæ. De Clerico percussore agitur etiam peculiari titulo in Decretalibus. T.

Duella Clericorum.

Etiam judicialia.

(196)

mni genere rerum agendarum (196) prudentiam secum habeat, (197) si enim mancum, aut debilem sancta contingere nequaquam lex divina permittit, quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non convenit (id quod est deterius) mente debilitatos.

Epi-

(196) In *cap. 20.* probat Zieglerus, Episcopi officium non admittere ut in otium ille se referat & à gerendis negotiis abstineat. Quam in rem adducit invectivas in otiosos Chrysostomi *hom. 7. in 2. Cor. & homil. 35. in act.* item Hieronymi *c. nunquam dist. 5. de consecrat.* Negotia vero, quæ incumbunt Episcopis, & quibus illi suum transigere debeant otium, ne compressis manibus sedeant, recensentur in Concilio Meldensi. *c. 28.* Quapropter vitio vertebant Episcopis, qui gratia laboris fugiendi muneri suo renunciare haud vererentur, qua de re agendum erit *ad tit. 19. hujus Libri.* T. *Otium Episcopis indecorum.*

(197) I. Episcopo res est cum diversi generis hominibus, cum principibus, cum persecutoribus, cum hæreticis, cum obsessis, cum facinorosis, & omnem emendatiouem respuentibus, cum desperantibus, cum pœnitentibus, cum aliis pluribus varie in conscientia sua afflictis, quos omnes eodem modo tractare & eandem omnibus applicare, medicinam, ipsa sana ratio prohibet, *Vid. 1. ad Corinth. III. 1. Hebr. V. 11. seq.* Gregorius Nazianzenus *apol.* 1. *& homil. II. in Ezechiel.* Synod. Quinisʃ. in Trull. *can. 102.* Et in his omnibus probe discernendis justeque applicandis remediis insigni opus est prudentia, maxime si tam contumax fuerit malum, ut non nisi excisione membri curari queat. Docuit enim omnium seculorum experientia, nullam propemodum majorem cladem illatam fuisse paci & tranquillitati Ecclesiasticæ, atque per excommunicationem, uti vocant, sicubi ea vel ab incompetente judice ratione fori, vel non canonice, ratione meritorum aut processus, vel intempestive, non sufficienter examinatis circumstantiis loci, temporis, personarum, & aliis qualitatibus decreta & executioni mandata fuerit. Imo vero sola quandoque *Prudentia Episcopi. Damna Ecclesiæ per imprudentiam excommunicationum illata.*

Episcopus non debet secularibus negotiis se implicare.

§. 8. Sicut autem Episcopum nullo errore convenit involvi, ita nulla debet cupiditate corripi: & propterea lucri cupidus esse prohibetur, & alicui etiam ho-

doque frequentia censurarum, si nimium excreverit, contemtum peperit, & hinc constitit, non satis prudenter eas adhibitas fuisse. Et hæc ut evitarentur incommoda, neve plus noceret quam prodesset excommunicatio, plurium sententias & suffragia exquirere solebant Episcopi, qui caute & circumspecte procedere volebant, cum grave omnino sit, spoliare aliquem communi beneficio & excludere à conversatione & charitate Christiana. Quin & contingit aliquando, ut etsi circumstantiæ omnes & singulæ probe attendantur & in consilium adhibeantur viri prudentissimi, plurimum tamen disceptetur, & sæpe parum inter se conveniant deliberantes, quousque decerni debeant censuræ istæ Ecclesiasticæ. Plurimos ex ipsis orthodoxis pupugit excommunicatio ab Alexandro Alexandriæ Episcopo adversus Arium pronunciata, nec pauci fuerunt, qui anathema ei dicere ideo detrectarunt, quod in modo procedendi nimis præcipitanter actum, & intempestive admodum fulmen istud evibratum videretur. Unde scissa in partes Ecclesia multi pro Ario stabant, multi contra eum. Et alii quidem scripserunt Alexandro, ne Arium ejusque sectatores in Ecclesiam admitteret, nisi prius opinionem suam abjecissent; alii vero, ne id faceret, obsecrabant. Sozomen. *lib. 1. cap. 15.* Fuerunt namque tum temporis quamplurimi, qui modestiam desiderarunt in Alexandro, aliis e contrario celerem ejus processum laudantibus. Sane nullibi major requiritur prudentia, quam si de hæresi dignoscenda & extirpanda obortum fuerit negocium. Uti enim diversimode se habent dogmata & quæstiones Theologicæ, aliis scil. directe, & immediate, aliis indirecte mediate & reductive fundamentum fidei petentibus, aliis nec per se, nec per necessariam consequentiam

In specie de excommunicatione Arrii.

Prudentia in hæresi dignoscenda.

honesto (198) negocio, g) ut sibi victum & necessaria quærat, (199) operam dare. Nam & Dominus (200) nego-

(g) can. 1. 21. q. 3. & per totum.

tiam salutem hominis concernentibus; ita non omnis ille, qui à nobis quocunque modo in religionis negocio dissentit, illico haberi debet pro hæretico. Sed & in illis ipsis articulis, qui fundamentum fidei constituunt, si quis erraverit, caute procedendum est, antequam de ejus excisione sententia feratur, cum plus mali inde forte expectari queat, quam boni. Extantioris imprudentiæ in Persia olim commissæ exemplum refert Theodoretus *lib. 5. cap 39.* dum Abdas Episcopus Christianorum intempestivo Zelo destrueret templum à Persis igni consecratum. Z. *IV. 6.*

II. Huc pertinet tractatus Nicolai Vedelii *de prudentia veteris Ecclesiæ*, & Conradi Tiburtii Rangonis *de prudentia circa errores & hæreses Ecclesiastico-Politica.* Sed quid in his scriptis desiderem, dixi jam *in Cautelis circa præcogn. Jurisprud. Eccles. cap. 17. n. 40.* T. *Scripta aliorum de prudentia Ecclesiastica.*

ad §. 8.

(198) Rectius alii in Concilio Tridentino non esse dignum dixere Christiano pronunciatum hoc; laborare & alimentum sibi labore parare parum decorum esse Christi ministris. Petr. Suavis *in hist. concil. Trident. l. 6. p. 551.* Nec enim id fit sine autoritate canonum. Vid. *c. 2. & 3. dist 91.* Add. Espencæ. *digress. l. 2. c. 16.* Duaren. *de sacr. Eccles. minist. l. 5. c. 10. in fine.* Z. *Laborare an deceat Clericos?*

(199) At si necessaria quærenda sunt, admittunt Canonistæ, posse Clericum, qui non habet, unde vivat, aut qui beneficium victui suo impar habet, ex aliis officiis & artibus sibi victum quærere. Martin. ab Azpilcuet. Navarr. *in c. non liceat 12. q. 2. num. 5.* dum tamen ne artem exerceat prorsus vilem & parum decoram. Vid. Joh. Papon. *l. 1. tit. 6. arest. 1. 2 3.* Z. *Quid casu necessitatis?*

(200) Neque domini factum, neque Apostoli monitum hoc volunt, Episcopum honesto negocio operam dare non debere, ut sibi victum & necessaria quærat. Z. *Contorta explicationes textuum scriptura.*

negociatores (201) de templo verberatos expulit: & Apo-

Negotiatores in infima classe fidelium.

(201) Negotiatio omnis promiscue à clericali quocunque statu valde aliena est propter fraudem & perjuria quibus obvia est. Unde negotiatores in infima fidelium classe recensentur apud Epiphan. *in calce Panar. n. 24.* & Chrysost. *hom. 22. in Matth.* adde *l. 44. §. 1. de ædilit. Edict.* Et hoc est, quod tam odiosas reddidit negotiationes, ut Christianis promiscue omnibus minus convenientes eas judicent nonnulli Ecclesiæ Doctores. Ex Chrysostomo Gratianus *c. ejiciens dist. 88.* Atque eo magis Clericis prohibuit tales negotiationes concilium Elibertinum *can. 19.* Arelatense II. *can. 14.* Synodus Cabilonensis II. *c. 12. & 14.* Aurelianensis Synodus III. *can. 26.* Nec tamen promiscue Clericis omnis prohibita fuit olim negotiatio. Canoni enim Elibertino 19. adjecta hæc leguntur verba. *Si negotiari voluerint, intra provinciam negotientur.* Quorsum etiam pertinet *l. 2. C. de Episc. & Cler. & l. 10. C. Theod. eod. Tit.* Equidem Glossa *ad can. negotiatorem dist. 88.* differentiam statuit inter jus civile & canonicum, & jure civili quidem Clericis mercaturam permissam, jure canonico vero plane prohibitam esse ait: Et ita generaliter concepta est juris Canonici sententia *in c. nulli 4. dist. 44.* Sed Synodi verba unde canon is desumtus esse dicitur, in Græco textu loquuntur de taberna cauponaria, uti etiam explicat Zonaras. Taberna autem cauponaria non est Taberna mercatoria *l. 34. ff. de pignor. l. 13. de instr. vel instr. leg.* Unde revera nullam hic fingendam esse differentiam inter jus Civile & Canonicum docet Zieglerus de Episc. *l. 4. c. 12. §. 8.* ex quo etiam excerpemus sequentia *ex §. 9. 10. 11.* Qui in artem redigere & compendio comprehendere doctrinas consueverunt, triplicem faciunt negotiationis speciem. *Primam* dicunt esse negotiationem œconomicam, quæ instituitur ad necessariam familiæ suæ sustentationem; *secundam* politicam, civitatum, exercituum & aliarum universitatum gubernatoribus competentem, eum in finem institutam, ut publicis populi necessitatibus suc-

Negotiationes Clericis prohibita.

Scilicet extra provinciam.

An hic sit differentia inter jus Civile & Canonicum.

Triplex negotiationis species.

succurratur: *tertiam* vocant lucrativam, qua scilicet quis aliquid emit, ut illud postea carius vendat, & hanc ajunt exerceri duplici modo: primus est, quando emtor rem, quam emit, per artificium & industriam suam mutat, & in aliam formam vertit, atque propterea carius vendit: secundus modus est quando quis emit, ut carius vendat, nullo addito artificio; nec mutatione in meliorem formam, & hanc proprie statuunt esse negotiationem. Ex his tribus speciebus Clericis secundam & tertiam in secundo modo interdictam esse dicunt, non primam, non tertiam in primo modo. Illud ego asseverare ausim, mercaturam, quæ Clericis in *l. 2. C. de Episc.* permittitur, non denotare talem negociationem, qua emi solet res, ut carius vendatur, non mutata plane rei forma. Sed videntur mihi tum temporis Clerici emisse aliquas res, easque deinceps artificiosa manu & per industriam suam mutasse, atque in aliam formam redegisse, & sic mutatas plane tenui lucello vendidisse. Insuper vero hoc ostendit dicta constitutio *in l. 2. C. de Episc. & Cler* fuisse seculo post Christum natum quarto Clericis quibusdam suas tabernas & ergasteria, in quibus sibi victum utcunque conquirebant. Nec enim tum temporis decimæ in tam frequenti usu erant, uti sequioribus temporibus invaluerunt, quanquam in Matisconensi Concilio II. quod finiente seculo sexto habitum fuit, leges de decimis locis sacris præstandis longis temporibus à Christianis custoditæ dicantur. Vivebant namque olim & alimenta sua capiebant Clerici ex oblationibus, quæ à singulis communicantibus (à non communicantibus enim tales non recipiebantur) fiebant, sed quæ in tenuioribus Ecclesiis sæpenumero & ipsæ admodum tenues erant. Tum explicat §. *12. & 13. l. 11. C Theod. & l. 16. de lustr. coll.* Cæterum ita pergit §. *14. seq* uti prohiberi non possunt Clerici mercatura tali, qua commutata emptæ rei forma aliquod lucellum sibi acquirunt: ita nec alteram illam, qua non mutata forma res emta carius venditur tempore necessitatis & ubi alias non supperunt alimenta, prohiberi Clericis posse statuo. Joh. Bapt. Costa *remed. subsid. 73.* Sig. Scaccia *de commerc. §. 1. quæst 7. part. 2. ampl. 11 n 7.* dum tamen per eam propriis non studeant divitiis, sed vel necessariæ sustentationi familiæ suæ, vel pauperum indigen-

Quænam ex illis Clericis permissa.

Expl. L. 2. C. de Episc.

Decimarum usus olim incognitus.

Apoſtolo teſte, nemo militans Deo,(202) implicat ſe negociis ſecularibus.

Pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet Epiſcopus.

(h in ſum. diſt. 43.

§. 9. Pudicus *h*) quoque (203) debet eſſe, & moribus

---

digentiæ, *arg. c. gloria 12. qv. 2.* Et ſub his circumſtantiis enumeratis facile conſentire & adſtipulari poſſum Ludovico Molinæ tract. 2. *diſp. 342.* aliisque cum eo facientibus, dum ſtatuunt, licite Clericis in Braſilia & Indiis ſive orientalibus ſive Eccleſiam plantantibus, & neceſſario ſubſidio deſtitutis, merces in Europa, ubi valor & æſtimatio earum creſcit, mittere, atque illic carius vendere, ut inde habere & repetere queant alia ſibi neceſſaria & ad rem peragendam utilia. Quæ de Clericis hactenus dicta ſunt, ea multo magis ad Epiſcopos applicari debent. T.

An Clerici in Indiis poſſint mercaturam exercere?

Expl. II. Tim. II. 4.

(202) Eo citatur in canonibus, nominatim *can credo, c. 21. q. 3.* locus Pauli *2. Timoth. II. 4. Nemo militans DEO ſe implicat negotiis ſæcularibus.* Ibi tamen nec vox DEO eſt in textu originali, nec ſolis Eccleſiæ miniſtris regula præſcribitur, ſed ſuo ſenſu omnibus fidelibus, quamvis illis ſpeciatim, & aliud eſt penitus implicari negotiis hujus vitæ, aliud honeſtam & neceſſariam curam familiæ & rei familiaris habere. M. p. 100.

ad §. 9.

(203) De caſtitate Epiſcopi prolixe tractat Ziegl. *l. 4. c. 4.* Ubi præmiſſa §. *1. & 2.* commendatione ſingulari caſtitatis *à* §. *3 ad* §. *10.* ſolide refutat doctrinas Canoniſtarum; quod Epiſcopi abſtinere debeant à conjugio, & quod uxoratus conjugio utens non poſſit fieri Epiſcopus; item caſtitatem conjugio violari, pollui, contaminari, impediri præſentiam Spiritus S. *C. connubia C. 32. qu. 2.* (qui canon eſt Hieronymi) Epiſcoporum animos ab uſtionibus immunes & liberos eſſe negat, adducta eum in finem querela Hieronymi *ad Euſtoch. de cuſtod. virg. Epiſt. 23.* quod in eremo inter maximas mortificationes carnis tamen libidinis irritationes ſenſerit. (Qui locus, ut obiter

Conjugium an pugnet cum caſtitate.

Epiſcopi an ab uſtionibus carnis ſint immunes.

ribus & verbis (204) pudorem præ se ferre. Ea propter

obiter adjiciam, etiam illustrat aliam doctrinam, quod vita solitaria non sit rationabile remedium supprimendi passiones dominantes.) Respondet porro objectioni, quod donum continentiæ DEus omnibus petentibus donet, nec id deneget, adeoque in nostra potestate esse, utrum id petere velimus, ac inde concludit, inique admodum nec satis considerate agere illos, qui solenni se voto ad perpetuam à muliere abstinentiam sive cœlibatum se adstringunt, cum cœlibatus non sit idonea voti materia, nec semper in potestate hominis: Apostolos & alios viros sanctos ac Episcopos primitivæ Ecclesiæ habuisse uxores. Negari tamen non posse (§ *11.*) sub primis initiis cœlibatum, si quis donum continentiæ haberet, matrimonio fuisse prælatum, &, cum illo tempore nascens Ecclesia crebris persecutionibus agitaretur, (§. 12.) mirum non esse, cur ad cathedras Episcopales plerumque promoti fuerint cœlibes, & jam ætate provecti ac ab ustionibus liberi. Unde mox invaluerit opinio necessitatis. Qua occasione exponit intentionem Concilii Neocæsariensis *cap. 1. Presbyter si uxorem duxerit, ordine suo moveatur*, qui canon ansam dedit (§. *13.*) ut de conjugio Clericorum in Concilio Nicæno ulterius disceptaretur, quatenus admitti deberet, in qua deliberatione Paphnutius Patribus ad prohibitionem conjugii jam inclinantibus, ostendit, tam grave jugum Ecclesiæ ministris imponi non debere, nec omnes ferre illud posse, & Ecclesiæ plus detrimenti inde illatum iri. Socrates *l. 1. c. 11.* Valesio autem hanc de Paphnutio historiam fabulosam esse asserenti respondetur (§. *14.*) Primus fuit Siricius Pontifex (§. *15.*) qui anno 385. lege lata & pœnis indictis cœlibatum ministris Ecclesiæ imperavit, quam legem postea repetierunt successores ejus, ita quidem ut posterioribus temporibus levius delictum judicatum sit, sacerdotem habere concubinas, quam unam legitimam uxorem. Et jugum illud continentiæ coactæ agnovit Abbas Panormitanus, & Polydorus Virgilius adducti §. *16.* T.

Observ. de vita solitaria.

An donum castitatis sit in nostra potestate?

Cœlibatus cur olim matrimonio prælatus?

Disputatio in concil. Nic. de conj. Cler. unde orta.

Historia de Paphnutio an fabulosa?

Quando Cœlibatus Clericis imperatus?

(204) Illud extra dubium est, neminem unquam decere sermonis

(i) cap. 1. de cohabit. cler. & mulier.

pter Moguntino concilio *i*) ſtatutum legitur, ut nullus ſacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, retineat: (205) ſed neque matrem, aut amitam, aut ſoro-

---

Joci turpes Epiſcopis prohibiti.

monis obſcœnitatem, quam Græci αἰσχρολογίαν dicunt, verum eam multo deteſtabiliorem eſſe in Epiſcopo, ſi vel loquatur ipſe turpia, vel audiat ſaltem cum aliqua delectatione. Conſtitutum itaque fuit in Concilio Remenſi ſub Carolo Magno *cap.* 17. & repetitum in Capitularibus *addit. 3. cap. 18. ut Epiſcopi & Abbates ante ſe joca turpia facere non permittant, ſed pauperes & indulgentes ſecum ad menſam habeant, & lectio divina ibi perſonet, & ſumant cibum cum benedictione & laude Domini.* Idem Presbyteris & Clericis reliquis præceptum ab Herardo ArchiEpiſcopo Turonenſi, *cap. 108.* ut Presbyteri *& Clerici ante ſe joca turpia fieri non permittant, ſed pauperes & indigentes ad menſam ſecum habeant & legatur eis lectio.* Et in Concilio Turonenſi III. *can. 7.* Ab omnibus, *quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, unde vigor animi emolliri poſſe credatur, quod de aliquibus generibus Muſicorum aliisque nonnullis rebus ſentiri poteſt, DEI ſacerdotes abſtinere debent: quia per aurium oculorumque illecebras vitiorum turba ad animam ingredi ſolet. Hiſtrionum quoque turpium & obſcœnorum inſolentias jocorum & ipſi animo effugere, cæterisque ſacerdotibus effugienda prædicare debent.* Z. *IV. 4. ult.*

Fœminæ contubernales an permiſſæ clero?

(205) Scilicet eo tempore, quo ſola conſuetudine vigeret cœlibatus, ſoliti fuerunt Clerici mulieres penes ſe habere contubernales, quas συνεισάκτυς Græci, extraneas vocarunt Latini. Eodem modo & mulieres quædam συνεισάκτυς ἄνδρας habebant, uti patet ex Chryſoſtomi tractatu πρὸς τὺς ἔχοντας παρθένυς συνεισάκτυς, itemque altero ad fœminas ſibi viros tales adſciſcentes, qui habentur *ſub num. XVII. & XIIX. tom. 6.* Eaque conſuetudo magis invaluit, deinceps facta matrimonii prohibitione, & ex Cypriani *Epiſt.* 62.

rorem (206) retinebit: quia & in illis, instigante Diabolo, scelus perpetratum reperitur, aut in pedissequis earum

62. ad Pomponium. Πρόφασις & prætextus erat, ut socias haberent cœlibatus, & ministras in rebus necessariis. Quia tamen ea res non caruit suspicione, & sub hac specie impurissimæ pollutiones committi poterant, vetuit magna Synodus Nicæna *can. 3. ne liceat Episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorum, qui sunt in Clero, συνεισάκτον habere mulierem.* Et certe non frivolam hanc fuisse suspicionem, patet ex eo, quod eandem prohibitionem in perquam multis conciliis insequentibus aliis repetere oportuit. Quam facile vero fuisset Clericis extraneas istas mulieres à contubernio suo excludere, ne toties iteratis legibus opus esset, nisi illicitæ consuetudinis usus eos in diversa rapuisset. Ut propterea merito eos insectetur Hieronymus pluribus in locis, maxime vero *ad Eustochium epistol. 22.* Unde *in Ecclesiis Agapitarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen Uxorum? imo unde novum concubinarum genus?* Z. *IV. 4. 17.* *Mores depravati Cleri.*

(206) I. Talem lastaurum, qui matrem suam init, ipsa detestatur natura. Nec periculum facile talis incestus metuendum foret, nisi conjugio interdicerentur Sacerdotes. Diversum constituere Imperatores *in l. 19. Cod. de Episc. & Cler.* Diversum etiam constituit Concilium Nicenum *can. 3.* Sic & diversum habetur. *in c. volumus 22. & c. omnibus 25. dist. 81.* Z. *Conjugii interdictio contraria Juri Civili & Canonico.*

II. Lucem accipient dicta ex his quæ Z. *d. c. 4. §. 18. seq.* disserit. In supra adducto Canone Concilii Nicæni excipiuntur mater, soror, amita & aliæ personæ, quæ omnem suspicionem effugiunt. Easdem excipit Imp. Honorius *in l. 19. C. de Episc. & Presb.* easque Clericis penes se habere permittit, ob rationem, quia in his nihil sævi criminis existimari fœdus naturale præsumit. Concilium tamen Aurelianense V. *can. 3.* nec istas quidem mulieres exceptas esse voluit, siquidem horis indecentibus in consanguineorum suorum clericorum congressum, colloquiumque venerint. *Ut nullus* *Cognatarum contubernium olim Clero permissum.* *Quando prohiberi cœperit.*

lus Episcopus, Presbyter aut Diaconus extranearum mulierum intra domum præsumat habere solatium, quibus etiam pro utilitate sua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam & de propinquis fœminis horis indecentibus similiter prohibemus, ut sub concessa sibi licentia parentali ab earum sequipedis memoratorum vita vel opinio polluatur. Simpliciter vero & absque ulla limitatione consanguineas illas fœminas à cohabitatione Clericorum exclusas esse voluit Concilium Nannetense. *can. 3.* Prohibendum *& modis omnibus interminandum est, ut nullus sacerdos eas personas fœminarum, sicut & in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat. Sed neque illas, quas canones concedunt (quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum) scilicet matrem, amitam, sororem. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessaria sustentatio Presbyteri, habeat in vico, aut in villa domum longe à Presbyteri conversatione, & ibi eis subministret, quæ necessaria sunt.* Repetitur in Capitularibus *lib. 7. c. 291.* Procul ab ædibus Presbyteri habitare jubet cognatas pauperculas, & ut Presbyter per ministros necessaria ad sustentationem porrigat. Id vero ipsum, etsi prudenter excogitatum videretur, mox aliam in corruptelam abiit, animadvertente Hincmaro Remensi, cujus verba recenset Regino Abbas Prumiensis *lib. 1. de Eccles. disciplin. num. 220.* Inquirendum est, *si occasione hujus præcedentis capituli aliquis presbyterorum de reditibus Ecclesiæ vel oblationibus ac votis fidelium alio nomine res comparaverit, & ibi structuras fecerit, vel quæ ad Ecclesiam pertinent, ibidem collocaverit, & mulierum frequentationem inibi fieri permiserit, vel quod turpius est, tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificium suum exerceant, & curam domus agant, & in eodem presbyter frequenter veniens manserit &c.* Videntur in fraudem legis, sub specie necessitatibus suis subveniendi, ex facultatibus Ecclesiæ ædificasse domunculas, atque in eis suas aluisse cognatas, quæ tamen mox alias in consortium suum adsciverint fœminas, easque sæpius à Clericis visitatas fuisse. T.

earum. Itaque domesticarum k) quoque personarum immoderatam familiaritatem vitabit. (207) (k) *dist. 34. in sum. & per totum.*

Qua-

(207) I. Nulla quidem inter leges & canones Episcopis præscriptos invenitur prohibitio, verbis disertis concepta, qua illis interdictus sit saltationum usus; idque factum ideo crediderim, quod nemo tum ex isto ordine extiterit, qui coercendus propter talem levitatem esset. Atque hoc confirmatur ex eo, quod de Presbyteris & Clericis inferioribus in Concilio Agathensi *can. 39.* statutum legitur: *Presbyteri, Diacones, subdiacones, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, ne his cœtibus admisceantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferuntur, ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputati turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.* Ad eundem modum in capitulis Walterii Episcopi Aurelianensis decretum legitur *c. 17.* Imo vero Christianis omnibus turpes visæ fuerunt olim choreæ & saltationes. Idque disci potest ex *can. 53.* Concilii Laodiceni: *Quod non oportet Christianos ad nuptias venientes ballare vel saltare, sed caste cœnare vel prandere, sicut decet Christianos.* Ballare in Græco est βαλλίζειν, quod Zonaras interpretatur, concrepantibus cymbalis saltationem ad illorum sonitum accommodare. Fuit enim etiam olim in usu κρόταλον sive crepitaculum, quod manu retentum & digitis agitatum edebat strepitum. Quæ apud veteres tum Ecclesiæ Doctores, tum gentiles de saltationibus inveniuntur sententiæ, nolo hic congerere. Id certum est, plerisque ita visum esse, parum convenire eas viris gravibus, & in regimine quodam constitutis. Et celebris adeo hinc est sententia apud Ciceronem *orat. pro L. Muræna:* Nemo *fere saltat sobrius, nisi forte insanit.* Finge, inquit Franciscus Petrarcha *de remed. utr. fort. dial. 24.* te choream *ducere vel cernere, neque tibicinem audire, atque ita stultas mulierculas, & viros mulierculis molliores in silentio cir-*

Cur saltationes diserte non interdicta Episcopis.

Quia videlicet omnibus Christianis prohibitæ.

Ballare quid?

Aliorum sententia ac insania saltantium.

cum-

Qualis quis ſit interius, debet per exteriora demonſtrare.

§. 10.

---

cumferri, redire, ineptire, quid quæſo unquam abſurdius, aut delirantius vidiſti? Nunc motus incenditos, lyræ ſonus, aut tibiæ, hoc eſt, amentia una aliam tegit. Nec tam ibi delectatio præſens eſt, quam ſperatæ delectationis auſpicium, Veneris præludium illud quidem ſono ſtupidas ac miſellas circumducere, atque urgere & ſtringere, ac ſpecie urbanitatis atterere, liberæ ibi manus, liberi oculi, liberæ volant voces, pedum ſtrepitus & multorum cantus diſſoni, & turbarum clangor, concurſatio, & pulvis, & quæ ſæpe ludis additur hoſtis pudicitiæ, & amica ſcelerum nox ipſa &c.

Reſpondetur ad objectiones.

Plurimorum vox eſt, non improbari poſſe choreas, ſi inter perſonas honeſtas honeſte agitentur. Sed enim cum negari nequeat, inter ludicras actiones referri eas debere, dubitari haud fruſtra poterit, utrum inſtitui poſſit ab illis, quorum vita tota ad gravitatem compoſita eſſe debet, qualis eſt Clericorum omnium & præcipue Epiſcoporum. Quantamcunque enim ſubeſſe fingas honeſtatem, habet tamen iſta pedum & totius corporis ad cytharam motio in Viro præſtantis autoritatis neſcio quid contemptibile & ab Eccleſiaſtica ſeveritate alienum, adeo ut honeſtatis etiam colorem tum amittat actio, quæ moribus non æque conformis eſt. Z. *IV. 18.*

Schookii doctrina de licentia chorearum.

II. Extat etiam inter Exercitationes varias Martini Schookii *Exerc. 23.* de choreis & tripudiis. Ubi pro licentia chorearum §. *1.* adducit prolixum locum ex Philippi Marnixii Epiſtola (quæ eſt *51. in Tom. II. Epiſt. Illuſtr. Belgarum.*) Tum §. *2.* approbat Magiſtratuum edicta, chorearum abolitionem perpetuam urgentia, interim pergit, ſe non videre, quare illa, quæ ob politicas rationes abrogata ſint, ſimul cenſeri debeant per ſcripturam abrogata eſſe. In §. *3.* exponit, quid ſignificet vox *κώμου Rom. XII. 13. Gall. V. 21. & 1. Petr. IV. 3.* & *ἀσελγείας* item *βαλλίζειν* & *ὀρχεῖσθαι in can 13. Conc. Laodiceni.* Ab his vero ſaltationibus docet §. *4.* plurimum diſtare cho-

ros

§. 10. Oportet *l*) item Episcopum cæterosque Ec- cle- *(l) dist. 40. & clem. 2.*

ros quorum etiam fiat mentio *Luc. XV. 25.* & concludit. Atque hanc ob causam in publicis solennitatibus antiqui quoque Patres permiserunt Christianis saltationes moderatas & graves. Gregor. Nazianz. *Orat. 4. Quodsi etiam te, ut lætæ celebritatis & festorum amantem saltare oportet, saltato quidem, sed non inhonestæ illius Herodiadis saltationem, quæ Baptistæ necem attulit: verum Davidis, ob arcæ requiem, qua quidem DEO gratam incessionem, agilitate præditam & versatilem mystice designari existimo.* Consentit ex Orthodoxis Theologis Danæus *lib. 2. Eth. Christ. cap. 14. pag. 222. Non omnis quidem saltatio damnata est, ut docet, disputatque copiose P. Martyr. in lib. Josuæ: sed saltatio ea, quæ est chorea, & quæ fit libidinis augendæ proritandæque gratia.* Non distinguit inter saltationes homogeneas & heterogeneas, simplices & mixtas, socias & solitarias: adeo ut ad tædium in distinguendo prolixius Regnessius, ne quicquam nobis officere possit. Nec juvat eum Decretum Synodi Dordracenæ Anno 1578. cum choreas, quas taxat, præsupponat esse *leves*, & *incentiva ad libidinem.* Nolo porro (quod necessum non sit) pro me sollicitare Augustanæ confessionis Theologos, ex quibus plures ὁμόψηφοι possent vocari ad suffragium. Addit §. 5. Nulla ratione tamen patrocinari volo tripudiis modernis, à Bathylli modis non abhorrentibus, atque convenientibus magis Pathico, sive cinædo quam homini Christiano. Eoque probo illa Riveti *in explicat. Decalogi pag. 337. Constat certe*, inquit, *hoc tempore omnes fere Græcorum turpes, obscœnas, lascivas, atque petulantes saltationes, velut postliminio in orbem Christianum etiam inter eos, qui Reformationem profitentur, introductas esse.* Imo contendo, tales choreas neutiquam frequentandas. Absit tamen, ut hujus ordinis esse statuam omnes illas, quæ in nuptiis à Germanis, fidei ejusdem nobiscum consortibus, frequentantur. Etenim vernacula genti gravitas, ut ita judicare debe-

eod. tit. de vit. & honest. prælat. clesiasticis officiis mancipatos, per decentiam habitus (208) extrinseci, morum intrinsecam honestatem indica-

am, suadet, simulque Christiana charitas jubet, oculos ad accipiendum scandalum proclives compescere. T.

ad §. 10.

Habitus Clerum decens. (208) I. Clericum non posse sine peccato habitum omittere, nec barbam aut comam nutrire, nec arma portare, commune est Canonistarum assertum. Vid. Mart. ab Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 25. n. 110.* Nos habitum decentem requirimus, omni superstitione, quæ in tonsura & ipso toto clericali vestitu ponitur, detracta. Z.

II. Paulus Apostolus *1. Tim. III.* Episcopum vult esse κόσμιον, h. e. bene compositum, honestum, gravem, sive ut Theodoritus notat, ornatum & locutione, & habitu & adspectu, & incessu, ut etiam per corpus appareat animæ moderatio. Opponitur id vocabulum habitui lasciviam præ se ferenti, item rusticitati. Cumque gravitas non in moribus tantum & gestibus sese conspiciendam præbeat, sed vel maxime in vestimentis, cum virum gravem haud quaquam deceant *Nec delicatus nec sordidus.* vestes versicolores & delicatæ, consistat, inde leges Ecclesiasticæ utramque gravitatis speciem Clericis observandam præscribunt. In Concilio Carthaginiensi IV. *can. 45.* apud Gratianum *dist. 41. in fin.* tale legitur decretum: *Clericus professionem suam & in habitu & in incessu probet: & nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.* Decorem h. e. elegantiam affectate nimis & delicate exultam. Ornatum enim, qui sanctitatem decet, nulla omnino prohibuit lex Ecclesiastica. *Nec affectatæ sordes*, inquit Hieronymus *ad Nepo-* *Gravitas non postulat tristitiam.* *tian. nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt.* Magnum Basilium sine tristitia gravitatem præ se tulisse Gregorius Nazianzenus *in ejus vita* prodit. Et de Cypriano Carthaginiensi Episcopo, totius Africæ Primate refert Pontius ejus Diaconus, *quod ei gravis fuerit vultus & lætus, nec severitas tristis, nec comitas nimia, sed admixta utrinque temperies: ut esset ambiguum, vereri plus an diligi mere-*

care, & ideo, si præterquam ex causa urgenti, indumentis,

mereretur, nisi & quod vereri & diligi merebatur. Plurimi enim etiamnum extant canones, quibus de Clericorum vestitu, ne in luxum deflueret, decretum aliquoties fuit, ut in Concilio Agathensi & Matisconensi I. *can. 5.* Similiter decretum fuit in Concilio Romano anno DCCXLIII. *can. 3. Ut Episcopus Presbyter & Diaconus seculari indumento minime utantur, nisi, ut condecet, tunica sacerdotali; sed nec dum ambulaverit in civitate, aut in vita aut in plateis sine operimento præsumat ambulare, præter si itinere longo ambulaverit.* Sed quod hic de itinere exceptum fuit, videtur sustulisse Concilium Quinisextum in Trullo habitum *can. 27. Nullus eorum, qui in Cleri catalogum relati sunt, vestem sibi non convenientem induat, neque in civitate degens, neque iter ingrediens, sed utatur vestibus, quæ ante hac iis, qui in Clerum relati sunt, attributæ fuere.* Sed enim parum à Clericis observatos fuisse canones istos, & cultum habitumque minus convenientem subinde eis placuisse argumento esse potest, quod in Synodo Nicæna II. quam œcumenicam statuunt Græci *can. 16.* legitur. Theodorus Balsamon in interpretatione hujus canonis mentionem facit nonnullorum, qui, ut fraudem facerent legi, suæque in vestitu indulgere possent libidini, distinctionem quandam, qua ab obligatione Canonis liberos se esse dicerent, excogitarunt, atque eam intentioni statuentium plane contrarium esse ostendit: Dicebant enim editum esse canonem propter eam, quæ tunc erat in Ecclesia confusionem, & multam Clericorum à pietate alienationem; hodie autem non habere locum canonem, quasi DEI gratia absoluta sit Ecclesiastica constitutio & pietas, & ad DEI honorem Clerici cum vestibus splendidioribus versentur. Videntur autem Clerici quidam delicatiores omnibus temporibus, uti etiamnum fieri quandoque solet, ab Laicorum vestitu non multum discrepare voluisse; atque uti hi variant sæpe, novasque quotidie excogitant, formas, sic etiam illos imitatione quadam à pristina simplicitate multis modis recessisse; Idque est, quod maxime

Conciliorum decreta de vestitu Cleri.

Parum tamen observata.

Et fraudulenta distinctione elusa.

tis, præter ordinis ac officii decorem, præsertim publice

reprehendit Concilium Constantiense *sessione 43.* Præterquam autem, quod etiam Laicis scandalo esse soleat ista talis sacerdotum in cultu habituque vanitas, quod observatum fuit in Concilio Mellitano *can. 13. Ut omnia scandala omnesque occasiones Laicis subtrahantur, scissis vestibus Clericos abuti ulterius prohibemus & ne pomposis induantur exuviis admonemus.* Ipsum etiam ornatus & munditiei nimium studium, quemcunque id teneat, tantum abest, ut ornamentum det, ut potius verendum sit, ne nimia accuratione in sordes degeneret virum gravem parum decentes. Paradoxum id videri posset, nisi eleganti commentario dudum id exposuisset Johannes Sarisberiensis Episcopus Carnotensis *lib. 8. de nug. curial. cap. 12.* Perstringit Episcopos Romanos Ammianus Marcellinus *lib. 27.* ob luxum vestium & laudat Episcopos quosdam provinciales ob vilitatem indumentorum, qualis fuit non solum Martinus Episcopus Turonensis, sed & sub initium nascentis Ecclesiæ plurimi alii, vid. Origenes *tr. 31. in Matth.* Antiquissimis & primis Ecclesiæ temporibus pallium & tunica Philosophorum erat habitus. Eo etiam utebantur Christiani & maxime illi, qui adstrictiorem vitam colebant, ut discimus ex Tertulliani libro de pallio. At mutati mox fuerunt mores, uti colligitur ex Socratis *lib. 2. c. 43.* Eustathius enim Sebastiæ in Armenia Episcopus depositus fuit eo, quod vestem sacerdoti minime convenientem gestasset, quæ vestis in sequentibus verbis dicitur fuisse habitus philosophi, h. e. pallium. Sed non tam propter vestem ipsam reprehensus fuit Eustathius, quam quod reliquos veste tali non utentes damnaret. Docet id *can. 12.* Concilii Ancyrani: *Si quis vir, ob eam quæ existimatur pietatis exercitationem, utatur peribolæo, h. e. amictu pallii, & velut in hoc justitiam constituens condemnet eos, qui cum pietate beris & alia communi solitaque veste utuntur, anathema sit.* Interpretum omnium consensu Eustathium ejusque sectatores in hoc canone perstringi notum est

Pallium & tunica.

blice, luxurientur, illorum impudentia variis modis, non

est. Postquam vero ad feliciorem deinceps statum pervenit Ecclesia Constantino imperante, mutari mox cœperunt tam mores Episcoporum, quam vestimenta. Idque optime notat Beatus Rhenanus *in arg. lib. de pall.* Nec desunt ex Pontificiis, qui splendorem in vestimentis, & alium externum apparatum illustrem, prælatis non utilem tantum, sed etiam necessarium esse contendunt. Diserte ita Dominicus à Soto *de just. & jur. lib. 9. q. 4. art. 1. Si quis nobis objiciat, debere omnes in paupertate vivere, profecto nemo est, qui huic sententiæ refragaretur, si possibile esset, ut tantus Clericorum numerus, quantus necessarius est, decenti sanctitate polleret: nam tunc citra alium ornatum populo haberetur in precio. At quia id fieri non potest, necesse est conditioni humanæ indulgere; haud enim esse omnes possunt, ut Divus Martinus & Nicolaus, atque adeo sic sacerdotes familia & autoritate honestare, ut populus eos non despicetur, sed tanquam præcipuos Reipublicæ colat. Quare nullum est indecorum, si Episcopi ceu alii Magnates vivant, & Canonici sicut alii nobiles, & sacerdotes velut alii cives. Etenim documentum hujus rei manifestum est, quod in illis Provinciis, ubi sacerdotes nimia egestate premuntur, vilescunt in conspectu populi, atque inde sacramenta & res sacræ eo inclinant, ubi in opprobrio habentur.* Uti ex verbis Soti constat, splendor ille & ornatus successit in locum sanctitatis expulsæ, & occultare debet improbitatem Clericorum, propter quam contemtui esse solent suis parochianis. Miserum vero vitio isti curando cataplasma, quod ex alio vitio præscriptum in modum conficitur, & magis auget malum, quam ut minuat. Aliud longe credidit suo ævo Petrus Damiani Cardinalis in Epistola à Baron. *ad ann. 1061. n. 52.* allata. Eleganter Bernhardus *in consil. ad Eugenium Papam lib. 3.* perstringit leges vestiarias, quas Clericis præscripserat, sed minus executus fuerat Eugenius. Johannes Gerson Cancellarius Parisiensis, Vir doctus & pius

A tempore Constantini M. mutati mores & vestes Cleri.

Splendor vestium inepte a Dominico à Soto defensus.

Qui refutatur.

Papa à Bernhardo notatus.

Gersonis doctrina.

non minus (209) recentioribus, quam antiquis Pontifi-

---

pius ſcripſit integrum tractatum *de temperantia in cibis, potu & veſtibus Prælatorum.* In eo diſquirit de fine Pompæ externæ ab Epiſcopis & Clericis in veſtibus, in ferculis, & familia oſtentari ſolitæ, eumque facit triplicem, ita ut intendatur, vel gloria DEI, vel utilitas proximi, vel honeſtas & autoritas Eccleſiæ. Nihil horum putat obtineri poſſe. Seculo duodecimo, quo Bernhardus floruit, invaluerant inter Epiſcopos & Prælatos alios non veſtes tantum verſicolores, ſed frena etiam, calcaria & reliqua ornamenta inaurata, quibus acerbo quandoque ſtylo inſultat Bernhardus. *Epiſt. 2. & 42.* Circa finem ejus ſeculi Innocentius III. Pontifex ut fibulam luxui veſtium imponeret edidit conſtitutionem, quæ extat *c. 15. de vit. & honeſt. Prælat.* Ad eundem modum decrevit Concilium Monſpelienſe anno 1214. habitum *can. 1. & 2.* Quam parum vero profecerint Pontifices vel concilia, variæ oſtendunt querelæ. Vid. Baluzius *in not. ad Agobardum p. 82.* Z. *IV. 7.*

Schookii doctrina de veſtium luxu.

III. Huc etiam pertinet Martini Schookii *Exercit. 25. de veſtibus & luxu circa illas*, cujus ſumma hæc eſt. In veſtitu obſervetur inaffectata humilitas, quoad materiam, formam & numerum. Debeantne forma differre veſtes viriles & fœmineæ. Fuſe inquiritur in legem *Deut. 22. v. 5.* quam probat Schookius eſſe ceremonialem, & ad rationes diſſentientium Franciſci Juny & Regneſſii reſpondet. An forma veſtium debeat eſſe gentilis, ita ut nihil peregrini in ea notetur. Simul expenditur locus Zephaniæ *c. 1. v. 8.* Quomodo veſtium luxui occurri debeat per ſupremas poteſtates, & quis ſit uſus ſeverorum contra eum edictorum. T.

De tonſura & corpore Cleri judicium Marſii.

(209) I. Jubentur Clerici coronam & tonſuram in capite ferre. Eſt enim hoc inſigne ordinis, vetus quidem ſic ſatis, ſed quod nunc abiit in characterem beſtiæ. Innocentius ſuis præcipit, ut hanc coronam habeant *congruentem*, quo inquit *Gloſſa* à Monachis differre videantur. De corona autem hac ita loquitur *canon*, *duo ſunt,*

tificum decretis coercetur. In ſumma, cum pro populo Epiſcopi ſuffragatores ad DEum parentur, neceſſe eſt ut omni genere virtutum ejus gratiam habere nitantur: quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

DE

ſunt, falſo attributus Hieronymo *c. 12. q. 1. Hujusmodi homines vocantur Clerici, id eſt ſorte electi: Hi namque ſunt reges, id eſt ſe & alios in virtutibus regentes, & ita in DEO regnum habent, & hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ in ſignum regni quod à Chriſto expectatur: Raſio vero capitis eſt temporalium omnium depoſitio.* Interea tamen ut hæc *tonſura* ab Iſidis ſacerdotibus deſumpta eſt, ſic *coronæ* oſtentatio ſuperbiam notat Eccleſiæ Romanæ, & eventum ejus quod prædictum eſt. *Apoc. XIII. 16. 17.* de charactere beſtiæ in fronte, & *Apoc. IX. 7.* de locuſtis coronatis. Quid porro differant in Clericis corona, tonſura, raſura, quamvis raſura debeat eſſe in forma coronæ, explicat *Gloſſa cap. Quoniam, Clement. h. t.* Raſura debet eſſe in vertice eaque circularis in formam coronæ & carens angulo; *Tonſura vero, ex parte inferiori capillos tondet usque ad relevationem ſenſuum, ſcilicet viſus & auditus, ne ſcilicet oculos vel aures impediant; & eſt ſignum, quod præſcindenda ſint vitia cordis & corporis, ne intuitum divinorum impediant, & ex his debetur corona cæleſtis. Unde dicit Canon, quod debet incedere Clericus detonſo capite & patentibus auribus, 14. diſt. can. penult.* Ejusmodi ridiculis ſpeculationibus facile paſcerentur hodierni Præciſiſtæ, qui tantum litium in cauſa capillari pronuper excitarunt *M. p. 99. 100.*

II. Quæ Mareſius hic de Præciſiſtis memorat, lucem accipient ex Schookii *Exercit. 24. de modo alendi comam & barbam* in qua probat, plurimas gentes, etiam populum Iſraeliticum & ſapientiſſimos inter gentiles, ac ex Judæis Naziræos comam promiſſam ge- *Moralitas comæ & barbæ.*

 ſtaſ-

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

TITULUS XIII.

Archidiaconus est à Iure constitutus vicarius, & quasi oculus Episcopi, & inter clericos cognoscit, visitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Episcopum defert, de cujus licentia poterit etiam excommunicare.

QVoniam vero gravis & lata est Pastoralis officii cura, recte constitutum est ut aliqui in Ecclesia sint, qui una cum Episcopo onus ferant, & sui Prælati valeant sublevare solicitudinem. Talis est Archidiaconus, (a) qui major post Episcopum, (210) & ejus vicari-

(a) *c. 1. & c. ad hæc*

stasse, ac fusius respondet ad locum *1. Cor. XI. v. 14.* & ad alias dissentientium rationes, ut & illorum, qui contendunt Christianorum barbam promittendam & immunem à novacula esse debere &c. **T.**

TIT. XIII.

Cur Archi-Diaconus & quatenus sit super Archi-Presbytero.

(210) I. Diaconus inferior est Presbyteris, & ArchiDiaconus tamen superior est non Presbyteris tantum, sed ipso etiam Archipresbytero, quod fieri dicunt exinde, quia Archidiaconus curam habet fori contentiosi, cum Archipresbyter tantum exerceat curam fori pœnitentialis. Id ipsum autem ex arrogantia primum ortum cepisse videtur, & fatetur istam ordinis turbationem atque abusum Petrus Blesensis *epist. 123. Porro,* inquit, *dignitatis turbato ordine, Archidiaconi hodie Sacerdotibus præminent, & in eos vim & potestatem suæ jurisdictionis exercent, eo propter Archidiaconum in Presbyterum promoveri, non est honorem ejus augeri, sed minui.* Non in omnibus tamen superioritatem hanc ArchiDiacono largiuntur, sed tantum in administratione. Quoad ordinem enim ArchiDiaconum faciunt inferiorem ArchiPresbytero. Vid Lancellot, Conrad. *in templ. omn. jud. l. 2. c. 8.* ubi copiose de ArchiDiaconatus digni-

carius reperitur. (211) Cujus vigilantia & solertia usque adeo in domo DEI excubare debet, ut oculus Episcopi (212) non immerito meruerit appellari. Ea propter debet is audire jurgia singulorum, & quæ corrigenda viderit, corrigere & emendare. Quod si qua fuerint ita ardua, quæ per eum commode non possint terminari, ad Episcopum suum deferet. Dispiciet quoque

nos. ext. eod. tit. & per totum can. 1. vers. archidiaconus. di. 25.

dignitate & officio differit. Cæterum non alia ratione primum constitutus videtur ArchiDiaconus, quam ipsa illa, qua constitutus fuit Archipresbyter. Franc. Duaren. *de sac. Eccles. minist. ac benef. lib. 1. c. 12.* ut sc. & ipse faciat ea, quæ ad Diaconorum officia spectant, & alios facere jubeat atque præscribat, & Episcopi etiam quandoque vices gerat. Vid. Claud. Espencæus *in Ep. 1. ad Tim. lib. 1. digress. 6.* Z.

II. Est mira perversio officiorum & dignitatum in Papatu, quod, cum Diaconi subsidant intra Presbyteros per plurimos Canones qui leguntur *dist. 91.* tamen ArchiDiaconus non solum præest omnibus aliis Presbyteris, sed etiam ipsi Archipresbytero. Alias enim *ex cap. ad hæc h. t.* non aliis secundum statuta B. Jodoci quam subdiaconibus & Levitis imperat *M. p. 75.*

(211) Differt tamen à vicario, de quo *tit. 15.* quod Archidiaconus nomen proprium & administrationem certam ex Canonum præscripto habeat, vicarius autem ab Episcopo aut ejus autoritate constituatur. Unde hic & revocari ab Episcopo potest, & ejus morte officium simul amittit; At Archidiaconus perpetuum gerit munus ab Episcopi arbitrio & vitæ tempore non dependens. Z.

ArchiDiaconus quomodo differat à vicario.

(212) Ita ut ipsum quoque Episcopum de faciendis quandoque monere possit, quod patet ex *can. 20.* Concilii Toletan. 1. ubi constitutionem de Chrismate jubetur Archidiaconus vel præsentibus vel absentibus Episcopis suggerere, ut eam Episcopi custodiant & presbyteri non relinquant. Competit tamen hoc jus monendi & suggerendi etiam Diaconis in genere, qui & ipsi oculi Episcopi di-

ArchiDiaconus cur dicatur oculus Episcopi.

que ut Primicerius,(213) Sacrista, (214) & Custos (215) injuncti sibi muneris solicitudinem diligenter exequantur. Sed & tertio quoque anno, si Episcopus non poterit, universam Parochiam circumire debet,& cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, secundum Canonicas sanctiones corriget: &, si Episcopi authoritas accesserit, excommunicationis etiam sententiam feret.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

TITULS XIV.

Archipresbyter est vicarius Episcopi, circa divina, & Archipresbyterorum duæ sunt species.

§. I.

NOn absimiles Archidiaconis Archipresbyteri (216) habentur: nam & ii Prælati sui circa spiritualia

dicuntur *c. Diaconi 6. dist. 93.* Cæterum ex arrogantia natum videtur, quod in una Ecclesia plures quandoque sint Archidiaconi, quorum tamen unus tantum nomen habet Ecclesiæ, de quo Nicol. Boër, *decis. 286.* Z.

Primicerius quis? (213) Primus in choro vel cantu, qui reliquis ordinem & modum canendi præscribit & simul prævit, *tot. tit. X. de primicer.* Z.

Quis sacrista? (214) Sive Thesaurarius, ad cujus curam pertinet custodia sacrorum vasorum,& vestimentorum Ecclesiasticorum, præparatio luminarium, baptisteriorum &c. *tot. tit. X. de offic. Sacrist.* Z.

Quis custos? (215) Qui quasi minister est Sacristæ, *tit. X. de offic. custod.* Variant tamen officia hæc & nomina pro cujusque Ecclesiæ consuetudine. Z.

TIT. XVI.

Archipresbyter ruralis. (216) Notat Glossa *can. Perlectis, dist. 25.* quod Archipresbyter

lia (217) curam ſublevant. *a*) Horum autem duplex eſt ſpecies: alii enim Urbani ſunt, alii autem exteri. (218) Vrbani (219) ſunt, *b*) qui Præſulis ſui abſentis circa divina in urbe vicem ſuſtinent, aut præſentis curam minuunt: ut officium inchoando, & benedicendo, & cunctis providendo, quæ ſacerdotum miniſterio perfici debent. (*a*) *can.* 1. *verſ. Archipresbyter. diſt.* 25. (*b*) *c. offic. archipr. eod. tit.*

Quæ ſit poteſtas foraneorum Archipresbyterorum.

§. 2. Exteri ſunt, *c*) qui circa ſingulas plebes conſtituti, non ſolum vulgi ſolicitudinem gerunt: verum etiam (*c*) *c. fin. eod. tit.*

byter quibusdam in Eccleſiis *Decanus* appelletur, ſic tamen ut ille ſit *ruralis*; qui videlicet decem Clericis *rura incolentibus* præeſt; *cap. ad hæc, de offic. Archid.* Quæ vero hic dicuntur ſpectant maxime ArchiPresbyterum *Urbanum* ſive *Civitatenſem*, juxta diſtinctionem propoſitam à Tholoſano *lib. 15. Synt. Jur. cap. 21. n. 15.* *& Urbanus.* Interea tamen ex hodierna praxi pontificia Archipresbyteri in Eccleſiis cathedralibus & Capitulis nomen & dignitas ut plurimum ceſſat; prout notat Tholoſanus *l. c. n. 13.* quod *Decanus Eccleſiæ in locum Archipresbyteri eſt ſubrogatus.* Niſi dicamus, Archipresbyteros in urbibus Cathedralibus eos eſſe, qui Cardinales quondam dicebantur; aut Archipresbyterum eſſe, qui alias presbyter pœnitentialis dicitur. Cæterum id nominis ad Decanos rurales relegatur, qui veteribus ChoreEpiſcopis videntur ſucceſſiſſe. *M. p. 76.* *An hodie Archipresbyterorum uſus?*

(217) Archidiaconi vero juxta Epiſcopum procurant, quæcunque ſunt jurisdictionis, non ordinis, ex diſtinctione apud Pontificios recepta. *M. p. 75.* *Differ. Archipresb. & Archid.*

(218) Qui alias rurales & foranei dicuntur, & hos alibi Decanos vocari notat gloſſa. Z. *Decanus.*

(219) Unicum olim Urbe tota inter presbyteros Archipresbyterum, inter diaconos Archidiaconum fuiſſe, contra Ciacconium oſtendit Dav. Blondell. *apol. de Epiſc. & presb. p. 225.* Z.

 ad

etiam presbyterorum, qui per minores titulos (220) habitant, vitam jugi circumspectione custodire debent: qui licet suis præsint plebibus, (221) ut Episcopus matrici præest Ecclesiæ: nihil tamen contra sui præsulis ordinare decretum audere debent.

Obti-

ad §. 2.

Titulus quid denotet in Jure Canonico.

(220) Titulus quandoque accipitur pro ipsa Ecclesia ad publica ministeria Ecclesiastica deputata, quæ propterea dicitur titulata, & contra distinguitur Oratoriis ad privatas tantum orationes, seu sepulturas fabricatis, quæ titulata dici nequeunt. Ut plurimum autem tituli in jure Canonico significant bona pro titulo Clericis assignata, sive ad necessariam sustentationem Clericorum destinata. Non enim admittebantur in Clerum, nisi in certa Ecclesia adscripti essent, totque tantum in Ecclesia instituebantur, quod nutriri poterant, *c. 4. X. de institut c. fin. X. de V. S.* Inde ab Ecclesia, in cujus albo erant descripti Clerici, ejus Ecclesiæ & tituli esse dicebantur; atque hinc bona ratione tituli assignata tituli vocantur. Petr. Gregor. *de benef. Eccles. c. 8.* Conf. Dav. Blondell. *apol. de Episc. & presb. p. 222. & 226.* Joh. Selden. *de synedr. l. 3. c. 15. n. 4.* Annæ Robert. *rer. jud. l. 3. c. 2.* Z.

Præpositi qui?

(221) I. Episcopi proprie dicuntur præesse & præsidere, unde vocantur præsides, propositi, προεςῶτες. Vocantur tamen etiam presbyteri quandoque præpositi, imo etiam Diaconi, ratione sc. plebis, cui sunt aliquo modo præpositi. Ita Cyprianus *ad Pompon. Primo igitur in loco, Frater carissime, & præpositis & plebi nihil aliud elaborandum est.* Sic προεςῶτες τῶν ἐκκλησιῶν apud Euseb. *lib. 8. hist. Eccles. c. 6.* non solum Episcopi, Presbyteri & Diaconi, sed ipsi etiam Lectores & Exorcistæ dicuntur. Z.

Arcanum Pontificium.

II. Scilicet hic fuit primus gradus arcanorum politicorum Papismi, Clerum omnem debere præferri & præesse Laicis, ut jam supra notavimus. T.

ad

Obtinentes aliquam præposituram, debent etiam habere ejus præpositura ordinem.

§. 3. Admonendi *d)* sunt autem ii, qui præposituræ alicujus administrationem canonice volunt obtinere, ut non solum nomen, verum etiam ordinem habere studeant. Unde *e)* nisi qui Archidiaconatum tenent, Diaconi: qui Archipresbyteri Presbyteri intra annum fiant, amittent honorem, etiamsi (222) justa causa prohibente Presbyteri aut Diaconi esse non potuerint.

(d) clem. 2. de ætat. & qualit.

(e) canon. 1. dist. 60.

DE OFFICIO VICARII.

TITULUS XV.

Vicarius Episcopi non potest inquirere, punire, privare beneficiis, vel eadem conferre, nisi hæc specialiter sibi committantur.

§. 1.

PEr Vicarium quoque, (223) cum Episcopus per

ad § 3.

(222) Pro etiamsi reponendum videtur *nisi*, uti patet ex *Clem. 2. de ætat. & qual.* quia justum impedimentum merito excusat. Sed vero non poterat olim quisquam fieri Archipresbyter, nisi qui actu jam esset presbyter, uti patet ex *c. dist. 60.* Cæterum de Archipresbyteri dignitate & officio copiose agunt Aug. Barbosa *de jure Ecclesl. l. 1. c. 25.* Lancellott. Conrad. *in templ. omn. jud. l. 2. c. 11.* Z. *Textus Lancel. correctus.*

TIT. XV.

ad §. 1.

(223) De Vicariis his universa silet antiquitas, nec de iis quicquam constitutum legitur in conciliis antiquis. Videntur illi originem suam debere corruptelis quæ ex beneficio non residendi ut vocant, natæ fuerunt. Itaque beneficium contra institutum Chri- *Vicarii olim incogniti.*

sti

ſti & Apoſtolorum tam abſurde introductum, ut maleficium potius dici debeat. Poſtquam vero officia Eccleſiaſtica divinum cultum principalem ſuæ inſtitutionis cauſam agnoſcere noluerunt amplius, & Clericos non munus aut officium amplius diſcerneret, ſed temporalis quæſtus & reditus ad quodque officium deſtinati, factum inde, ut etiam Epiſcopi ſacrum munus negligerent, & vicarios, qui id in ſe ſuſciperent, conſtituerent, ab initio quidem ad tempus tantum, ne animadverteretur illico affectata illa deſidia, poſtea vero etiam in perpetuum, poſtquam ſubſtitutionibus ejusmodi jam adſueti eſſent animi Parochianorum. Valde autem proficuum eſt deſidiæ Epiſcoporum, quod recentiore jure Canonico oporteat eos vicarios ſibi conſtituere, eoque referunt *c. cum ſimus 9. q. 3. c. innova. 16. q. 7. c. quoniam 14. de offic. jud ord. c. Romana & tot. tit. de offic. Vicar. in 6.* quam juris Canonici diſpoſitionem aut Canoniſtarum doctrinam frigidis rationibus defendit Jacobus Sbrozzius *de Vicar. Epiſc. l. 1. q. 46.* Enimvero poteſt aliquando diœceſis aliqua tam ampla & diffuſa eſſe, ut unus toti non ſufficiat. Sed tum in promptu remedium eſt, ut abdicet partem, quæ exuberat, eamque alteri cedat. Id vero quam difficulter ab Epiſcopis impetrari queat, notius eſt, quam ut exemplis comprobari oporteat. Sed ut maxime *παροικία* Epiſcopi tam ampla non ſit, ut ab uno Epiſcopo gubernari nequeat, cogendum tamen eum nihilominus docent Canoniſtæ, ut vicarium ſibi conſtituat; quem vero in finem, niſi ut otiari, aut omnia alia agere ei liceat impune. Atque in hos tales merito invehitur Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccleſ. lib. 2. c. 7. n. 23.* Simili reprehenſione eos perſtringit Nicolaus de Clemangis *Epiſt. 75.* Illud dubium reſtat, quandoquidem ArchiDiaconi & Archipresbyteri jam ſunt vicarii Epiſcoporum, quid opus fuit alium ſpeciali nomine inſtituere & entia præter neceſſitatem multiplicare? Si tamen credendum eſt, quod ſcribit Antonius Dadinus Alteſerra *ad c. 9. X. de offic. ArchiDiacon.* ex ArchiDiaconorum faſtu & affectata ſuperbia proveniſſe, ut alibi ad tempus inſtituerentur, alibi prorſus extingueretur eorum dignitas, videtur ex hoc eorum interitu novum hoc vicariorum genus, de quo agimus, natum fuiſſe. Z. *l.* 14.

Vicariorum origo,

& progreſſus.

Alia conjectura de origine Vicariorum.

(224)

per ſeipſum (224) deſeruire & reſidere rationabili cauſa prohibetur, aut præſens omnibus commode par eſſe non poteſt,(225) Epiſcopalis repræſentatur authoritas. In quo tamen illud advertendum eſt, quod licet per generalem officii commiſſionem Vicario factam, (a) cauſarum cognitio transferatur: poteſtas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi (226) aliquorum exceſſus,ſeu aliquos a ſuis beneficiis, vel adminiſtrationibus amovendi, vel beneficia conferendi (niſi ſpecialiter conceſſa ſit) non transfertur.

(a) c. 2. & c. ſeq. eod. tit. in 6.

Ita-

(224) Loquitur hoc titulo tantum de vicario Epiſcopi, qui alicubi dicitur officialis, ſed uti mores hodie ſunt non tam ab officio nomine, quam ab officio verbo, ſicuti eos deſcribit Petrus Bleſenſis *ep. 25.* Romanæ vero Curiæ ſtylum hunc eſſe, ut in delegationibus & expeditionibus ad partes Orientales utatur vocabulo Vicarii, ad ultramontanos & ultramarinos in Africa vocabulo officialis, notat Aug. Barboſa *de offic. & pot. Epiſcop. part. 3. alleg 54. n. 53.* Poſſunt tamen etiam alii Sacerdotes habere vicarios, ſed quos ſine conſenſu & autoritate Epiſcopi conſtituere nequeunt. Z. Quem & confer *II. 14. 9.* *Differentia inter vicarium & officialem.*

(225) Regulariter nemo per alium poteſt regere Eccleſiam ſive parochiam, cujus cura ei demandata eſt. Sed poſtquam introductum eſt ſeculis ſequioribus, ut præbendis Eccleſiarum majorum Eccleſiæ minores annecterentur, invaluit etiam, ut in his Eccleſiis annexis vicarios conſtituere licitum eſſet *c. 30. X. de præbend.* Ita etiam Epiſcopi, qui ſemper aſſident Romano Pontifici, habere poſſunt Vice Dominos in Eccleſiis ſuis, ipſis interim nunquam diſcedentibus à latere Pontificis Romani. Cujac. *ad c. 15. X. de judic.* Z. *An per alium poſſit regi Eccleſia?*

(226) Videtur ergo Vicario generali nulla jurisdictio conceſſa, quippe quæ jus coercendi includit. Sed & alia plura ſunt, quæ *Differentia inter vicari-*

Dd non

Habens curam animarum in diversis Ecclesiis, vel laicus, non potest constitui vicarius.

§. 2. Debet autem Episcopus circumspectus esse, ne laicum vicarium sibi constituat. Indecorum (b) est enim, laicum hominem viros Ecclesiasticos judicare: (227) nec in uno eodemque officio debet dispar esse pro-

(b) *can. in nona acti-one. 16. q. 7.*

um & Episcopum.

non potest vicarius, Episcopo non denegata, de quibus videri potest Peregrinus Jenninius *de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 383. seq.* Qui tamen ad synodos olim missi fuerunt Episcoporum Vicarii, jus suffragii, perinde ut & ipsi Episcopi, habebant, uti adversus Panormitani sententiam notat Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. l. 6. c. 13. n. 3.* Z.

ad §. 2.

Absurditas doctrina de exemtione Cleri.

(227) I. Circa exemtionem Clericorum postulata quædam ut regulæ infallibiles ponuntur, sed quæ Rempublicam valde infestant, & quotidianis motibus exponunt. Sic namque doceri solet, personas Ecclesiasticas jure divino exemtas esse ab omni potestate temporali: principes seculares & ipsorum magistratus nullam in ipsos habere potestatem: non posse Clericos reos fieri læsæ majestatis, si vel maxime adversus Principem rebellionem excitaverint, ideo scilicet, quia non sint ipsius subditi: non esse eos jurisdictioni secularium judicum subjectos, nec puniri ab illis posse, etiamsi non obtemperent legibus illius status, sub quo vivunt; non posse exemtioni huic renunciare Clericos, nec in forum seculare compromittere, ut maxime velint. Quæ omnia hoc tandem ostendunt, vivere personas quasdam intra quendam statum, non subjectas status illius legibus, exemtas ab omni politia & disciplina temporali, sine obligatione fidelitatis erga Principem, sine obedientia erga Magistratum: denique statum intra statum formari, & sic duas Majestates, ut sic dicam, in una Republica existere. At vero multo aliter docuerunt veteris Ecclesiæ Patres, Chrysostomus, Theophylactus & Oecumenius. Dum vero

professio. (228) Quod etiam lege divina prohibetur dicente Moyse, *Non arabis in bove & asino.* (229) Inde & Honoriana constitutione cavetur, (*c*) ut Episcopus eum, qui perpetuam Vicariam obtinet, per subtractionem proventuum vel ipsius Vicariæ ablationem compellat, ut se in presbyterum promoveri faciat. (230)

(c) *c. ft. ext. eod. tit.*

A Vicario, appellatur ad Archiepiscopum: ab Archidiacono, ad Episcopum.

§. 3.

ro contrarium plane statuit & usu introduxit Pontifex, nemo non videt quantum inde incrementi acceperit Monarchia Papalis. Z. *I. 6 85.*

II. Idem Zieglerus *de jurib. Majest. lib. 1. cap. 19. §. 6. seq.* graviter adversus Canonistas & eorum doctrinam de exemtione Clericorum disputat, partim adducendo Petri Suavis doctrinam de origine & incremento jurisdictionis Episcopalis ex historia concilii Tridentini, eamque subinde notulis illustrando, partim docendo, quod Fridericus Imperator deceptus Pontificum insidiis hanc exemtionem *in authent. statuimus C. de Episc. & Cler.* noviter stabiliverit, atque adeo reges & principes, Episcopis & Clericis ita velificando, suam ipsorum autoritatem paulatim perdiderint & regendæ Reipublicæ sese fecerint quasi impares. T. *Arcana Politica Papalis.*

(228) Cur ergo Episcopi exercent regalia? cur ex secularibus rebus & negotiis fecerunt spiritualia? scilicet valet saltem adversus Laicos eorum Dialectica. Ipsi vero peculiari Logica utuntur & regulis communibus moralibus & juris naturæ præceptis sunt exemti. T. *Aliud arcanum.*

(229) Contorta est hæc scripturæ ad hanc rem applicatio. Z. *Tortura scripturæ.*

(230) Hoc videtur ex constitutione Concilii Emeritensis in Lusitania, quod prohibuit, ne Episcopi ægroti vicariatum suum tribuant Diaconis, quod his non liceat sedere inter Episcopos, eique rei destinandos præcipit presbyteros, *can. 5.* Z.

§. 3. Inter Vicarium autem, & Archidiaconum illud intereſt, quod à Vicario, non ad Epiſcopum (231) ſed ad Archiepiſcopum: (*d*) ab Archidiacono vero, niſi aliud Eccleſiarum inducat conſuetudo, ad ipſum, cui immediate ſubjacet, Epiſcopum erit appellandum.

(*d*) *c. Romana de app. in 6.*

DE COADIUTORE.

TITVLVS XVI.

Ex cauſâ datur Epiſcopo coadjutor, cujus datio ad Sed. Apo. ſpectat.

§. I.

ACcidit (*a*) etiam interdum, ut paſtor ſenio aut corporis valetudine impeditus, aut ſanæ mentis conſilio deſtitutus, ſuper ſuum gregem excubias ducere non

(*a*) *c. 1. de cl. ægrot. vel debil. in 6.*

ad §. 3.

Quatenus à vicario ad Epiſcopum appellari poſſit vel non.

(231) Quia idem tribunal & eadem eſt jurisdictio Epiſcopi & vicarii. Dum tamen vicarius fuerit generaliter conſtitutus, non ad certam tantum diœceſeos partem. Ab hoc enim, quia habet diverſum tribunal, ad Epiſcopum appellari docet *c. 2.* & ibi *Gloſſ. & Panorm. de reſcript. in Clem.* At ſi generaliter ipſi officium commiſſum eſt, ad Epiſcopum & conſiſtorium ejus appellari nequit. Jurisdictio quippe vicarii ita connexa eſt cum jurisdictione Epiſcopi, ut, ſuſpenſo & excommunicato Epiſcopo, cenſeatur ſuſpenſa jurisdictio vicarii ipſius. Vid. prolixe Sig. Scaccia *de appellat. qu. 8. art. 3.* Itaque ſententia quodammodo ab ipſo mandante ſive Epiſcopo, & in eodem auditorio lata cenſetur, ad quem ſi provocaretur, ab eodem ad eundem appellatio fieret. Franc. Duaren. *lib. 1. c. 8.* Et in hoc diſtinguitur Vicarius à Delegato, quod Vicarius gerit vices ordinarii in eodem loco & eodem tribunali, cum delegatus diverſum plane tribunal habeat. Chriſtoph. Beſold. *d. appell. 4. n. 15.* Z.

(232)

non possit: eapropter vir providus & honestus, illi in Coadjutorem (232) adjungendus est: per quem tam Epi-

---

TIT. XVI.

ad §. 1.

(232) I. Præcipua causa dandi Coadjutoris est corporis infirmitas. Noluit enim Ecclesia Episcopum infirmum dejicere. Et celebre est exemplum Narcissi Episcopi Hierosolymitani, qui annos natus 106. cum propter decrepitam ætatem non amplius muneri obeundo idoneus esset, coadjutorem Alexandrum annuente Clero assumpsit. Niceph. *lib. 5. c. 10.* Infirmis igitur ordinarie dabantur Coadjutores, qui exercebant regimen disciplinæ & temporalia administrabant, pontificialia vero à vicino Episcopo supplebantur. Sed ut fidelius coadjutor laboraret, & esset proprius pastor, non mercenarius, sæpe factus est Coepiscopus. Vid. Marc. Ant. de Dominis *l. 3. de Rep. Eccles. c. 3. n. 61 seq.* Sic enim Macarius Ecclesiæ Hierosolymitanæ metuens, sedemque Episcopalem ab Arianis & hæreticorum labe cupiens vindicare; Maximum, qui orthodoxus erat, non modo successorem sibi designare statuit, sed ut omnem post obitum suum controvertendi occasionem præcideret, impetravit, ut etiam sibi vivo Maximus daretur Coadjutor, simulque Episcopali muneri fungeretur. Socrat. *l. 2. c. 21.* Sic & Augustinus Valerio Episcopo factus fuit in Hipponensi Ecclesia Coadjutor & Coepiscopus, in hoc scil. quod Coepiscopus esset, violatis, ut ipse non dissimulat Augustinus *epist. 34.* Canonibus Nicænis. Cæterum ipsa substitutio, quæ fit per Coadjutorem cum promissione futuræ successionis, reprehendi nequit, si fiat cum consensu superioris, & ab iis, qui jus eligendi habent. Vid. Petr. de Marca *de concord. sacerd. & imper. l. 6. c. 8.* Et in hoc scil. etiam in Ecclesia Pontificia recessum est à Decretis Concilii Tridentini, ut notat Augustinus Barbosa *de jur. Eccles. lib. 3. c. 10. n. 32.* Datur enim Coadjutor Episcopo simplici & ad regi-

De origine & Progressu Coadjutorum.

Episcopo, quam populo utiliter consulatur.. Cujus datio,

men haud idoneo *c. qui frater 7. q. 1.* & dilapidatori bonorum Ecclesiasticorum *c. venerabili 37. X. de offic. & potest. jud. deleg.* Z.

Olim Coadjutores non cogniti.

II. Distinctius modo tradita proponit idem de Episc. *lib. 1. c. 15.* Nimirum Bosquetus ad Innocent. III. *lib. 2. Epist. 121.* docet, prisca tempora Coadjutores nullos agnovisse, cum plebs duos Episcopos pati non potuerit, & ideo ad vitanda schismata tales Coadjutores vel etiam successores designatos non admiserit. Sane concilium Nicænum *can. 8.* prohibet, ne in una civitate duo sint Episcopi. Etsi M. A. de Dominis *d. l. 3. c. 3. n. 64.* canonem Nicænum ita explicet, quasi excludat duos Episcopos inter se divisos etiam cum plebis divisione, non autem duos in solidum amice copulatos. Nam cum talis amicitia conspirans in solidum sit rara, videtur ad eam Concilium Nicænum non respexisse.

Primum Exemplum.

Primum exemplus Coadjutoris, quod in historia Ecclesiastica occurrit, est istud Alexandri & Narcissi modo memoratum. Quam adjunctionem contigisse per revelationem & visionem scribit Eusebius *lib. 6. hist. c. 8. & 11.* referens ex ipsa Alexandri Epistola sequentia verba: *Salutat vos Narcissus, qui ANTE ME Episcopalem hujus Ecclesiæ sedem tenuit, & NUNC MIHI CONJUNCTUS EST in orationibus, annos natos sexdecim supra centum.* Unde duo observat Zieglerus, initio jam in hoc primo exemplo Coadjutorem fuisse simul Coepiscopum, deinde, ex decrepita Narcissi ætate colligi, admodum necessariam fuisse ejusmodi adjunctionem, cum superesse ille functioni suæ amplius non posset.

Aliud Patribus non placens.

Aliud exemplum refertur ab Eusebio *lib. 7. c. 32.* de Theotecno Episcopo Cæsarensi, qui Anatolium successorem Ecclesiæ suæ destinaverat & Coepiscopum assumserat. Hoc exemplum displicuisse Patribus putat noster, unde cum Anatolius comparuerit in Concilio Antiocheno, ut Theotecni Coepiscopus & successor *can. 23.* constitutum fuerit: *Episcopo non licere alium pro se successorem constituere, sed irritam esse ejusmodi*

tio, cum de causis majoribus esse constet, ad sedem Apo-

modi constitutionem, etiamsi fiat in fine vitæ; adeoque Anatolium per hunc canonem spe successionis exclusum Laodicenæ Ecclesiæ Episcopatum tum vacantem haud invitum suscepisse. Nec tamen post editum istum canonem desiisse Episcopos designare sibi successores, quandoque etiam sibi adhuc vivis adjungere. Adducit (§. 4.) exemplum Gregorii Nazianzeni, qui à Patre Coadjutor sibi constitutus fuerat, de quo tamen, an simul Coepiscopus Nazianzeni ordinatus fuerit, dissentiunt Baronius & M. A. de Dominis. Augustinum vero in Ecclesia Hipponensi Valerio Episcopo simul & Coadjutorem & Coepiscopum constitutum fuisse contra canones Concilii Niceni latius probat. (§. 5.) Et alia exempla Coadjutorum ex Socrate *lib. 5. c. 5.* & Sozomeno *lib. 2. c. 20.* profert. (§. 6.) Probe tamen notandum est (ita pergit §. 7.) in enumeratis istis exemplis occurrisse Cleri & populi consensum, tum & Episcoporum comprovincialium approbationem, quæ faciunt, ut excusari tales ordinationes utcunque possint, cum *canon Antioch. 23.* non videatur omnem electionem successoris prohibuisse, sed eam tantum, quæ fiat sine consensu Cleri & populi, quem ideo & postea Augustinus *epist. 110.* impetraverit in Eradio successore sibi constituto. Porro (§. 8.) & optima ratio constituendi Coadjutoris fuit vel senectus vel morbus, vel alius aliquis defectus non affectatus. Ob senectutem plerisque illis, de quibus hactenus diximus, contigit adjunctio. Eandem concedere maluit Zacharias Papa Bonifacio Episcopo Moguntino, quam ut ei decedenti alius sufficeretur *c. petiisti 7. q. 1.* Ita & Alexander III. Pontifex (§. 9.) dimittere noluit Londinensem Episcopum, etsi senectutem & insufficientiam suam allegasset, sed voluit, ut Ecclesiam gubernare pergeret *c. 1. de renunc.* Olim enim non facile admittebantur renunciationes & resignationes. Infirma & adversa valetudo (§. 10.) debet esse diuturna & talis, ut nulla spes restitutionis appareat, quæ etiam est justa causa renunciationis *c. qualiter*

De Gregorio Nazianzeno.

Requisita Coadjutoris rite dati.

Causa.

Senectus.

Adversa valetudo.

Apoſt. nulla obſtante conſuetudine, referenda eſt. (233) Quod tamen ſic intelligi oportet, ſi non in remotis partibus explicanda ſit: cæterum, ſi procul ab Apoſtoli-

---

liter & c. ſeq. 7. q. 1. non tamen ad reſignationem cogi poteſt, ſed Coadjutor ei dandus *c. 5. de Cler. ægrot.* Illuſtrat dicta (§. *11.*) ex Gregorio Magno & ſimul notat, Epiſcopos ſequiorum temporum non dubitaſſe, removeri debere, qui muneri ſuo ſupereſſe amplius non poſſit, quam in rem affert exemplum Ulſtani ex Matthæo Pariſienſi, cujus deponendi juſta Lanfranco, ArchiEpiſcopo Cantuarienſi, viſa fuerit cauſa, quod idiota & adeo ignarus rerum ſecularium crederetur, ut nec gallice loqui, nec Guilielmo Normanno Regi ſuo in cauſis emergentibus conſilium dare valeret. Neſcio tamen, an hoc exemplum accurate loquendo huc pertineat, cum id non loquatur de Epiſcopo ob morbum ab officio remoto. Porro obſervat (§. *12.*) hoc remedium electi Coadjutoris non ſemper placuiſſe, ſæpe enim renunciationes vel reſignationes prævaluiſſe, ſæpe per Epiſcopos vicinos quæ ſpiritualia erant, temporalia autem per Clericos inferiores expedita fuiſſe. Denique (§. *13.*) cauſæ ab Epiſcopis noviorum temporum additæ, puta pueritia Epiſcopi, imperitia, prodigalitas, & ſi ſermonis, quo utitur ſubjectus ei populus non ſit gnarus, non ſine ratione diſplicent Zieglero, cum tales Epiſcopi ſecundum doctrinam Pauli non debuiſſent eligi. T.

Notatur Zieglerus. — *Affinia Coadjutorum.* — *Inepta cauſa noviores.*

(233) Uti conſtitutio Epiſcoporum extra diœceſin Romanorum non pertinet ad Epiſcopum Romanum, ita nec conſtitutio Coadjutoris. Et oſtendit exemplum Auguſtini, nullum tum requiſitum fuiſſe conſenſum Epiſcopi Romani, cum Coadjutor daretur Valerio Epiſcopo, ſed ſolum Cleri & populi, & Epiſcoporum comprovincialium. Vid. Petr. de Marca *d. l. n. 11.* Z.

Olim Papæ conſenſus non fuit requiſitus.

II. Idem etiam docent exempla reliqua ex *d. c. 15.* allata. Et ſeculo nono ex Principum potius arbitrio Coadjutores datos fuiſſe teſtis eſt Adamus Bremenſis *lib. 1. c. 39.* ubi ex vita Rimberti ArchiEpi-

Olim ex Principum conſenſu Coadjutores dati.

ſtolica ſede Epiſcopus impeditus deget, tunc ſecundum Bonifacianæ conſtitutionis tenorem providendum erit. (234)

Etiam inferioribus ab Epiſcopis dandus eſt coadjutor: & utrisque de facultatibus Eccleſiæ erit ſubveniendum.

§. 2. Nec (*b*) ſolum Epiſcopis dandus erit Coadju- (*b*) *per totum. tit.*

Epiſcopi Hamburgenſis refert hæc verba. *Cum jam ſenio gravaretur S. Rimbertus, etiam continuus pedum dolor ei acceſſit. Unde apud glorioſiſſimos Reges Ludovicum & filios ejus hoc obtinuit, ut inſignis vir Adalgarius, Monachus videlicet Corbejæ, in adjutorium ei confirmaretur, quatenus ipſe infirmitate detentus, in Adalgario haberet ſolatium circumeundi Epiſcopatum, placita adeundi & quando exigeretur, vel in expeditionem, vel ad palatium cum Comitatu ſuo proficiſci. Impetravit etiam, ut ipſe illi in electione ſucceſſor confirmaretur & inter conſiliarios Regis locaretur, aſſentientibus fratribus, & Abbate Monaſterii ejus, ab hac ſancta Synodo hæc omnia roborante &c.* Idem docet exemplum Monderici, cujus ſupra mentionem fecimus ex Gregorii Turonenſis hiſtoria, quippe qui ex Regis indulgentia Coadjutor factus dicitur. Quod igitur datio Coadjutoris pro reſervato Pontificis Romani habetur hodie, id novum eſt, & ex diſciplina recentiore. Z. *I.15.14.*

(234) Extat illa conſtitutio Bonifaciana in *d. cap. un. de Cler. ægrot. in 6.* ſcilicet ut exiſtentes in remotis partibus Epiſcopi ſenio aut valetudine corporali gravati poſſint conſilio & aſſenſu ſui capituli vel majoris partis ipſius unum vel duos Coadjutores adſumere ad officium exequendum. Si vero Epiſcopus demens fuerit, ut ſolum capitulum vel duas ejus partes poſſent aſſumere ejusmodi Coadjutores &c. T. *Tenor conſtitutionis Bonifacianæ.*

extr. de cler. ægr. jutor, ſed etiam, ſi res exigat, inferioribus: (235) Unde ſi vel Eccleſiæ Rectorem, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediri, ut Eccleſiaſticis miniſteriis, vel nullo pacto, vel non niſi cum ſcandalo intereſſe poſſint, eis quoque Coadjutor adhibendus erit: (236) & ita res temperanda, (c) ut utrique juxta facultates Eccleſiæ vitæ neceſſaria miniſtrentur. (237)

(c) cap. 1. §. præſenti quoque de cler. ægr. in 6.

DE CHOREPISCOPORUM USU SUBLATO.

TITULUS XVII.

Chorepiſcoporum uſus ſublatus eſt.

§. 1.

ERant olim & Chorepiſcopi, (238) quibus circa plurima

Etiam superioribus. (235) Imo etiam ſuperioribus *d. cap. un. in fine.* T.

Inferiores non pet. à ſede Apoſt. (236) Sed horum coadjutoria ad Apoſtolicam ſedem ut referatur, neceſſe non eſt ex mente Canoniſtarum. Vid. Aug. Barboſ. *d. l. n. 22.* ubi talem ponit regulam: Qui poſſunt inſtituere & deſtituere, à fortiori poterunt Coadjutores dare. Recte. Hinc enim conficimus, Coadjutoris dationem pertinere ad eos, qui jus eligendi habent. Z.

Neceſſaria unde ſumenda. (237) Si ſcil. reditus beneficii utrique ſufficiunt, & Coadjutori, & coadjuto, non neceſſe eſt, ut aliunde neceſſaria miniſtrentur. Si vero illi non ſufficiunt, tenentur parochiani de alimentis Coadjutoris proſpicere. Barboſ. *d. l. n. 26. 29.* Carpzov. *in Jurispr. Conſiſt. l. 1. def. 53.* Z.

TIT. XVII.

ad §. 1.

Chorepiſcopi medii inter (238) I. Chorepiſcoporum in decretis antiquorum Conciliorum multa & frequens mentio eſt. In Clero eos fuiſſe docent *can.* 8. Con-

8. Concil. Nicæni & *can. 13.* Concilii Neocæsariensis. Medios fuisse inter Episcopos & Presbyteros colligere licet ex dicto Canone Nicæno, & Chorepiscopum inter Episcopum & Presbyterum collocat Concilium Chalcedonense *c. 2.* Episcopos eos non fuisse probatur ex Concilio Antiocheno *can. 10. Chorepiscopus autem fiat ab Episcopo civitatis, cui subjicitur.* Et quamvis Guilielmus Beveregius in annotatis ad Canonem 13. Concilii Ancyrani multis rationibus intenderit probare Chorepiscopos revera fuisse Episcopos, ejus tamen assertio facile refelli potest, idque erudite executus est Zieglerus de Episc. *lib. I. cap. 13. §. 3.--17.* Alii eosdem fuisse Chorepiscopos cum Presbyteris arbitrantur, quorum sententiam ex parte tuetur Petrus de Marca *de concord. Sac. & Imp. lib. 2. cap. 13. § 2. c. 14 §. 3.* contra eos vero disputat David Blondellus *in Apol. de Episc. & Presbyt. Sect. 2. p. 43. & Sect. 3. n. 11. 12. p. 120. seq.* cujus partes tuetur Zieglerus *in notis hic, & d. c. 13. §. 18: 21.* T. *Episcopos & Presbyteros.*

II. Optime Blondellus tum loco allegato, tum *pag. 10. & 93.* originem eorum ita exponit; *Sub seculi tertii finem constitutum fuisse, ut urbis cujusque simul sumti tituli omnes Ecclesiam principalem ad matricem, vicorum adjacentium clerus populusque minus principalia ejusdem membra constituerent: presbyteri urbani omnes præposito suo, Episcopo κατ᾽ ἐξοχὴν dicto, subjicerentur, regionariis autem præferrentur, qui ob id non presbyteri simpliciter, sed ἐπιχώριοι, οἱ ἐν χώραις regionarii, corregionales, forastici, ruris agrorum presbyteri vocarentur. Factum etiam porro, ut supra regionarios ejusdem Sacerdotes vel ætate profectior, vel dotibus ornatior, vel in frequentiore vico collocatus Urbano quidem Episcopo cum suo synedrio pareret. ceteris vero regionariis presbyteris præsideret, & Chorepiscopus, i. e. villanus, ruralis, vicanus, rusticæ plebis Episcopus diceretur. Hac occasione etiam factum, ut Latinorum nec incelebres, nec nostrum temporum nonnulli Episcoporum vicarios Chorepiscopos ubique interpretentur, quod scil. ab urbanorum præsulum nutu adeo penderent, ut, quicquid potestatis in vicanum Clerum haberent, ab* *Origo Chorepiscoporum.*

 iisdem

rima cum Episcopis (239) ministeriorum communis erat dispensatio: (240) quorum tamen institutio tam Romana sede, quam in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam

iisdem mutuarentur eorum quodammodo nomine officium gererent, essetque tota eorum ἐπισκοπὴ Urbanæ simulacrum &c. Z.

Chorepiscoporum officium & differentia ab Archipresbyt. & Archidiacon.

(239) Præter Presbyteros omnes, per quos juxta Episcopi dispositionem divinus cultus expediebatur, adhuc alii erant Episcopo administri in majore dignitate constituti, & ei propterea proximiores. Præcipui erant Chorepiscopi, Archipresbyteri & Archidiaconi, quos proinde Episcopi ministros vocat Concilium Aquisgranense *c.1. de ordine Rectorum can. 4.* Uti igitur Archipresbyteratus & Arcdhiiaconatus denotat ministerium adjunctum gradui cum eminentia aliqua: ita & Chorepiscopatus denotat officium ab Episcopo collatum & superius quodammodo presbyteratu. Nunquam vero Chorepiscopi plenam habuerunt Episcopalem potestatem, cum utique id fuisset Canoni Nicæno prorsus adversum, prohibenti, ne in una diœcesi duo essent Episcopi. Plus igitur poterant Chorepiscopi, quam ordinarii presbyteri, minus vero quam Episcopi. Cumque etiam Archidiaconi quandoque vicarii Episcopi dicantur, & in quam plurimis ejus vices suppleant *c.1. & 2. X. de offic. Archidiac.* illis tamen superiores fuerunt Chorepiscopi, quippe qui majorem partem ex officio Episcopi quasi decerptam sustinebant. Nec tamen ut Archidiaconi, & Presbyteri certo loco addicti erant, sed in generali aliquo ministerio, quod per totam regionem se diffundebat, versabantur; quanquam, si ita visum fuisset Episcopo civitatis, non fuerit ab officio eorum alienum, ut & ipsi certam aliquam Ecclesiam vicanam regerent, collato & adjuncto munere cæteras visitandi. Z. *l.13. 22.*

Constitutio Subdiaconorum.

(240) Præcipuum eorum axioma se exeruit in constitutione Subdiaconorum & inferioris gradus Clericorum, quam liberam fuisse ab initio videtur *ex can. 10. Concil. Antioch.* postea vero restrictam

ma-

quam improba & supervacanea, (241) est penitus interdicta. *a*) (242)

(a) canon. Chorepiscopi. & seq. di. 68.

Matrimonium spirituale dissolvitur translatione, renunciatione, & depositione.

§. 2. Vidimus hucusque de spiritualis fœdere conjugii, quod inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod

---

magis, ut prius ad Episcopum fieret relatio de ministris his in Clerum cooptandis, docet Basilii M. *Epist. 181.* qui de novo jussit, ne deinceps Chorepiscopi aliquem clerum constituant, nisi prævia relatione ad Episcopum facta & impetrato ejus consensu. Presbyteros autem & Diaconos ordinare non debuerunt, etsi postea & hoc munus de facto usurpaverint, de quo conqueritur Nicol. I. *in Epist. ad Rudolfum Bituricensem cap. 1.* qui & prohibuit, ne quid tale in posterum fiat. Cohiberi tamen vix potuerunt Chorepiscopi, donec concurrentibus etiam aliis causis prorsus abrogatum fuit eorum ministerium. Tanta vero cum Chorepiscoporum fuerit autoritas, mirum non est, adhibitos eos fuisse in Conciliis, ut simul cum reliquis Episcopis conderent decreta. Utrum autem vices suorum Episcoporum ibi egerint, & nomine ipsorum subscripserint, ut vult Petrus de Marca, an vero proprias suas tum expleverint partes, ut putat Blondellus, non adeo constat. *Z. l. 13. 23. seq.*

Non Presbyterorum & Diaconorum.

(241) Improbitatem istam ostendit Damasus Papa *epist. 5.* Sed hanc Epistolam confictam & commentitiam esse ostendit Blondellus *in Pseudo Isidor. p. 541.* Z.

Falsa sententia de eorum interitu.

(242) I. Quando & à quo? Refert idem Damasus Papa *in Epist. 5.* sed, ut dixi suppostitiam esse eam Epistolam, & nullibi prohibitionem istam haberi, ostendit Blondellus *in Pseudo Isidoro. p. 530.* Post Damasum ejusdem prohibitionis mentionem faciunt Leo I. *Epist. 88.* Felix. IV. *Epist. 1.* Johannes III. *epist. un.* sed quas omnes suppostitias & adulterinas idem arguit Blondellus *in Pseudo Isidoro p. 567.*

quod electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari. Item de moribus, & Vicariis, & adjutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia removetur; & sic, quo modo tale conjugium præter mor-

567. 584. & 614. Non negamus tamen, temperatam sæpe fuisse & coercitam nimiam Chorepiscoporum potestatem. Vid. Marc. Anton. de Dominis *de Rep. Eccles. l 2. c. 9. n. 17.* Sero autem eorum usum receptum fuisse apud Latinos, prolixe docet Blondellus *apol. de Episc. & presb. p. 132.* Z

Verior narratio.

II. Tempore Caroli M. disquiri cœpit, numquid valerent ordinationes Presbyterorum & Diaconorum tum & alii actus ad Episcopos alias pertinentes à Chorepiscopis usurpati. Cumque Carolus ea de re Pontificem Leonem III. consulendum putasset, Legatum ad eum destinavit Arnonem Archiepiscopum Salisburgensem. Duriter admodum & acerbe respondit Pontifex, actus illos omnes à Chorepiscopis usurpatos vitiosos non tantum esse sed & irritos; & debere adeo, qui ita à Chorepiscopis ordinati essent, canonicam ordinationem accipere à veris Episcopis, ipsos autem Chorepiscopos deponendos esse & plectendos exilio, eorumque ministerium atque gradum prorsus abolendum. Reverso Arnone deliberatum fuit in Comitiis Ratisbonensibus, quousque Pontificis hoc decretum admitti deberet. Et approbatum quidem id fuit in plerisque omnibus, nisi quod noluerint congregati Proceres Chorepiscopos prorsus extinguere, sed satius duxerint, eos in Presbyterorum gradum & ordinem revocare. Dignum est capitulum, quod totum & integrum legatur; & extat illud *lib. 7. c. 187.* Videtur tamen procedente tempore temperamentum istud sustulisse Carolus, & ipsos etiam Chorepiscopos prorsus de gradu suo dejecisse, uti apparet ex verbis ultimis capituli *310. & 328 ejusd. libr. 7. Si autem ii aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt, quæ ab iis geruntur, & ipsi omni*

mortem dissolvitur. (243) Contingit autem id tribus mo-

omni Ecclesiastico honore funditus priventur. Sed videtur tantum pertinere ad eos, qui legem antea promulgatam violaverint. Ipsum tamen etiam Chorepiscopatum à Carolo M. sublatum fuisse docet capitulum *119. lib. 6.* Nec tamen ad hoc placitum desiere illico Chorepiscopi, quippe quos anno adhuc 829. in Concilio Parisiensi *cap. 27.* coercere & in ordinem redigere oportuit. Idem repetitum anno 846. in concilio Meldensi *cap. 44.* Quia scilicet Episcopi negligebant Ecclesiastica, & genio suo indulgebant, atque sic Chorepiscopos fovebant, ut ipsi venationi, aucupio, & cæteris seculi oblectamentis operam dare possent sine impedimento. (conf. Z. *l. 4. c. 3. §. 14. & cap. 20. §. 8.*) A temporibus vero Concilii Metensis nulla aut rarissima Chorepiscoporum mentio fit in Ecclesia Occidentali. Consuli imprimis de hac materia potest Dion. Petavius *ad Epiphan. hæres. 69.* Z. *l. 13. 30. seq.*

ad §. 2.

(243) Ecclesia in Scripturis sponsa quidem dicitur, sed Christi Salvatoris tantum. Qui ab eo missi sunt, ut eam verbo & sacramentis in amore divino sustineant, ministri tantum sunt, non sponsi nec conjuges. Vid. Blondell. *in Pseudo Isidor. ad Evaristi epist. 2. pag. 52.* Adulteri ergo sunt, qui præter Salvatorem, conjugium tale affectant, quique ex ministris heros se efficiunt, etsi vel ipse fuerit Episcopus Ecclesiæ Romanæ. Et exhinc patet, omni prorsus carere fundamento, quod statuunt, vinculum istud conjugale inter Episcopum & Ecclesiam simile esse conjugio carnali plane indissolubili; dissolvi tamen posse autoritate Papæ. Vidit ex parte eas ineptias & exagitavit Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 2. c. 7. n. 25. & lib. 3. c. 6. n. 1. 22. 23.* Optime in hanc rem autor libelli *de squalorib. Romanæ curiæ* editi Basil. ann. 1551. cum Petr. Aliac. *Si contingat,* inquit, *aliquando Papam per officium suum honorari vel laudari, dicitur pro laude sua antonomastice* (*sive ex adulatione, sive*

Arcanum Papisticum de conjugio inter Episcopum & Ecclesiam.

modis: Translatione, Renunciatione, & Depositione seu Degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de Translatione.

DE TRANSLATIONE.

TITVLVS XIIX.

Translatio inducta est ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate cessante, translatio irritatur.

§. I.

(a) *can. mutationes 7. q. 1.*

TRanslationes quæ & mutationes (a) nuncupari possunt, institutæ sunt (244) utilitatis & necessitatis

---

sive ex donatione hominum hoc fiat) quod sit sponsus, dominus & caput Ecclesiæ. Recogitet ergo, quod hoc non potest esse proprie loquendo verum. Ecclesia enim non habet duo capita nec duos sponsos, sed unicum, & hoc est Christus, & non vicarius suus, (cum hoc vere sic dici non competit) quem Christus constituit potius custodem sponsæ suæ, quam sponsum.

TIT. XVIII.

ad §. 1.

Olim translationes pro illicitis habitæ

(244) I. Refert Socrates *lib. 7. hist. Eccles. c. 35. & 39.* apud veteres indifferens fuisse, quoties Ecclesiæ usus & necessitas poscebat, Episcopos ab aliis ad alias civitates transferre. Sed profecto indifferens ea consuetudo apud Veteres coercita sæpe fuit & abolita. Ita enim ante Socratem Concilium Nicenum *can. 15. Placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa, ita ut de civitate ad civitatem non Episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur.* Diserte magis Concilium Antiochenum I. *can. 21. Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Episcopis necessitate compul-*

pulsus; maneat autem in Ecclesia, quam primitus à DEO sortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum de hac re terminum constitutum. Verba hæc duriora videntur, quam ut utilitatem aut necessitatem Ecclesiæ excipi patiantur. Plura talia leguntur inter canones Concilii Sardicensis, Carthaginensis IV. Meldensis & aliorum. Ita Eusebius Cæsareæ Episcopus, cum habita solenni electione in Antiochenæ Ecclesiæ sedem traduci eum Clerus vellet, addita etiam Imperatorii jussus autoritate, restitit, nec in aliam Ecclesiam, dimisso contra canonem Ecclesiasticum titulo, transferri se passus est. Nicephor. *l. 8. hist. Eccles. cap. 45.* Euseb. *lib. 3. de vita Const.* Socrat. *l. 1. c. 24.* Theodor. *l. 5. c. 11.* Non nego tamen, tantam posse esse utilitatem aut necessitatem Ecclesiæ, ut mutatio talis & translatio non tolerari tantum, sed modis omnibus etiam adjuvari debeat. Vid. Carpzov. *in Jurispr. Consistor. lib. 3. defin. ultim.* Et idcirco canones prædicti non tam eam mutationem prohibere videntur, quæ ex necessitate aut utilitate Ecclesiæ contingit, quam eam, quæ ex cupiditate & avaritia Episcoporum aut inordinato plebis affectu proficiscitur. Francisc. Duaren. *de sacr. Eccles. minist. lib. 5. c. 3.* Migrationes enim Episcoporum voluntariæ prohibitæ sunt à Canonibus; translationes vero cum causæ cognitione decretæ non sunt vetitæ. Prohibetur μετάβασις, non μετάθεσις. Vid. Petrus de Marca *de concord. Sacerd. & imper. lib. 6. c. 8.* Quod autem dixi de inordinato plebis affectu, autorem habeo Hieronymum, qui *lib. 1. adversus Jovin* ita scribit: *Nonnunquam errat, plebis vulgique judicium, & in sacerdotibus comprobandis unusquisque suis moribus favet, ut non tam bonum quam sui similem quærat præpositum.* Z.

II. Finis prohibitionum antiquarum circa mutationes Episcopatuum præcipue fuit, ut avaritia & ambitio Episcoporum coerceretur, & ne persecutionis aut aliarum calamitatum tempore Ecclesia suo Pastore destitueretur, quippe quo necessaria ipsi maxime esset ejus cura & opera. Ziegl. de Episcop. *lib. 2. c. 12. §. 1.* ubi in sequentibus paragraphis prohibitiones translationum ordine recenset. Primo loco ex Concilio Nicæno *c. 15.* modo adductum, sed quod incipit: *Propter tumultus & seditiones quæ fiunt, placuit omnino,* (quæ verba ini-

Scopus prohibitarum translationum.

Sensus c. 15. Concilii Nicæni.

initialia in nota modo descripta omiserat) unde constat, quod prohibitio hæc ad solos tumultus & seditiones restricta fuerit, quamvis generaliter eam interpretatus sit Hieronymus *in Epist. ad Oceanum*, quasi ibi decretum sit, ne de alia in aliam Ecclesiam Episcopus transferatur. De tali tumultuosa translatione loquitur etiam Canon Apostol. *14.* quo statutum fuit: *Episcopo non licere alienam parochiam propria relicta pervadere, licet cogatur à pluribus.* Additur enim statim limitatio; *nisi forte quis cum rationabili causa compellatur, tanquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profectus prospicere.* Ne tamen sub talibus prætextibus ambitiosæ mutationes pallientur, adjicitur. *Et hoc non à semetipso pertentet, sed multorum Episcoporum judicio & maxima supplicatione perficiat.* In concilio Antiocheno postea (cujus *can. 21.* jam in nota præcedente fuit descriptus) paulo severior facta fuit prohibitio, extensa ad omnem translationem cujuscunquemodi. Id tamen non videtur diu observatum, quandoquidem post annos 20. videlicet anno 360. in ipsam Ecclesiam Antiochenam translatus fuit Meletius Sebastiæ Episcopus ab Arianis, quibus favere simulaverat. Finito hoc concilio Antiocheno videtur scripta Epistola Julii I. Pontificis ad Orientales in causa Athanasii, in qua exprobrat Eusebianis, quod translationes Episcoporum tam frequentes faciant, populisque per mutationes istas injurias inferant. Et quia Ariani non desinebant mutationes ejusmodi continuare, sæpe etiam Orthodoxi easdem admittebant, repetita mox fuit prohibitio in Concilio Sardicensi *c. 1.* (vid. infra *n. 249.*) cum adjuncta pœna, ut ne quidem Laicam communionem habeat Episcopus translatus. Longius adhuc progressus fuit anno 382. Damasus Papa, qui prorsus excommunicavit eos, qui in aliam transeunt Ecclesiam (vid. infra *n. 250.*) Quodsi quis, qui inordinato appetitu ad aliam Ecclesiam se contulit, ea cedere noluerit, à brachio seculari opem atque auxilium expectare jusserunt Patres Carthaginienses in Concilio III. *can. 38.* qui in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ est *can. 48.* T.

Item Can. Apost. 14.

Translationes exemplum.

Novæ prohibitiones graviores.

gratia. (245) Utilitatis, cum Episcopus ab ea civitate, cui præpositus est, in aliam transfertur, in qua magis proficere posse verisimiliter existimatur. Sic olim princeps Apostolorum de Antiochena civitate se Romam transtulit, ut scilicet ibidem copiosius proficere posset. (246). Necessitate *b*) vero nonnunquam Episcopalium sedium mutationes fieri solent, hostium urgente metu: (247) Sed hoc casu si civitatem, de qua effu-

(*b*) *cân. scias frater & seq. caus. 7. q. 1.*

Exceptio nova utilitatis.

(245) Originem videtur debere hæc sententia *canoni Apostolico 14.* in nota præcedente adducto, quod utilitatem attinet. Postea etiam in Concilio Carthaginiensi 4. *canon 27.* eandem utilitatem excepit, suppleri vero illico voluit locum translati Episcopi per alium noviter electum, quandoquidem tum temporis, neutiquam permissum fuit, ut quis duarum Ecclesiarum simul esset Episcopus Z. *d. c. 12. §. 7.* Quæ prohibitio cum hodie à Pontificiis non attendatur, rariora etiam sunt hodie apud eos exempla translationum. T.

Exemplum Petri impertinens.

(246) Nihil hoc ad rem. Apostoli enim non certæ alicui particulari Ecclesiæ addicti erant, ex qua deinceps translatio fieri potuisset ad aliam; sed tota & universalis totius mundi Ecclesia eis fuit commissa, ut eam fundarent, & non tam regerent singulas, quam eas regendas propriis Episcopis commendarent. Marc. Anton. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 3. c. 6. n. 4.* Et dubium est, num copiosius profecerit Romæ, quam Antiochiæ, aut num ideo Romam discesserit Petrus. Z.

Necessitas & metus non sunt unum & idem.

(247) I. Si ejiciatur ab hostibus Episcopus, ut fuga sit necessaria, concedo. Sed si metu hostilitatis, tempore persecutionis vel belli deserat Ecclesiam, olim pro illicito id habebatur. Vide mox dicenda n. *249. in fine.* Conf. supra *n. 180. II. III.* Adde Zieglerum *d. c. 12. §. 8.* T.

Artes Politicæ Episcoporum titularium.

II. Jure quis liberatur ab ea Ecclesia, in qua ob inimicitias personales, non posset secure conversari, sed in jugi mortis discrimine versare-

(c) *can. pastoralis officii caus. 7. q. 1.* effugerit Episcopus, ab hostibus liberari, (c) & ad priorem statum contigerit revocari, ad eam expulsus revertetur.

Episcopos transferre, ad solum Romanum Pontificem pertinet.

§. 2. Sciendum est autem Episcoporum translationes, non etiam inferiorum, ad solum Apostolicæ sedis (d) *cap. 2.* Antistitem (248) certissima ratione pertinere: *d)* neque su-

---

saretur. Atque ex hoc fundamento procedit drama ridiculum Episcoporum titularium, ut Dardaniæ., Athenarum &c. in Papatu, qui acceptis suis Bullis à Papa statim se accingunt ad iter; sed Roma egressi ad primum, secundum & tertium lapidem, incidunt in homines ad id expresse dispositos, qui protestantur, non posse illos absque evidenti & jugi discrimine vitæ suæ eo proficisci, quia ibi versaturi essent inter insideles aut hæreticos & nihil profecturi. Quarum protestationum sumpto per Notarios testimonio, Episcopus titularis Romam redit, ostenditque Pontifici, se quidem conatum fuisse ad Ecclesiam sibi commissam à S. sede proficisci, sed coactum redire, quod ibi in aperto mortis discrimine versaturus fuisset: Tunc ei acclamatur, Euge, bene, & ossa quædam beneficiaria latranti ejus stomacho in præmium rei feliciter gestæ objicitur. Revera tamen, si persecutio fuerit Ecclesiæ totius, aliter agendum: Tunc enim, *Tu ne cede malis sed contra audentior ito.* Nam Mercenarii est, non boni pastoris, fuga sibi consulere, cum lupus imminet gregi. *M. p. 150.*

ad §. 2.

Olim ad solum Papam non pertinebant translationes. (248) I. Principium hoc est Pontificium ex Papali monarchia ortum. Neque ita obtinuit ab initio, sed ad Metropolitani & Episcoporum comprovincialium cognitionem spectabat, an ex translatione hujusmodi emersura sit utilitas Ecclesiæ, uti patet ex *can. 27.* Concilii Carthaginensis IV. quem refert Gratianus *can. Episcopus 38. caus.*

cauf. 7. q. 1. In Ecclefiis noftris poteftas ea Principibus fecularibus, aut illis, qui τὸ κύριον habent in Rep., adfcribitur. Illis enim propter fummam, quam tenent, poteftatem, etiam cura Ecclefiæ competit, & ipfa adeo poteftas Ecclefiaftica, externa tamen, & quatenus ea in Principem cadere poteft, quamque ut plurimum per Senatum Ecclefiafticum à fe conftitutum exercere folent. Z.

II. Eft autem impia & blafphema ratio, qua id fibi foli vendicat *cap. inter corporalia, h.t.* Quod *cum fortius fit vinculum fpirituale quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens DEus, fpirituale conjugium, quod eft inter Epifcopum & Ecclefiam, fuo tantum judicio refervavit, præcipiens, ut quos DEUS conjunxit homo non feparet: Non enim humana, fed potius divina poteftate, conjugium fpirituale diffolvitur, cum per translationem, depofitionem aut ceffionem authoritate fummi Pontificis (quem conftat effe Vicarium JEfu Chrifti) Epifcopus ab Ecclefia removetur &c.* Unde etiam fequeretur, Papam facilius poffe diffolvere conjugia carnalia; quod tamen negat ibi *Gloffa, ad voc. fortius*, fed multa funt exempla translationum in veteri Ecclefia, quæ fine authoritate Papæ profefferunt; Et revera ad eam fufficit confenfus partium, id eft Ecclefiæ vocantis, dimittentis, & transferendi: Nam injuftum eft, quod Papa fibi tribuit facultatem transferendi etiam invitum. Jure in noftris Ecclefiis recepto, fi Ecclefia prior non confentiat in translationem, res ad claffem aut Synodum devolvitur, cujus eft auditis partibus id ftatuere, quod eft ædificationis publicæ. *M. p. 58.*

Impia ratio Papæ.

III. Jam olim Heraclius Imperator translationem Clericorum admifit, fi illæ fierent cum præfcitu & confenfu atque mandato Patriarchæ Conftantinopolitani, qui fcilicet de neceffitate & utilitate Ecclefiæ judicium exactius ferre poffet. Conftitutio ejus legitur *in jure Græco-Romano lib. 2. n. 4.* In eandem fententiam refpondit feculo XIII. Manuel, Patriarcha Conftantinopolitanus *ibid. lib. 3. p. 241.* unde fimul difcimus, ad Metropolitani & Epifcoporum provincialium judicium cognitionem illam pertinuiffe in Orientis partibus. Imo ne quidem in occidente olim creditum fuiffe, ad folum

Variantia jura de confenfu in translationes.

& si. extr. eod. tit. de translat. Episc.

ſuper his matrimoniis (249) quicquam præter ejus aſſenſum immutari debere, aut poſſe. Quod obtinet non ſolum, ſi Epiſcopus eſt conſecratus, verum etiam ſi tantum canonice fuit electus, & confirmatus: cum (ut ſupra diximus) poſt electionem & confirmationem, inter perſonas eligentium & electi, conjugium ſit ſpirituale contractum.

Qui

lum Pontificem hanc competere cognitionem patet *ex canone 27.* Concilii Carthaginienſis IV. & ex Pelagii II. *Epiſt. 1. ad Benignum Archiepiſcopum.* Cæterum quod Latini hodie ſoli Pontifici Romano, id Græci olim ſoli Imperatori vindicare ſtuduerant, id quod docent in jure Græco-Romano *lib. 5.* Demetrii Chomateni, Archi-Epiſcopi Bulgariæ reſponſiones ad Conſtantinum Cabaſilam. *Z. II. 12. 9. ſeq.*

Rationes prohibitarum translationum ſpuria & genuina.

(249) I. Quale hoc ſit matrimonium, & quid de eo ſentiendum, dixi ad finem *tit. anteced.* Et communiter quidem Canoniſtæ rationem prohibitæ translationis quærunt in indiſſolubilitate conjugii ſive matrimonii, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam. Sed recte obſervat Franciſcus Duarenus *de ſacr. Eccleſ. miniſt. lib. 5. c. 3.* rationem hujus prohibitionis in veteri Eccleſia fuiſſe iſtam, ut avaritia & ambitio Epiſcoporum coerceretur. Ita enim Concilium Sardicenſe *can. 1. Ne cui liceat Epiſcopo de civitate ſua ad aliam tranſire civitatem, manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentat: cum nullus in hac re inventus ſit Epiſcopus, qui de majore civitate ad minorem tranſiret, unde apparet, avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni ſervire, & ut dominationem agant.* Et Julius I. P. R. *in Epiſt. ad Euſebianos,* quæ apud Athanaſium extat *apol. 2. Si igitur,* inquit, *vere parem eundemque honorem in omnibus Epiſcopis cenſetis eſſe, neque ex magnitudine civitatum de Epiſcopis judicatis, oportuit eum, cui concredita eſt parva civitat*

Qui propria authoritate se ad aliam Ecclesiam contulerit, & habita carebit & ambita.

§. 3. Eapropter (e) quicunque avaritia ducti, ambitione impulsi, Ecclesiæ suæ mediocritate despecta, ad majorem sese plebem propria authoritate transtulerint, à cathedra repelli debent aliena, & carere propria: (250) ut nec illis præsideant, quos per superbiam spre-

(e) *canon quando extr. cod. tit.*

---

tas, in ea, quæ credita est, permanere, & nequaquam rejecta concredita, ad eam, quæ concredita non est, transvolare: ne eam, quæ à Deo data est, aspernari, illam vero, quæ hominum ambitu concessa est, magni facere videatur. Antequam vero ambitio & avaritia Sacerdotum animos corrupisset, non alia videtur permanentiæ istius fuisse ratio, quam quod turpe creditum fuerit, persecutionis tempore Ecclesiam sibi concreditam deserere. Statutum igitur fuit in Ecclesia, ut is, qui presbyter ordinatus aliquam Ecclesiam susceperat, Ecclesiam persecutionis & martyrii metu non desereret, sed intrepidus & interritus in ea perpetuo permanere, & perseverare teneretur. Z.

II. Id igitur constat ex hactenus dictis, translationem Episcoporum in se consideratam esse actionem indifferentem, nec adeo absolute injustam, sed cujus moralitas ex regulis decori & causis impellentibus dijudicari debeat. T.

Moralitas translationum unde petenda?

ad §. 3.

(250) Id aliquando tum demum obtinuit, si in ejus locum jam alius surrogatus fuerit, & quamdiu is vixerit. Locum enim adhuc vacantem occupare & recuperare poterat ipse, qui mutaverat. Ita enim Damasus P. R. in confessione fidei ad Paulinum Episcopum Thessalonicensem apud Theodoretum *lib. 5. c. 1. Illi autem, qui ab Ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se transtulerint, usque eo sint à nostra communione alieni, quoad ipsas ad urbes redierint, in quibus erant primum ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati.*

Limitatio pœnæ translationis.

spreverunt: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum concupiverunt. Sicut enim vir (*f*) non debet adulterare uxorem suam: ita nec Episcopus temere Ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere, ut alteri sese conjungat, etiamsi à populo fuerit attractus. (251)

(*f*) *can. sicut vir. 7. q. 1.*

Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopalibus, trahitur etiam ad Ecclesias inferiores.

§. 4. Non absimilis juris ratio obtinet in presbyteris, (*g*) & cæteris infra Episcopalem dignitatem constitutis. (252) Nam si vel qualibet causa, propria quis

(*g*) *can. sicut alterius. in fi. c. 7. q. 1.*

---

elati. Quod si quis in alterius locum, qui sedem mutavit, cooptatus sit, tantisper a dignitate sacerdotali vacare illum, qui civitatem propriam deseruerit, decet, dum, qui ei successerit, obdormierit in Domino. Z. Adde Eund. *II. 12. 12.*

Ratio Lanceloti impertinens.

(251) Sed hæc ratio à natura matrimonii desumta est spuria & toties jam rejecta. T.

ad §. 4.

De inferioribus dignitatibus hodiernorum Canonistarum sententia.

(252. I. Proterviores sunt hodierni Canonistæ, qui ut ambitioni sacerdotum & sordibus lenocinentur, nescio quam probabilitatem inducunt, ex qua Ecclesiæ leges desuetudine abrogatas perniciose contendunt. Diserte Suarez. *tom. 3. de Relig. lib. 1. c. 17. n. 18. Inferiores pastores aut Curati, licet ex vi juris videantur immutabilitatem habere, nihilominus considerato communi usu, quo receptum est, ut facilius mutentur, & consequenter, ut talia beneficia non assumant animo permanendi in illis perpetuo, sed vel ad alia pinguiora ascendendi, vel renunciandi cum aliquo emolumento, vel simplici pensione sine obligatione animarum: hoc, inquam, usu considerato, satis probabilis modus loquendi est, quod isti non statum assumere, sed ministerium pro illo tempore habere dicantur &c.* Satis impudenter & impie. Z.

II.

quis (253) authoritate (*h*) cum altero suum benefici- (*h*) *can.*
um *cum olim*

II. Interim tamen & de horum translationibus idem tenendum, eas in se non esse turpes aut injustas. Et jam Zieglerus *d. c. 12.* §. 7. notavit, in *can. 27. Concilii Carthag. IV.* etiam hæc contineri verba: *Inferioris vero gradus sacerdotes vel alii Clerici concessione suorum Episcoporum possunt ad alias Ecclesias transmigrare.* T

(253) Cur vero propria autoritate, non, uti inchoari, ita etiam consummari potest tractatus de permutatione? Rationem reddunt, quia talis permutatio semper labem habet Simoniæ. Per consequens autoritas superioris, si accedit, ex illicito faciet licitum. Simili ratione ne quidem coram Ordinario fieri concedunt resignationem in favorem alterius, sed coram Pontifice tantum, quia sc. coram ordinario prohibita est omnis pactio & conditio in resignatione tanquam Simoniaca. Vallens. *tit. de renunc. n. 2.* Simoniaca igitur non erit, si coram Pontifice fiat, & sic quoque Pontifex Rom. ex illicito faciet licitum. Digna sunt, quæ hic legantur, notata Annæi Roberti ex *lib. 1. rer. jud. c. 7. Canonistæ*, inquit, *& beneficiarii pragmatici duo resignationum genera distinguunt, resignationes puras & simplices & resignationes in favorem. Illas jure permittente admitti dicunt. Solas autem resignationes, quæ in favorem vocantur, illicitas esse, contraque Ecclesiæ instituta & Christi regulas, imo etiam admixtam habere & implicitam Simoniæ labem. Itaque has in favorem resignationes Papa solus admittit, quia ex Canonistarum sententia solus Papa de Simonia dispensare potest. Nam quemadmodum, qui de furto transigit, infamis est; si tamen Prætore præsente vel jubente, pretio dato paciscitur, non est infamis, propter Prætoris autoritatem: Sic etiam ex sententia Canonistarum, resignare in favorem, solo autore collatore ordinario, simonia est, sed quoties aliquis summo Pontifice autore & approbante resignat in favorem, aut de pensione con-* *Doctrina Canonistarum de Simonia parum cohærens.*

Gg *stitu-*

magister- ext. de re- rum per- mutat. um permutare voluerit, uterque proprii beneficii jacturam faciet. Beneficiorum enim & præbendarum (254) permutationes generaliter fieri prohibentur: (i) præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritulia, vel spiri-

(i) cap.

stituenda paciscitur, facit autoritas Pontificia, ne actus ille ulla Simoniæ labe infametur. Dixerim, salva sedis Apostolicæ veneratione, indignum esse, ibi demum disciplinæ Ecclesiasticæ regulas ulla dispensatione violari, ubi purissimum fidei Christianæ splendorem elucere conveniens esset. --- An idem dicemus de summo Pontifice, quod Dionysius Halicarnasseus dixit, veteres illos Reip. Rom. Pontifices fuisse ἀνυπευθύνους οὐδὲ βουλῇ λόγον ἀποδιδόντας, οὐδὲ δήμῳ, *ut nullius à se aut dicti aut facti rationem reddere tenerentur? Quin potius admiramur solenne dictum Pontificis Pii quinti, quem ætas nostra vidit pietatis laude insignem, & sanctis moribus integerrimum. Is cum indigne ferret resignationes istas in Curia Romana admitti, imo nullibi præterquam in Romana Curia, velletque omnes eas, quæ in favorem vocantur, resignationes tollere ac rejicere, accurrunt statim & advolant pragmatici Curiæ Romanæ, imo tineæ ac sorices palatii Ecclesiastici: Hoc erit* (inquiunt) *destruere curiam: Satius est, respondit Pontifex, destruere curiam & adstruere Ecclesiam &c.* Hactenus ille. Notant vero Doctores Pontificii, post constitutionem Pauli IV. Pontificis & decreta Concilii Tridentini, nec apud Pontificem valere hodie amplius resignationes in favorem, nisi sub ista forma, ut, postquam fuerit nominata persona, in qua fit renunciatio sub tertia vel quarta parte fructuum pro pensione, statim renuncians totum negocium committat arbitrio sedis Apostolicæ, & sic tales renunciationes admitti. Didacus Spino à Caceres *in specul. testam. gloss. 3. princip. n. 26.* Z.

Hodie beneficia permutantur.

(254) I. Optime se res Ecclesiæ haberent, si permutationes ejusmodi adhuc prohibitæ essent omnino. Prisca enim severitas commer-

spiritualibus annexa, semper labem simoniæ continet: licet possit Episcopus de uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui uni loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere. quæsitum extra de rerum permutat.]

Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, & per alteram stat quo minus impleatur, restituitur pars ad suum beneficium.

§. 5. Subventum (*k*) tamen est ei, (255) qui de permutatione cum alio habito tractatu præbendam suam cum resignasset, (256) ab alio, qui cum permutatio- (*k*) *cap. cum universorum*

mercii hoc genus ferre non poterat, quod hodie utilitatis velamento adumbrari plerumque solet. Z.

II. Accurate loquendo permutationes præbendarum & beneficiorum ad hunc titulum, ubi agitur de translationibus officiorum, non pertinent. Differt enim officium & beneficium. Nec olim præbendæ cognitæ erant. Neque sunt præbendæ res spirituales. Adeoque pertinet tractatio de alienatione & permutatione beneficiorum ac præbendarum ad *titulum 26. hujus libri & ad tit. 27. libri. 2.* T. *Tractatio de prabendis huc non pertinet.*

ad § 5.

(255) Subveniri non debuisset tali nundinatori. Z.

(256) Resignationem sive ejurationem beneficii Canonistæ vel simplicem statuunt, vel ex causa permutationis. Per illam ad Episcopum redire dicunt potestatem conferendi beneficium resignatum, cuicunque libuerit. Hac vero tolli, ajunt, Episcopi libertatem, ut non aliis, quam ipsis ejurantibus conferre beneficia resignata possit. Clementin. *de rer. permut.* Quod si igitur altero resignante, alter resignare nolit, quia deceptus creditur ille, regressum ei concedunt ad pristinum beneficium. Quin & si quis extra casum permutationis, in favorem alicujus resignaverit, non tenere eam resignationem, contendunt. Vid. Augustin. Barbosa *ad c. ex parte 12. X. de offic.* *Doctrina Canonistarum de resignatione beneficiorum non cohærens.*

extr. de rerum permut.

tionis tractatum habuit, qui postea suam resignare recusat, deceptus est: cum enim deceptis, & non decipientibus jura subveniant, licet is qui renunciaverit, à se beneficium abdicasse videatur, tributa tamen est simplicitati venia, constitutumque, ut ad resignatum beneficium reverti possit.

Collatio de beneficiis causa permutationis vacantibus, facta aliis quam permutantibus, non tenet.

§. 6. Et generaliter, ne concessione Juris utentibus, præsertim circa spiritualia, illudatur, si qua beneficia ex causa permutationis aliquibus resignata, aliis quam ipsis permutare volentibus conferantur, nullius firmitatis erit ipsa collatio. (257)

Non

offic. & potest. jud. deleg. n. 8. nisi resignatio facta fuerit autoritate Pontificis, ut modo dictum. Euge, quam belle commercia sua instituit nundinatrix Roma! Satius vero esset, nullos plane tractatus aut conventiones de permutatione beneficiorum permittere, quam novis eas legibus fovere & temperare. Utcunque enim Episcopi interveniat autoritas, probari tamen nequit privatorum ista circa officia divina conventio. *Meminit Tertullianus* (verba sunt supra citati Annæi Roberti *l. 1. rer. jud. c. 7.*) *Socratis Græci & Catonis Romani, qui Uxores suas amicis communicaverunt. Sic & Ammianus Marcellinus refert, Sarracenos habuisse Uxores precarias, atque eas data acceptave mercede ad tempus conduxisse. Hos ergo nequitiæ suæ patronos advocent isti viles, profani & simoniaci rerum divinarum negotiatores, dum promiscuis resignationibus beneficia & Ecclesias quæ Prælatorum spirituales sunt Uxores, avara nundinatione mercantur, & mutua fide habita inter se communicant.* Z.

ad §. 6.

Avaritia Papistarum.

(257) Quare? quia ita deciperentur resignantes. At enim

ut

Non obſtantibus exſpectationibus, beneficiorum permutatio fieri poteſt.

§. 7. Quinimo (*l*) ſi in diœceſi aliqua quidam forte authoritate Apoſtolica beneficia proxime vacatura expectent, illi tamen qui ſecundum formam Juris ſua beneficia in eadem diœceſi ad ordinarii collationem ſpectantia, libere ac ſine fraude in manibus Epiſcopi reſignaverint, non niſi ex cauſa permutationis reſignaturi, ab hujuſmodi exſpectationibus circa faciendam permutationem minime impedientur. (258)

(*l*) *c. unico. de rerum permutat. in 6.*

DE RENUNCIATIONE.

TITULUS XIX.

Quid ſit renunciatio, & quibus ex cauſis poſſit renunciari.

§. 1.

PEr renunciationem quoque quis ab Eccleſia ſua removetur. Eſt autem renunciatio, juris proprii ſpontanea refutatio. (259) Ea vero propter quæ Epiſco-

ut contractus, cæteroquin minus honeſtus, autoritate tamen ſuperioris initus conſiſtat, modis omnibus cavet aula Romana. Z.

ad §. 7.

(258) H. e. expectativa gratia per Pontificem alicui conceſſa non attingit ea beneficia, quæ ex cauſa permutationis vacant, ſed ea tantum, quæ libere vacant, adeoque in hæc tantum non in illa ſurrogari poterit, qui tali exſpectativa donatus eſt. Quid de gratia ejusmodi expectativa ſentiendum ſit, dicemus infra *ad tit.* 27. Z. *Expectativarum effectus.*

TIT. XIX.

ad §. 1.

(259) I. Refutationis vocabulum in materiis feudalibus occur- *Notatur Lancelottus.*

(a) c. nisi cum pridem extr. eod. tit.

ſcopus poteſt cedendi licentiam poſtulare, hæc ferme habentur, (a) conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, grave ſcandalum, & irregularitas perſonæ.

Quale debeat eſſe crimen, ob quod renunciari poſſit.

(b) d. can. nisi §. propter.

§. 2. Propter (b) conſcientiam criminis, cedendi poteſt licentia poſtulari, non cujuslibet, (260) ſed duntaxat illius, propter quod ipſius officii executio (261) poſt

currit, non alias. Et Feudiſtæ communiter iſtud explicant per renunciationem; Autor hic e contrario renunciationem per refutationem, vocabulum perſpicuum per obſcurum. Z.

Renunciatio non eſt deſertio.

II. Non confundenda eſt renunciatio officii Eccleſiaſtici cum deſertione totius ordinis. Poſterior eſt ſpecies criminis Apoſtaſiæ, de qua dicetur *ad lib. 4. tit 4. §. 14.* Vide diſput. *de deſert. Ordin. Eccleſ. §. 8. & 9.* T.

ad §. 2.

Quale crimen requiratur.

(260) Nam ſi, quos cujusvis culpæ conſcientia arguit, inquit Pontifex *c. 10. X. h. t.* omnes cederent, pauci aut etiam nulli in miniſterio remanerent. Z.

(261) I. Exemplum dant de Simoniaco & homicida ex *c. inquiſitionis 21. X. de accuſat.* Integrum catalogum delictorum Clericalium ex canonibus Apoſtolicis recenſet Claudius Eſpencæus *lib. 3. digreſſ. c. 8.* Quod ſi propter illorum conſcientiam cedere deberent Clerici ſtatione ſua, quis erit, qui remanere poſſet? Z.

Notatur Zieglerus.

II. Sed oblitus eſt Zieglerus, Pontificem non dixiſſe, quod Epiſcopi ob talia crimina debeant renunciare, ſed quod poſſint. Alibi Zieglerus *de Epiſc. lib. 2. c. 13. §. 3.* notat omne delictum quod in vulgus notum eſt, & ſcandalum præbet, ſufficientem præſtare cauſam renunciationi. Ita propter fornicationis crimen ſuaſiſſe Ivonem Carnotenſem *Epiſt. 29.* Rogero cuidam Presbytero, & *Epiſt.* 277.

De crimine fornicationis.

post peractam pœnitentiam (262) impeditur.

Quæ debilitas corporis renunciandi causam præbeat.

§. 3. Non absimilis (*c*) juris ratio in debilitate corporis obtinet: nam non quælibet, sed solum illa legitimam renunciandi præstat causam; (263) per quam quis ad

(*c*) *d. can. nisi § alia vero.*

277. Aldeberto, Cenomanensis Ecclesiæ delecto, ut officio suo renunciarent. T.

(262) At si pœnitentia meritoria est, ut falso contendunt Canonistæ, si per satisfactionem tantum restituitur, quantum satis est ad injuriam compensandam, quomodo crimen per pœnitentiam extinctum impedire poterit officii executionem? Z. *Ziegleri objectio.*

ad §. 3.

(263) I. Renunciationis hoc casu, nisi fallor, rara extiterunt exempla, & tum renunciantibus nihilominus ex reditibus Ecclesiasticis necessaria subministrata fuerunt. Plerumque autem pastoribus ætate aut valetudine male affectis, eorum officium vicini interim explebant. Quod si nulla spes erat recuperandarum virium, Coadjutores dabantur ut plurimum. Ad cessionem autem nemo compellebatur, quod & iniquum id videretur, & periculosum, ne deterriti alii Ecclesiastica officia plane non appeterent, nec acceptarent. Z. *Rara exempla talium renunciationum*

II. Ita ob ætatem simul & molem corporis Episcopatu cessit Garfridus Sylvanectensis Episcopus & transtulit se ad monachos Karoli, loci Cistercienfis ordinis, teste Rigardo in gest. Phil. Augusti *sub ann. 1213.* Ita etiam Hugo Dolensis Episcopus, postquam oculis captus, & luminibus orbatus fuisset, Episcopatum abdicavit, uti refert Robertus de Monte *in append. ad Sigeberti Chronicon sub anno 1162.* Nolenti tamen, si debilitas contumax fuerit, nec spes restitutionis superfit, Coadjutor aliquando datus fuit. Quod si omnino renun- *Exempla tamen quædam.*

ad exequendum officium paſtorale redditur impotens; cum interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quam maturitas, quæ in ſenibus eſſe ſolet, quem in ſuo ſuadeat officio permanere. (264)

Magnus defectus ſcientiæ tribuit legitimam cauſam renunciandi.

(d) *d. cap. niſi* §. *pro defectu.*

§. 4. Propter (*d*) defectum quoque ſcientiæ plerumque poteſt quis petere ceſſionem: quia cum illa circa ſpiritualem adminiſtrationem ſit potiſſimum neceſſaria, & circa curam temporalium opportuna, Præſul, qui in utriſque commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere ſalubriter, ei renunciat, ſi quomodo ipſam regere debeat, ignoret. Quanquam autem deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore, in eo tamen mediocris tolerari poteſt: quia imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis. (265)

Ma-

---

nunciationem interponere placuerit, in ejus locum quidem electus tum fuit alius; ſed ita tamen, ut quousque ægrotantem Epiſcopum in hoc ſeculo vita tenuerit, ſumtus ei debiti & ſufficientes ex eadem Eccleſia miniſtrarentur. *c. quamvis 7. q. 1.* Antequam vero renunciatio hoc caſu fieret aut reciperetur, aut etiam Coadjutor conſtitueretur, ſacerdotes & Vicarii Epiſcopi ad aliquod temporis ſpatium vicariam & ſubſidiariam operam præſtare tenebantur, uti patet *ex cap. pontifices 7. q. 1.* Z. *II. 13. 4.*

Exemplum ſenis apti.

(264) Alexander III. Pontifex dimittere noluit Londonenſem Epiſcopum, etſi hic ſenectutem & inſufficientiam cauſatus fuiſſet, ſed voluit, ut Eccleſiam gubernare pergeret, quia vergente deorſum conditione corporea, fervor ſpiritus in ſublimiora conſcendere ſoleat, *c. 1. X. h. t.* Z.

ad §. 4.

Arcanum, ſavere igno-

(265) Charitas nunquam ſupplere poteſt id quod ad regimen

Eccle-

Malitia plebis justam tribuit renunciandi causam, item vitatio scandali.

§. 5. Propter malitiam (e) quoque plebis cogitur interdum Prælatus ab ipsius regimine declinare: veluti, quando plebs tam duræ cervicis existit, ut apud ipsam amplius proficere non possit. (266) Item pro gra-

(a) can. nisi §. propter malitiam.

Ecclesiæ conferre debet scientia. Nec enim voluntas hominis intellectus munia occupat Et refert Sozomenus *lib. 4. c. 23.* Neonem Seleuciæ Urbis Isauriæ Episcopum abdicatum fuisse, quod nonnullos sacrarum literarum legumque Ecclesiæ ignaros Episcopos constituisset. Charitas insuper humana, quantacunque ea fuerit, tota est imperfecta, & modis omnibus corrupta atque depravata. *Non opto polyhistoras*, inquit Claudius Espencæus *l. 3. digress. c. 9. vel certe non spero, at multo minus admitto idiotas.---- Quid ergo proderit, si cui vel exhortandi bonos vel castigandi malos cura commissa est, bene vivendo bonis imitandum se exhibeat, & malos tacendo non corrigat? quia ad hoc est Ecclesiæ DEI præpositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo suæ conservationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando singulis sua ante oculos peccata constituat. Et sancte igitur vivere debet propter exemplum & docere propter officium &c.* Z. *Adde supra. n. 186. p. 164. seq.*

rantibus sub specie pietatis.

ad §. 5.

(266) I. Non arbitror sufficientem hanc esse causam renunciationis. Optime Chrysostomus *in cap. 2. ad Gal. Noli*, inquit, *cum Orbem Terræ salvum facere non possis, etiam parva contemnere, neque majorum desiderio à parvis te abstrahas. Si centum nequis, decem curam suscipias; si decem non possis, noli quinque despicere; si quinque vires tuas excedunt, unum ne contemnas. Quod si ne hoc quoque possit, noli desperare, noli labori cedere* &c. Invenio tamen exempla factæ propter istam cau-

Monita circa malitiam plebis.

sam

(f d cap. nisi §. pro gravi.) gravi scandalo *f*) vitando,(267) cum aliter sedari non potest, licet Episcopo petere cessionem, ne plus tempo-ra-

sam renunciationis. Et refert Theodorus Lector Martyrium Antiochenum Episcopum Ecclesiæ suæ renunciasse: *Antiochiam vero reversus*, inquit, *cum Antiochenos tumultuationibus & seditionibus delectari cerneret, Episcopatui renunciavit, dicens in Ecclesia: Clero immorigero & populo rebelli & Ecclesiæ contaminatæ renuncio, servata interim mihi sacerdotii dignitate.* Z.

II. Qui ex hac causa abdicare se Episcopatu non sunt veriti, eatenus excusatos existimo, quatenus à plebe sua vel non recepti vel ejecti fuerint. Hos enim excusatos reddere videtur *can. 18. Concilii Antiocheni.* Quorsum refero exemplum Martyrii. Dubium non est, plurimis sæpe adversitatibus involvi Episcopale officium, &, si quis teneræ est conscientiæ, valde affligi, si populum habeat immorigerum, & in malitia sua contumacem. Ex quo sæpe contingit, ut de abdicando hoc munere cogitationes obrepere soleant, præsertim illis, qui subjectorum sibi populorum utilitati & saluti plus quam suæ propriæ consulunt, quod latius exponit Ivo Carnotensis *epist.* 17. Agnoscit tamen idem Ivo, his cogitationibus non esse inhærendum, sed ad providentiam divinam recurrendum, & ex ea consilium petendum, nec adeo debere, quenquam officii sui Ecclesiastici pertæsum suis commodis inservire, suisque studere compendiis & utilitatibus. Vide *d. Epist. 17. & Epist. 26.* Z. *II. 13. 5. 6. 7.*

Quomodo intelligenda renunciatio ex capite scandali.

(267) I. Neque hæc quidem indistincte sufficiens causa renunciationis videtur. Debet enim præsul scandalis monendo, dehortando & quibuscunque aliis modis detrahere. Atque id si fecerit, officio suo defunctus est, cætera DEO committere debet. Quod si Episcopus ipse scandalum dederit, & ex hoc populum sibi minime faventem aut morigerum habet, eo casu rectius fecerit, si Episcopatu cedat. Ita Maximianus Bagajensis Episcopus ex Donatistarum schismate ad Ecclesiam catholicam conversus, cum pacifice à populo

ralem honorem, quam æternam videatur affectare salutem.

Ob irregularitatem potest renunciari.

§. 6. Item (g) ob irregularitatem: puta, si bigamus. (268) Quod si forte de legitimo matrimonio non sit natus, (269) licet hujusmodi irregularitatem subticere

(g) *d. ca. nisi §. per-sona.*

lo haud reciperetur, bono pacis consulens, ipse Episcopatu cedendum existimavit, deque ea re literas ad synodum misit, quibus annuentes Milevitani patres spontaneam illius abdicationem admiserunt atque in ejus locum alium, Castorium fratrem ipsius, subrogarunt, ad quem extat epistola Augustini & Alypii 238. quæ laudes continet se abdicantis Maximiani. Z.

II. Renunciationem ob scandalum non improbat Augustinus *lib. 2. contr. Crescon. c. 11.* & laudari propterea solet Gregorius Nazianzenus, quod cathedram Constantinopolitanam sponte reliquerit, ne scilicet scandalo esset illis, qui translationem suam oppugnabant, & canonibus adversam esse dicebant. Theod. *l. 5. c. 8.* Laudatur ob eandem rationem ab Augustino Maximianus. (de quo modo dictum) Vide Baronium *ad ann. 402. n. 59.* Quo & refero, quando quis vitiosæ suæ promotionis conscius eam detestatur, & sibi ipsi infestus est, suoque adeo veretur officio defungi. In quam rem eleganter declamat Petrus Blesensis. *epist. 44.* Z. *II. 13. 8.*

ad §. 6.

(268) Dicam infra ad tit. *qui promoveri non poss. §. item repellendi sunt &c.* Quid autem sit irregularitas, explicabitur infr. *lib. ult. tit. ult.* Z. *Remissiones.*

(269) Natalibus illæsum esse debere Episcopum dixit supra *tit. 7. §. oportet autem &c.* Unde si alicui certum decerni sacerdotium rescripto Pontificio mandetur, id ita semper intelligi solet, si ex justis ortus sit natalibus, Bald. *ad l. neque in fin C. de probat.* fuisse tamen identidem tum in Episcoporum tum in Cardinalium ordinem rece- *Liberi illegitimi an ad Episcopatum habiles.*

 ptos

cere non potuerit,(270) si tamen & culpa latet & causa,(271) cum eo qui suum laudabiliter implevit officium,

ptos illegitimos, imo & Pontifices creatos notat Gabriel Palæotus *de noth. spuriisque cap. 57.* Sed nec in veteri quidem Ecclesia tam curiose & sollicite in natales inquisitum fuit. Diserte Hieronymus: *Sicut Christus est verus Pontifex ex adulterinis natus conjunctionibus: ita qualicunque ordine natus sit aliquis, tamen ut perfectam fidem habeat, --nequaquam à sacerdotio repellitur*, ap. Gratian. *c. 8. dist. 56.* Z.

An tacere crimen? (270) Hoc difficulter persuadebitur Moralistis, qui negant, denunciare quem semetipsum debere. Vid. Thom. Hurtado, *tr. 4. c. 8. resolut. 28.* Et quid opus erit manifestare istud, propter quod nullam quis patitur officii jacturam? cum & alias de occultis non judicet Ecclesia. Z.

Explicatio Lancelotti. (271) I. Culpa, quod reticuit, causa, quod spurius sit. Z.

II. Sed ista quidem explicatio Ziegleri obscuritatem in textu non tollit. Vetus Glossa *ad h. l. Lancelotti* ita explicat. *In culpa erit, si non manifestavit impedimentum tempore suæ promotionis unde imponi sibi debet pœnitentia, cum dispensatur, ut statim sequitur. Tamen si culpa talis est, & causa, id est, ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cum ipso propter utilitatem Ecclesiæ.* Sed tamen nec sic obscuritas tollitur. Quid enim opus dispensatione, aut quomodo ea locum habere potest, si & causa & culpa lateat; & quomodo illi cujus culpa latet, potest injungi pœnitentia?

Correctio textus. Ergo potius dicerem; quemadmodum in linea paulo præcedente apertum sphalma hactenus fuit in omnibus Lancelotti exemplaribus, & etiam in ipso textu juris Canonici *d. cap. nisi §. persona* ut pro *subticere* (quod primus Ziegłerus in editione sua Lancelotti restituit) legeretur *subjicere*; ita etiam puto hic aliud sphalma irrepsisse, & pro *latet*, legendum esse *patet.* Ita enim omnia erunt perspicua. T.

ad

um, injuncta sibi competenti pœnitentia, poterit non minus utiliter, quam misericorditer dispensari.

Gratia laboris fugiendi non potest renunciari.

§. 7. Cæterum (h) ob alias causas renunciationem affectantes audiendi non sunt: dum forte aliqui laboris angustias declinantes, (272) ad ocium, adversus glo-

(h) *d. can. nisi §. verum.*

ad §. 7.

(272) I. Ita Bernhardus ad eum rescribens, qui Ecclesiam suam, cui præerat, relinquere ideo volebat, ut Hierosolymam pergeret. *Qua ratione*, inquit, *curam tibi creditam animarum exponere debeas, omnino non video. Quid enim? blanditur depositæ sarcinæ libertas, sed charitas non quærit, quæ sua sunt: Forte quietis provocat, & ocii gustus suavior, sed evacuatur dispendio pacis. Alligatus es Uxori, noli quærere solutionem. Epist LXXXIII.* Extat tamen exemplum in actis Ephesinæ Synodi III. Oecumenicæ de Eustathio Pamphyliæ provinciæ Metropolitano, qui curas molestiasque, quas Episcopale munus adferebat, non ferens, libello, quo abdicationis causæ continebantur, oblato ab Episcopatu ultro se abdicavit, & ut legitur in Epistola Synodica Concilii Pamphiliæ, ubi à quibusdam turbatus est, & in solicitudines inexpectatas incidit; & cum præ multo otio, pondus curarum sibi impendentium ferre non esset assuetus, nec valeret convitia insidiantium repellere, cessionis suæ obtulit libellum. Z.

An liceat ob fugam laborum renunciare?

II. Jungi his debent quæ Zieglerus differit de Episcopis *l. 4. c. 20. & lib. 2. c. 13.* In posteriori loco *§ 1.* contra licentiam renunciationis sine causa sic differit. *Nec enim licitum est pastori deserere gregem suum pro lubitu, præsertim cum tale intercedat vinculum, quod instar vinculi conjugalis dirimi non facile potest. Non decet pios & religiosos DEI servos agyrtas esse, sed oportet eos in statione sua manere & præsentibus esse contentos. Ut maxime*

Rationes contra licentiam renunciationum.

xime ergo alibi opulentius vivere liceat, alibi majore cum honore, sub clementiori cœlo alibi, alibi etiam commodius saltem, & in patria atque cum cognatis suis, cogitandum est, placuisse ita Deo, ut hic & non alibi vitam tuam transigas. Optares tibi cum humaniore populo esse negocium: offendit te ejus vel ingratitudo, vel ferocitas, vel superbia, denique tibi cum ingenio & moribus gentis minime convenit. Atqui luctandum tibi est tecum, & vis quodammodo contrariis votis afferenda, ut Spartam, quam nactus es, colas. Atque hinc non ab illis tantum, qui temere & studio vitæ commodioris Ecclesiam suam deseruerunt prave id factum semper visum fuit, sed ab illis etiam, qui persecutionis tempore fuga sibi consulere maluerunt, quam gregi suæ adsistere, & boni pastoris munus sustinere. Quo facit c. suggestum 7. q. 1. Est enim vero pastor instar arietis in grege, instar Ducis in exercitu, instar Antesignani in populo DEI; si ille fugam arripiat, quis non animum despondebit? & quis resistere oppugnantium telis audebit? Addit tamen §. *2.* frequentissima occurrere exempla renunciantium, quorum longum Catalogum conscripserit Blondellus *in Apolog. de Episc. & Presbyt. p. 195.* Eorum tamen, qui sine justa ratione & prægnante causa Ecclesiam suam deseruerint, plerumque famam haud sinceram esse apud Historiæ Ecclesiasticæ scriptores; quem in finem adducit locum Bernhardi modo descriptum, & alium Fulberti Episcopi Carnotensis *epist. 53.* & Petri Blesensis ad Arnulphum Episcopum Lexoviensem *epist. 44.* cujus tamen admonitiones fuere frustraneæ, cum Arnulphus Anno 1181. Episcopatui prorsus renunciaverit, & Parisiis in ædibus à se constructis reliquum vitæ transegerit. Idem §. *9. 10. 11.* prolixius recenset historiam renunciationis Eustathii modo memoratæ. Scilicet: videri Eustathium libellum abdicationis obtulisse Synodo suæ provinciali Pamphiliæ, & quidem non delectu aliquo aut sapientia ductum, sed impetu potius & temeritate quadam. Ei vero cum assensum suum præbuisset Synodus, pœnituisse, & à Concilio Ephesino hoc tantum petiisse, ut liceret sibi non Episcopatum ipsum, sed honorem tantum & nomen retinere. Et hoc ei concessisse Patres Ephesinos, prævia tamen ex sua

Historia de Eustathii renunciatione.

etiam

etiam parte aliqua cognitione. Notat insuper, ex hac Synodica epistola refutasse Theodorum Balsamonem & Johannem Zonaram *in commentar.* eos, qui statuunt, licere Episcopis Ecclesias suas salva dignitate Episcopali dimittere, quandoquidem, quod hic Eustathio concedatur, singulari dispensatione, & privilegio mere personali permissum intelligi debeat. Nec adeo honorem Episcopi nec nomen amplius competere renuncianti, cum sine dubio non petiisset ea Eustathius, si salva habuisset. Et confirmari hanc sententiam ex libello abdicationis, quem Patriarchæ & Coepiscopis suis obtulerit Theodorus Critopulus, Metropolitanus Heracliensis *in jure Græco-Rom. lib.* 6. Jam ut meam sententiam de moralitate renunciationis aperiam, initio miror, cur Zieglerus *d. c. 13. §. 1.* inter rationes, cur ea sit habenda pro illicita primo loco afferat, quod vinculum Episcopi instar vinculi conjugalis dirimi non facile possit, cum tamen in notis ad *tit. 17. & 18.* illam hypothesin Pontificiorum de conjugio spirituali inter Episcopum & Ecclesiam, aliquoties notaverit. Moralitatem ipsam renunciationis quod attinet, liceat eam includere sequentibus positionibus. (1) Renunciatio officii Ecclesiastici non est crimen, sed actio licita, id est impunis. (2) Renunciatio illa tamen regulariter repugnat regulis honestatis, si fiat sine gravi & justa causa. (3) Etiamsi fiat ex gravi & justa causa, repugnat tamen regulis decori, si fiat absque præscitu eorum, quorum interest, maxime superiorum. (4) Eædem regulæ decori postulant, ut renuncians permissionem petat modeste à superioribus. Superiores tamen (abstrahendo à jure positivo, maxime à Canonico) non habent potestatem eum cogendi, ut maneat, adeoque si consensum suum petenti denegent, non poterunt tamen renunciationem ejusque effectum impedire. (5) Justæ causæ, ob quas honeste quis renunciare possit officio Ecclesiastico magis relinquendæ sunt pudori & conscientiæ renunciantis, quam ut opus sit, eas legitime determinare. (6) Neque etiam opus est, determinare statum & officium, ad quod transire vult renuncians, sed & hic articulus pudori & conscientiæ renunciantis est reliquendus. Probationes harum positionum pete *ex dissertat. de desertione ordinis Ecclesiastici* §. 25--30. T.

Notatur Zieglerus.

Nostra sententia de moralitate renunciationis.

gloriosi Pontificis exemplum, (273) aspirare contendant.

Episcopus qui semel ad vitam Monachalem transivit, non potest rursus ad Episcopalem dignitatem reverti.

§. 8. Accidit autem interdum, ut Episcopus humilitatis & pœnitentiæ causa, (274) ab Ecclesia sua removeatur: quod tunc contingit, cum quis Apostolica concessione ab Episcopali sede ad Monachalem descendit subjectionem. (275) Quo casu alius in locum ejus subrogari poterit, ille vero resurgere, Constantinopolitano (*i*) concilio vetante, nequaquam valebit. (276) Im-

(*i*) *can hoc nequaquam 7. q. 1.*

Quis gloriosus Pontifex? (273) I. Refertur de Martino Pontifice, quod, cum cœpisset viribus corporis repente destitui, dixerit: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. Z.

II. Desumsit hanc explicationem Zieglerus ex ipso *cap. nisi §. verùm X. h. t.* nisi quod nomen Martini petitum videatur ex Glossa antiqua ad Lancelottum. Unde vero ille istud habeat, nescio. T.

ad §. 8.

Ratio dubitandi. (274) Hæc verba sibi invicem declaratoria esse existimo, sed quorsum tum opus erit Apostolica concessione? In pœnis inferendis concessio ista locum non habet; Sed tum demum videtur habere, quando Monachatus eligitur, ut quieti quis tradere se possit. Aliud autem est pœnitentiæ agendæ, aliud quietis obtinendæ causa Episcopatum dimittere. Z.

Remissio. (275) De monachis, & quid de eorum statu sentiendum, dicemus ad *tit. ult. huj. libri.* In nostris Ecclesiis, cum monachos nec habeamus, nec habere velimus quæstio ista nullius est momenti. Z.

Dubia con- (276) Si quis ex statu Monastico reversus nostræ se Ecclesiæ ad-

Impeditus administrare Episcopatum, & propterea factus monachus, cessante impedimento, potest reverti ad Episcopalem dignitatem.

§. 9.

addixerit, non iniqui sumus, ut Episcopatui præficiatur, dum tamen alias habilis fuerit & idoneus. Nec rationem video, quare Monachus, qui Episcopus nunquam fuit, fieri possit Episcopus *c. statutum est 18. q. 1.* Monachus autem, qui Episcopus antea fuit, Episcopus denuo fieri nequeat. Quod enim hic de subjectione Monachali dicitur, ac si ex præfecto factus subjectus, præfici porro nequeat, nullam video subjectionem magis habilem ad Episcopatum in Monacho, qui nunquam fuit Episcopus. Nec terrere nos potest autoritas Concilii Constantinopolitani, quod hic citat autor, & Gratianus *c. hoc nequaquam 7. q. 1.* Sufficit enim ex mente ipsorum Pontificiorum regerere (κατ' ἄνθρωπον scilicet, cum alias de autoritate ejus disputare nunc opus non sit) conciliabulum id fuisse & reprobatum. Et de canone ipso notare verba Francisci Longi Coriolani, qui *in summ. Concil. p. 435.* ita scribit: *Hic non prætereundum, quod Gratianus male consultus Canonem hunc tanquam ex legitima octava synodo descripsit totidem verbis in libro Decretorum, qui plane odio Photii impostoris fuerat exsufflandus.* Sed canonem eundem quoad sensum describit Innocentius III. Papa *c. 11. X. h. t.* Numquid ergo & ille erit male consultus? Aut si Innocentius ideo reprehendi non potest, quia canonem istum vindicavit Concilio Constantinopolitano alicui priori, numquid peccavit Concilium posterius, quod eundem canonem repetiit, aut Gratianus, quod non ex priore, sed posteriore concilio eum adduxit, cujus tamen sententiam nemo hactenus expungere aut negare ausus fuit Canonista. Plane non de Concilio tantum ipso nondum res decisa est, sed etiam de sensu & interpretatione canonis, uti id notat Claudius Espencæ. *l. 3. digress. c. 12.* cum alii intelligant de Episcopo propter crimen deposito, alii explicent de resurre-

ita Lancelotti doctrinam.

Ii ctione

(k) cap. post translationem §. caeterum ext. de renunc.

§. 9. Cæterum (k) speciales quidam casus inveniuntur, in quibus, prædicto concilio non obstante, (277) is qui vitam monachalem elegit, rursum licite potest ad Episcopatum assumi. Si enim quis, persecutionis rabie sæviente, vel præpeditus adversa valetudine corporis, cum proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris authoritate ad monasticam vitam descendat: persecutionis vel ægritudinis impedimento cessante, ad Episcopalem poterit resurgere dignitatem. Idem

ctione aut restitutione, ab ipso Episcopo tentata, ita ut per se quidem Episcopus talis resurgere nequeat, possit tamen eligi & restitui ab aliis. Primi ad subjectum, secundi ad prædicatum canonis respiciunt, ne cum eo pugnent exempla Episcoporum, qui ad statum monasticum & ex hoc iterum ad Episcopatus transierunt. Nec ipse Pontifex, qui istum dissensum refert *c. 11. X h. t.* rem definit, sed in dubio relinquit. Z.

Exceptionibus an opus. Episcopalis an monachalis status perfectior.

(277) At si verum est, concilii canonem intelligi debere de Episcopo, qui propter crimen renunciavit Episcopatui, uti plerique omnes explicant Canonistæ, & ipse mox Autor §. *seq.* nullo modo ille exemplis his obstare poterit. Nec proinde speciales hi erunt casus, qui exceptionem facere possint regulæ. Videtur autem Pontifex, qui in dicto *cap. 11. X. h. t.* casus istos recenset, latiorem canonis intellectum præsupposuisse, atque hodie admittitur, & tum haut frustra dicetur obstare, nisi casus hic enarrati facerent exceptionem. Cæterum recte notat Aquinas, peccare Episcopum, qui nullo cogente impedimento ad religionem monasticam transit. Dicit Episcopalem statum monastico multo perfectiorem esse, & uti non liceat de hoc ad seculum remigrare, ita neque ab illo ad hunc licere ut minus perfectum transire, hoc enim esse retro aspicere. Et hinc retrocedere Episcopum, qui dum pluribus utilis est, suæ tantum vult intendere saluti. Z.

(278)

Idem Juris est, si quis propter doctrinæ defectum, locum regiminis deserens, authoritate Apostolica ad ocium se contulerit monachale: nam si per exercitium lectionis, scientiæ repetit margaritam, procul dubio denuo vocatus ad cathedram pastoralem, redire poterit.

Assecutus Episcopatum simoniace, sed ignoranter, si fiat postea regularis, licet ad primum reverti non possit, alium tamen Episcopatum consequi potest.

§. 10. Rursus (*l*) si quis inscius cupiditate parentum fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia superioris illum dimittens, observantiam elegerit regularem, etsi ad Ecclesiam eandem redire nequeat, ad aliam tamen promoveri poterit, Constantinopolitani concilii constitutione non obstante: quam obtinere oportet, cum pœnitentiæ causa, (278) quam Episcopatum retinens peragere non valebat, vitam quis elegerit monachalem. *(l) d. cap. post translationem. §. rursus eod. tit.*

Ad eum fieri debet renunciatio, ad quem spectat confirmatio.

§. 11. Abbas (*m*) quoque, qui Romanæ immediate subditus est Ecclesiæ, (279) nisi licentia à Romano Pon- *(m) cap. fin. ubi gl.*

(278) At illi quoque pœnitentia opus est, qui ex defectu scientiæ Episcopatum relinquit. Et hic tamen recuperare eum poterit, ubi doctior evaserit. Ponamus vero, Episcopum in statu Episcopali pœnitentiam injunctam peragere non posse; num ea peracta nullus ei dabitur ad Episcopatum regressus? At supra dixi, ex mente ipsorum Canonistarum expiari prorsus crimen per pœnitentiam. Z. *Nova dubia.*

(279) Exemtum alias vocant, quod Episcopi subjectione se liberasset. Et antiquitus quidem exemptio talis ignota prorsus erat, & *Exemtionis Abbatum historia.*

ext. eod. Pontifice legitime impetrata, sui regiminis oneri renunciare minime poterit: quod si Episcopo subjectus sit,

---

& hierarchiæ Ecclesiasticæ visa plane contraria; Postea autem à Pontificibus rem eam maxime desiderantibus & urgentibus peti cœperunt privilegia, quibus obtentum id fuit, ut & tyrannis papalis stabiliretur, & Episcoporum potestas tanto magis attenuaretur. Adscribere lubet verba Petri Suavis *ex histor. Concil. Trident. lib. 2. Hæc administrationis forma* (inquit, qua sc. Presbyter Episcopo, Episcopus Metropolitano, & hic Patriarchæ subjectus est) *in Ecclesiis orientalibus semper observata, hac occasione in Ecclesia Latina mutationem passa est, quod multis & sumptuosis monasteriis fabricatis, eorumque cura Abbatibus, excellenti fama, doctrinaque Viris commissa, quorum illustres virtutes Episcoporum nomini caliginem offundebant, ortaque inter utrosque ob eam causam æmulatione, Abbates, ut se his incommodis sive veris sivi fictis liberarent, simulque ambitionem subtrahendi se à subjectione debita occultarent, à Pontificibus Romanis impetrarunt, ut in tutelam D. Petri admitterentur, & sub scuto autoritatis Pontificiæ immediate delitescerent. Id autem cum Curiæ Romanæ commodo cessisset, quippe quod, qui privilegia obtinent, ad eadem conservanda concedentis autoritatem tueri tenentur, extemplo monasteriis omnibus datæ exemptiones. Cathedralium etiam Ecclesiarum capitula, quæ maximam partem erant regularia, iisdem obtentibus impetrarunt immunitatem. Congregationes demum integræ Cluniacensis & Cistertiensis pari exemptione donantur, magno autoritatis Pontificiæ incremento, dum Pontifices ubique locorum sibi comparant clientes & subditos peculiariter addictos, solius Papatus tutela ac protectione subnixos, iisque vicissim sese præbent patronos ac defensores. Hoc quidem constat, D. Bernhardo, qui tum temporis floruit, & Cistertiensis ipse ordinis erat, inventionem eam minime probatam, imo ab eo monitum Eugenium III. Ponti-*

tifi-

sit, cum ejusdem permissione locum suum licito jure poterit relinquere. Et hoc generale est in præbendis, & cæteris minoribus beneficiis, ut apud eum fieri debeat renunciatio, ad quem pertinere dignoscitur confirmatio: (280) ex quo apparere potest, quod resignatio

tificem Romanum, abusus esse & corruptelas, remque male se habere, cum Abbas Episcopo subjici, aut Episcopus Metropolitano recusat. Ecclesiæ militanti exemplum a triumphante petendum, nullum autem angelum unquam dixisse, se velle archangeli imperium detrectare &c. Quantos vero ea res in Concilio Tridentino excitaverit motus, exponit idem Suavis *lib. 8. histor.* Cæterum quod de Bernhardi monitione & querelis dixit Suavis, videri ille poterit *l. 3. de consider. ad Eugenium*, ubi absurda, quæ ex ista exemptione nascuntur, prolixe exponit. Sed & monachis ipsis exemtionem istam, & quæ inde jactabatur, libertatem acerbe exprobrat, *epist. 179. 180.* Post eum Johannes Sarisberiensis *Policrat. l. 7. c. 21.* & Petrus Blesensis *ep. 68.* eandem querelam moverunt, & inversum hunc Ecclesiæ ordinem suo seculo anxie deplorarunt. Secutus sub Clemente V. magnus ille JCtus Guilielmus Durandus, natione Vasco, Episcopus Mimatensis, Speculator alias dictus. Huic, cum à Clemente injunctum fuisset, ut colligeret ea, in quibus necessaria ipsi videretur reformatio, eum in finem, ut in concilio generali, quod tum meditabatur Pontifex, proponerentur, non omisit, exemptiones tales diu jam usitatas perstringere. Et primum quidem probat, Pontificem non posse invertere ordinem à Conciliis antehac constitutum. Deinde ostendit, nec expediri quidem statui universalis Ecclesiæ, nec religioni, nec ipsis personis religiosis. Videri poterit ipse in libro, quem ad mandatum Pontificis scripsit *de modo concil. gener. celebr. tit. de Exemptionibus.* Z.

(280) Docet Exemplum supra adductum Eustathii, olim renunciationes Episcopatuum factas fuisse Metropolitano & Synodo provinciali. Quodsi vero Metropolitanus à sede sua discedere animum *Coram quo fieri debet renunciatio.*

(n) cap. quid in dubiis eod. tit.

tio facta laico (n) nullam juris obtinet firmitatem. (281)

Papa potest renunciare Papatui.

(o) cap. 1. de renunciat. in 6.

§. 12. De Romano (o) Pontifice quæsitum est, an, quia nullum habet superiorem in cujus manibus renunciare possit, Pontificatui ex causa cedere valeat? & super hoc Cælestinus quintus hæsitationis cujuslibet volens occasionem amputare, statuit & decrevit, Romanum Pontificem posse libere resignare. (282)

Per

---

mum induxerit, Patriarchæ id significare debuit & potuit tamen Synodus provincialis de causa cognoscere suamque rem agere. Jure noviori Pontifices Romani negotium istud penes se exp. diri voluerunt, nec renunciationes valere statuerunt, nisi suo consensu stabilitas & confirmatas. Z. *II. 13. 9. & 13.*

Arcanum Papale.

(281) Qnod ampliant Interpretes, etiamsi Laicus ille in Ducali, Regali, aut Imperiali dignitate fuerit constitutus. Sed falso ex principio vere AntiChristiano, quod Principibus nulla in Ecclesiam nec ministros Ecclesiæ competat potestas. Potest igitur & tenetur Episcopus renunciare coram Principe, aut Consistorio Ecclesiastico personam ejus sustinente. Z.

ad §. 12.

Historia constitutionis Cælestini. Vafrities Bonifacii IIX.

(282) I. Occasionem ejus constitutionis enucleate exponit Philippus Mornayus *in myster. iniquit. p. m. 388. In primo*, inquit, *Consistorio* (Cœlestinus V. qui antea fuit Eremita) *Ecclesiam Romanam reformandam sibi proponens, se Christi exemplo asino vehi velle, ostendit, Cardinalesque idem facere, quod ab eorum moribus valde alienum: Exinde igitur, si quando per inexperientiam in lapsus pueriles incideret, ipsi gaudere & ludos facere, ut, quam necesse esset alium deligi, nemo non cognosceret. Ipse vero has technas subodoratus, impositi muneris tædere, eo sublevari cupere, quanquam Carolus, ut Pontificatum retineret, omnibus rationibus hor-*

Per procuratorem renunciari potest, & quatenus valeat renunciatio facta à procuratore revocato.

§. 13. Potest (p) autem quis non solum per semetipsum resignare, verum etiam per procuratorem: qui, si

(p) *Clem. uni. eod. tit.*

hortaretur.-- -- Ars tandem Cardinalis Benedicti pervicit: Romam enim reverso, Benedictus juris Canonici callentissimus, multas ei in animum cogitationes ingerit, quibus muneris sui onus repræsentat: de animabus totius mundi rationem reddere quanti sit oneris, proinde quam periclitetur ejus salus, si per ætatis infirmitatem, aut per imperitiam Ecclesia Christiana detrimenti aliquid accipiat; Quin & nonnullos subornat, qui noctu clanculum, immissa per canaliculum in aurem ipsius voce, eum quasi cœlitus admoneant: Cœlestine, Cœlestine dimitte Papatum, si vis salvus fieri, negotium supra vires est: ut se ab angelo compellatum putaret. Quare homo simplicior id tantum cogitare, ut sibi Pontificatum abjicere liceret, eximeretur modo illi scrupulus, utrum salva conscientia possit, quem Benedictus facile sustulit, multisque rationibus adductis, Decretalem sanciri pervicit: Romanum Pontificem posse libere resignare. Sicque Cœlestinus eo onere levatus sex tantum menses sede potitur: Benedictus vero in ejus loco collocatur, qui Bonifacius VIII. Et hic porro non diu moratus similem decretalem edit, quæ habetur in sexto: Quod Papa Papatui libere renunciare potest. Sed Cœlestino mortuo contrariam evincit: Quod Papatui renunciare, scelus inexpiabile, Papæ Papatum abdicare nefas esse, iisdem Cardinalibus idem suis suffragiis affirmantibus & negantibus &c. Hactenus Mornayus. Meminit etiam Platina in ejus vita, sollicitatum eum à Cardinalibus Papatui renunciasse ideo, quod propter ejus imperitiam Ecclesiæ periculum imminere dicerent. At profecto non fuit hæc ex principiis Pontificiorum causa sufficiens. Dum enim statuunt, Papam non eligi à Cardinalibus, sed tantum designari seu nominari, Theophi-

ſi ad cedendum Pontificali aut alii cuilibet dignitati, vel beneficio ſponte ac libere conſtitutus fuerit, ſi poſt-

oph. Raynaud. *de Coron. p. 344.* dum ſtatuunt porro, etiam in umbra Petri, h. e. tali Pontifice, qui à Petro moribus differt, ſedem Apoſtolicam conſervari, Fr. Long. à Coriolan. *in ſumm. Concil. præludio. aſſert. 1.* inique fecerunt Cardinales, qui autores fuerunt renunciationis. Z.

Fabula de renunciatione Cyriaci Papæ. II. Gloſſa *ad cap. 1.* mentionem facit alterius Pontificis Romani, Cyriaci ſcilicet, qui itidem Papatui renunciaverit, ſed eam utpote abſurdiſſimam ac plane anilem fabulam omiſerunt editiones noviores. In antiquioribus vero adhuc legitur his verbis; *Datur autem certum exemplum de Cyriaco Papa, de quo legitur, quod cum Urſula & undecim millibus virginum martyrizatus eſt. Scribitur enim de ipſo, quod ſibi quondam revelatum eſt, quod eſſet cum illis virginibus palmam martyrii recepturus. Tunc congregatis Clero & Cardinalibus, omnibus invitis, & præcipue Cardinalibus coram ipſis renunciavit dignitati & officio. Sed iſte Cyriacus in Catalogo Romanorum Pontificum non denominatur, quia creditum fuit per Cardinales, quod non propter devotionem ſed propter oblectamenta virginum papatum dimiſiſſet.* Hanc Gloſſam in noviori editione fruſtra quæſiveris, nec tamen eam deleri juſſit index expurgatorius Madriti editus, ſed ſummarium tantum à Carolo Molinæo in margine adſcriptum. Z. *II. 13. 15.*

Objectiones contra c. 1. de renunc. in 6. III. Capitulum I. *de renunc. in 6.* voluit promulgare Bonifacius VIII, quod ſentiret ſe traduci ceu illegitimum, quia non vacantem morte prædeceſſoris Cœleſtini ſedem, ſed illius viventis renunciatione deſtitutam malis artibus occupaſſet: Certe renunciatio juxta Canones debet fieri apud ſuperiorem; jam autem nullum Papa ſuperiorem agnoſcit. Tum etiam ſi cauſa renunciandi in Papa ſit, ut habetur *cap. quoniam h. t. in 6.* quod *ſe inſufficientem agnoſcat ad regendam univerſalem Eccleſiam & ſummi Pontificatus onera ſupportanda,* dicendum erit, & DEum defeciſſe in neceſſariis Eccleſiæ

postmodum ignorans revocatus fuerit, tenebit cessio per eum facta, (283) antequam ad ipsius procuratoris, vel illius in cujus manibus cessio fuerat facienda, notitiam revocatio hujusmodi fuerit deducta: nisi forte per ipsos, aut alios dolo malo factum fuerit, quo minus ad eos, vel eorum alterum ante cessionem revocatio perveniret.

Qui impetravit cedendi licentiam, compellitur renunciare.

§. 14. Aliud juris est, (284) si qui cedendi licentia, cum

clesiæ, permittendo talem insufficientem Papam eligi; & Spiritum Sanctum non præfuisse Cardinalium electioni tali casu; & quemlibet Papam teneri semper renunciare, nam ad hæc quis idoneus? & falsum est quod statuitur de jugi infallibilitate Pontificis juxta quam *jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere*, ut idem Bonifacius VIII statuit *cap. licet de constit. in 6.* Quin se ipsum Papa ceu *insufficientem* potest abdicare, ergo deponi & abdicari poterit propter insufficientiam aut alia crimina, neque censura notandus erit tractatus Gersonis *de auferibilitate Papæ ab Ecclesia*. M. *p. 150.*

(283) Speciale hoc esse in procuratore constituto ad resignandum beneficium, post Cravettam notat Franciscus Cardinalis Mantica *l. 7. lucubrat. Vatican. tit. 21. n. 37.* Alias enim generaliter verum esse nullum actum, qui citra consensum domini effectum sortiri nequeat, à procuratore revocato fieri posse, etiamsi ignoraverit, se fuisse revocatum. Atque id exemplificat circa procuratorem constitutum ad translationem Dominii, item, ad matrimonium contrahendum &c. Z. *Observatio specialis de procuratore.*

ad §. 14.

(284) Non est aliud. Utrobique enim cessio tenet, & tam præ- *Notatur Lancelottus.*

cum instantia postulata, atque ea obtenta, levitate forte cedere prætermittant: eos enim ad cedendum compellendos esse generali Concilio (q) statuitur. (285)

(q) c. quidem cedendi extr. eod. tit.

DE DEPOSITIONE, SEU DEGRADATIONE.

TITULUS XX.

Spirituale conjugium dissolvitur per degradationem.

§. I.

PEr degradationem quoque conjugium Ecclesiæ & Episcopi (286) dissolvitur. Nihil enim est aliud degra-

præcedente casu, quam hoc ipso compelli renuncians debet ad cedendum. Z.

Dubium contra hunc §.

(285) I. Notat Barbosa *ad c. 12. X. h. t.* id quidem obtinere etiamnum in Episcopis, non vero in iis, qui habent beneficia inferiora, nisi consensus præstitus fuerit in Camera vel Cancellaria. Sed enim recolendum hic est, quod supra dixi, non esse facile deserendum Episcopatum, nec proinde licentiam facile dandam. Sequitur ergo, etiam impetrata licentia relinquendum Episcopum potius muneri suo, quod deserere voluisse pœnitet, quam ut licentiæ datæ, quæ difficulter obtenta fuit, tam rigide insistatur, discussa nunc ab ipso Episcopo re haud paulo exactius & accuratius. Z.

Resolvitur.

II. Qui à Prælato cedendi licentiam impetraverit, à Prælato cedere cogendus erit. Alias Prælato illusum fuisset. Sic qui inter nos dimissionem petierit & obtinuerit, non potest in ministerio illius Ecclesiæ permanere. M. *p. 149.*

TITULUS XX.

ad §. 1.

Remissio.

(286) Quid de tali conjugio sentiendum sit, dixi *ad §. ult. de ChorEpisc. inf. subl.* Z.

(287)

gradare, quam de gradu dejicere: quod institutum est ad similitudinem (a) exauthorationis ejus, qui militiæ deservit armatæ: (287) cui tam militaris ordo, quam etiam insignia ob delictum detrahuntur.

(a) c. 2. §. actualis de pœnis in 6.

Duplex est degradatio, verbalis & actualis.

§. 2. Est autem (b) degradatio duplex: verbalis scilicet, & actualis. Verbalis degradatio est, (288) cum ab

(b) d. can. 2. §. verbalis de pœnis in 6.

Differ. exauthor. milit. & Eccles.

(287) Non omnis tamen exauctoratio est ignominiosa. Apud antiquos sc. simplex & una honesta missio: ab Augusti ævo facta duplex: Exauctoratio & missio. Docet id Tacitus *lib. 1. annal. Placitum, ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dari vicena stipendia meritis; exauctorari qui sexdena fecissent, ac retineri sub vexillo, cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis*. Vid. Lipsius *ad eum locum*, & Marcell. Donat. *in Sueton. August. c. 49.* Z.

ad §. 2.

Degrad. verb. est depositio.

(288) I. Ea ut plurimum dicitur depositio, degradationis vocabulo alteri illi, quam actualem vocat Autor, reservato. Z.

Olim degradatio incognita.

II. Atqui vetustas non agnovit illam distinctionem inter depositionem solennem & simplicem, cum omnis depositio sit degradatio. Estque illa *depositio* respectu Clerici, quod est laici respectu *segregatio* vel excommunicatio, ut in *Canonibus* vulgo dictis *Apost.* sæpius videre est. M. *p. 259.*

Origo distinctionis inter degradationem verbalem & realem.

III. Quemadmodum suspensionem distinxerunt, aliamque plane fecerunt Canonistæ autoritate Conciliorum suffulti à depositione; ita porro discrimen introduxerunt inter depositionem & degradationem. Apud antiquos degradatio & depositio eandem pœnam denotabant, & erant vocabula ista ἰσοδυναμοῦντα; per usum vero sequiorum temporum Ecclesiasticum diversum invaluit, & degradatio pœnam multo graviorem denotare cœpit, qua scil. Clericus criminis convictus ablatis ordinis insignibus per solennes ceremonias,

ab eo, qui authoritatem habet, (289) assistente certo Epi-

in oculos incurrentes, ab Episcopo titulo & dignitate Clericali exuitur, & in statum laicalem conjicitur, ut à Laico deinceps judice condemnari queat. Sane nec locum olim habere potuisse degradationem talem, qualis nunc recepta est, probabile fit ex eo, quod insignium istorum & vestium sacrarum, in quibus tollendis degradationis ceremoniæ occupantur, nullus adhuc tum fuerit usus. Antiquitus enim Clericorum vestitum à vestitu cæterorum hominum non fuisse diversum, sed solis moribus distinctos eos fuisse, Sulpitius Severus testis est *dialog. 2. c. 4.* idque confirmatur ex Epistola Cœlestini I. Episcopi Romani, quam scripsit ad Episcopos per Viennensem & Narbonensem provincias constitutos. In *cap. enim 1.* reprehendit Sacerdotes qui superstitioso habitu cultu divino inserviunt. *Discernendi*, inquit, *à plebe vel cæteris sumus doctrina, non veste; conversatione non habitu; mentis puritate non cultu &c.* Postquam igitur solennes istæ ceremoniæ invaluerunt, distingui cœpit depositio in verbalem & realem, ita ut illa per solam sententiam Episcopi fieret, hæc etiam ceremonias istas externas adjunctas haberet, propter quas speciali nomine degradatio dicta fuit. Z. *III. 32. 5.*

De vestitu Clericorum antiquo.

Quinam deponere possint?

(289) I. Quis vero est ille? Erudite hic de depositione Episcoporum differit Petrus de Marca *de Concord. sacerd. & imp lib. 7. per tot.* Ait, ab initio depositiones Episcoporum decretas & factas fuisse a Synodis provincialibus. Accessisse deinceps revisiones Imperatorias, sed in concilio Sardicensi revisiones istas transfusas fuisse in Pontificem Romanum, & hinc originem petendam juris istius, quod in tali negotio sibi vindicant Pontifices, tribunal hinc instituentes. Tandem Pontifices sibi solis & quidem jure divino potestatem deponendi Episcopos competere edixisse. Inprimis autem Innocentii III. constitutionem, quæ habetur *c. 2. X. de translat. Episc.* exagitat, & rationes ejus perstringit Marca *d. l. 7. c. 26. n. 8.* Z.

Arcanum dominationis Papalis.

II. Sensim cœpit ad depositionem Episcoporum requiri consensus Pontificis Romani, præsertim si talis casus in loco vicino contige-

Epiſcoporum numero, (290) depoſitionis fertur ſententen-

tigerit. quod factum ideo puto, ne reus confugiendo ad ſedem Romanam ejusque auxilium implorando ſententiam Synodalem aut irritam, prorſus redderet aut ſufflaminaret ſaltem ejus effectum & ſuſpenderet. Quod vero civiliter ita primum a Pontificibus Romanis petitum fuit, id illi deinceps in neceſſitatem verterunt, ſtatuendo, neminem Epiſcoporum quanticunque criminis reum deponi poſſe ſine autoritate & conſenſu Pontificis Romani, imo vero ab eo ſolo depoſitionem talem decerni debere. Inque ea hypotheſi tam protervæ frontis fuit Innocentius III. ut aſſereret *c. 2. X de translat. Epiſc.* depoſitionem translationem & ceſſionem Epiſcoporum ad ſolam ſedem Romanam pertinere jure divino. *Non enim*, inquit, *humana ſed potius divina poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvitur, cum per translationem, depoſitionem aut ceſſionem auctoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium JESU Chriſti, Epiſcopus ab Eccleſia removetur, & ideo tria hæc, quæ præmiſimus non tam conſtitutione canonica, quam inſtitutione divina ſoli ſunt Romano Pontifici reſervata.* Sed iſta verba obelo notata & confoſſa jam ſunt ab illuſtriſſimo Petro de Marca *de Concord. Sacerd. & Imper. lib 7. cap. 26 n. 8.* Adeo vero ſibi ſemper cautum voluit Romana Curia, ne nimiam Epiſcopi haberent poteſtatem, quod obſervaſſet, per Epiſcoporum πρεσπεῖα & axiomata, quo plura fuerint hoc arctiorem & anguſtiorem reddi Papatus & univerſalis monarchiæ potentiam Z. *III. 32. 9.*

(290) I Depoſitio ſcil. Epiſcopi fit a duodecim Epiſcopis: Presbyteri à ſex: Diaconi à tribus. *c. ſi quis, c. felix. c. ſi autem 15. q. 7.* At Zephyrinus Papa tum demum requirit duodecim Epiſcopos ab ipſo accuſato Epiſcopo eligendos, ſi neceſſe fuerit. *c. accuſatores 3. q. 8.* Et Gregorius M. delegavit Metropolitam Syracuſanum una cum tribus tantum aut quatuor Epiſcopis ab eo eligendis, ut de cauſa Lucillii Epiſcopi cognoſcerent, eumque deponerent. *lib. 7. Epiſt. 62.* Z. *Numerus Epiſcoporum, ad depoſitionem neceſſariorum.*

tentia,(291) Actualis vero, five folennis eft,(292) cum non

II. Ifte numerus tam accurate & religiofe aliquando cuftoditus fuit, ut cum Amathuntis Epifcopus ab ArchiEpifcopo fuo & undecim Epifcopis aliis fuiffet depofitus, Patriarcha Conftantinopolitanus & qui cum eo fuerunt, invalidam & nullius momenti decernerent eam effe depofitionem, tum quod non univerfa Synodus Cypriorum Ecclefiæ aut major faltem pars, cum facile congregari poffet, coierit, tum quod ArchiEpifcopus cum reliquis duodenarium numerum confecerit, quem tamen perfona ejus excedere debuiffet, uti refert Theodorus Balfamon. *ad. d. c. 12. Concilii Carthaginienfis.* Z. *III. 32. 8.*

Quando depofitio locum habeat & ejus effectus.

(291) I. Quæ tamen reum non eximit ordine, privilegiis & oneribus Clericalibus, neque à jurisdictione & poteftate judicis Ecclefiaftici. Et volunt Canoniftæ, depofitioni locum effe in delictis majoribus, qualia funt Simonia *c. 2. X. de fimonia*, latrocinium *c. 6. X. de pæn.* Concubinatus *c. 4. X. de cohab. Clericor.* confpiratio contra Epifcopum *c. confpirationum 11. q. 1.* blasphemia *c. fi quis 22. q. 1.* furtum, homicidium &c. *c. cum non ab homine 10. X. de judic.* Z.

Depofitionis & translocationis differentia.

II. Depofitio eft perpetua muneris Clericalis privatio per Canonicam fententiam cum debita folennitate prolatam Zœl. *h. t. n. 6.* quæ tamen non adimit privilegium fori Menoch *l. 2. A. J. qu. cafu 415. n. 3.* Canifius *lib. 3. jur. Can. c. 22.* & hæc à Patrono fieri non debet; vocatur etiam Remotio. Interdum reus ad removendum fcandalum alium in locum fequiorem transferri poteft. Quæ translocatio quidem tendit ad correctionem, nec Clericus ad incitas redigitur & fcandalum removetur, plerumque mihi magis placuit, quam remotio. Conf. Carpz. *l. 3. d. 118.* B. *II. 19. 3.*

Monita contra translocationem.

III. De translocationis juftitia agit Carpz. *lib. 3. d. 118.* Verum non promifcue hoc genus pœnæ probandum. Quodfi enim Minifter Ecclefiæ vitam officio fuo convenientem non agat, fi vitiis ejusmodi addictus, ex quibus non nifi manifefta fcandala in Auditores

non solum fertur sententia, verum etiam ab eo qui degradandus est, vestes & singula insignia sui ordinis gra-

---

tores redundent, si quod verbis exstruxit facto iterum destruat, & ita non pietatis sed malitiæ exemplum præbeat; si hunc translocandum dixeris, & minori Ecclesiæ præficiendum, sine dubio peccandi ausam suppeditabis illis, quibus præficitur, quorum tamen saluti providendum erat, ut fidelem & pium Ecclesiæ Antistitem consequantur: Nec excusabit quod paucioribus ita scandalo sit, quam si in majori Ecclesia maneat; Nam si & unius animæ ratio habenda, ne pereat, cur non & minoris Ecclesiæ. Ergo in majori Ecclesia propter perpetuum scandalum non tolerandus, nec minori præficiendus, sed suspendendus; donec ad sanam redeat mentem. Quodsi vero continuus alat discordias inter Collegas, & persuasionibus adduci nequeat, ut cum ipsis in gratiam redeat, & inde scandala oriantur; hunc merito translocandum & paganæ Ecclesiæ præficiendum dixerim, ut ipsi sine Collega constituto, ansa rixarum adimatur. S. *p. 754.*

(292) Eam Canonistæ in tribus casibus admittunt 1 in crimine hæreseos *c. ad abolendam 9. X. de hæret.* 2. in crimine falsi literarum Apostolicarum *c. ad falsariorum X. de crim. falf. 3.* ob calumniam gravem & contumeliam proprio Episcopo illatam *c. si quis sacerdotum 11. q. 1.* quatenus scil. ea conjuncta est cum incorrigibilitate. Moderni etiam alia atrocia delicta degradationem mereri admittunt, & inprimis crimen Sodomiæ ex bulla Pii V. ita tamen, ut degradari nolint quemcunque committentem hoc crimen, sed illum tantum, qui exercuit cum frequentia actuum, Vallenf. *tit de sentent. excomm.* §. *14. n. 5.* Verum enimvero tanta mihi depositionem inter & degradationem primis temporibus non videtur fuisse differentia, quin arbitror, etiam per depositionem privilegiis & ordinibus sacris exutum quem fuisse, utcunque solennes ejusmodi ritus degradationis adhibiti tum non fuerint. Quicquid tamen hujus sit, id penes me certum est, puriorem fuisse & in vita severiorem primitivam Eccleſi-

Degradationis novum inventum & origo.

gradatim auferuntur. Cujus ordo ac series (293) latissime Bonifaciana constitutione (c) demonstratur. *Pro-*

(c) d. cap. 2.

clesiam, quam ut nuda depositione latrocinium, blasphemiam, homicidium, &c. puniret, uti quidem hodie fieri in Papatu solet. Pleraque ergo ista ex perniciosa & minime ferenda exemptione Clericorum proficiscuntur. Z.

Arcanum sub ea latens.

(293) I. In rationes istius ordinis inquirit Petrus Suavis *in hist. Concil. Trid. lib. 4.* Verba ejus hæc sunt: *Postquam permissa Episcopis in Clerum judiciorum criminalium potestas, degradatio hoc solo casu permansit, ubi à capitali supplicio est periculum, quod etiamsi Ecclesiastici propter ordinis sui dignitatem nemini suorum infligi vellent, quia tamen, ubi delicta sunt enormia, non videbatur posse sine scandalo devitari, quod directe fieri non poterat, id oblique effectum dari volebant, mortis sententiam flagitiis Clericorum merito debitam agnoscentes, sed necessariam prius esse degradationem dictitantes. Ad eam vero modo solenni perficiendam tot circumstantiis requisitis, factum rei difficultate, ut rarissime eo sit perventum &c.* Z.

Ceremoniæ antiquæ.

II. Cæremonias aliquas jam olim tempore Justiniani Imp. in usu fuisse, colligere licet *ex novell. 83. in fin. pr.* Illud *palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, provinciæ præses, & pœna judicaverit dignum: prius hunc spoliari à DEO amabili Episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu.* Idem colligitur ex Concilii Toletani *IV. c. 27. Episcopus presbyter, aut diaconus a gradu suo injuste dejectus, si in sancta Synodo innocens inveniatur, gradus amissos recipiat coram altari de manibus Episcoporum. Si Episcopus est, orarium, annulum & baculum: Si presbyter, orarium & planetam; Si diaconus orarium & albam: Si subdiaconus, patenam & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparatione sua recipiant, quæ cum ordinarentur, perceperunt.* Quæ verba innuunt, ablata eis talia insignia fuisse eo tempore, quo gradum amiserunt. Scissa aliquando fuisse & rupta vestimenta sacer-

Proprius solum Episcopus potest deponere constitutos in minoribus ordinibus: secus in majoribus.

§. 3. Quod (*d*) autem dictum est, Episcoporum numero assistente, sic intelligi oportet, si de Episcopo, aut illo degradando agatur, qui sit in majoribus ordinibus (*d*) *can. si quis tumidus 15. q. 7.*

cerdotalia ejus, qui gradu moveri debuit, docent ea, quæ ex Concilio Portuensi nobis reliqua sunt. In eo namque Theodardus, Archi-Episcopus Narbonensis cum suffraganeis suis degradarunt Selvam Clericum Hispanum, & Ermemirum in conspectu omnium, *scissis Episcopalibus indumentis, baculis eorum super eorum capita confractis, annulis cum dedecore à digitis evulsis* &c. Uti legitur in fragmento apud Petrum Delalande *in supplem. Concil. Gall. p. 303.* Quem scissionis ritum itidem fieri & observari præcepit Chilpericus Rex Galliæ ex odio in Prætextatum Rothomagensem Episcopum concepto, eum in finem, ut significaret, degradari eum debere. Gregorius Turonensis *lib 5. c. 19. His ita gestis petiit Rex, ut aut tunica ejus scinderetur, aut centesimus octavus Psalmus, qui maledictiones Ischarioticas continet, super caput ejus recitaretur, aut certe judicium contra eum scriberetur, ne in perpetuum communicaret.* Ceremoniæ vero, quæ hodie usurpari in degradatione debent per *cap. 2. de pœnis in 6.* uti observatæ fuerint in praxi, exemplo duorum monachorum Bruxellæ exustorum comprobat Joh. Sleidanus *comment. l. 4. Z. III. 32. 6 & 8.* *Nova degradationis Exemplum.*

III. Degradationis ordo & modus extat in Pontificali *folio. 206. seq.* ubi id lego, contra quam noster hic refert: *Et est notandum quod in hac executione sententiæ, non est necessaria Coepiscoporum præsentia, non est etiamvis, sive in Ecclesia fiat, sive etiam in Platea, sive Pontifex degradans indutus sit Pontificalibus indumentis, sive non. Talis degradatio solemnis depositio vocatur, proprie tamen loquendo quis a dignitatibus & honeribus deponitur, sed ab ordinibus degradatur.* Sic autem proceditur, juxta *Degradationis ritus ex Pontificali.*

Ll *ali-*

nibus constitutus. Cæterum si de iis agatur qui mino-

idem Pontificale. *In primis in publico extra Ecclesiam paratur aliquis eminens congruentis spatii locus pro degradatione facienda; supra quem ordinatur una credentia, simplici tobaleo cooperta, supra quam ponuntur ampulla vini, ampulla aquæ, calix cum patena & hostia, unum vas vini, unum vas aquæ, liber Evangeliorum, liber Epistolarum, bacile cum buccali & mantili, unum candelabrum cum candela extincta, liber Exorcismorum, liber lectionum, claves, Antiphonarium, forfices, cultellus, seu petia vitri, Paramenta pro degradando; videlicet si degradandus sit ArchiEpiscopus, ordinentur super dictam credentiam superpelliceum, sandalia cum caligis, amictus alba, cingulum, manipulus, tunicella; stola dalmatica, chirotecæ, alia stola, planeta, mitra, annulus Pontificalis, pallium, baculus pastoralis, & aliqua vestis habitus secularis; si vero degradandus non sit ArchiEpiscopus, sed Episcopus tantum, omisso pallio ponuntur super Credentiam omnia alia prædicta. Si vero Presbyter tantum, omissis pallio & aliis Pontificalibus paramentis prædictis ponuntur ibidem omnia alia prædicta. Idem in aliis ordinibus in ordinatione Credentiæ observatur. Item paratur in dicto loco faldistorium, pro Pontifice degradatore; sedilia pro officialibus; Vocantur & ibidem adsint Ministri Pontificis, judex secularis, cui degradatus committitur; Notarius qui processum degradationis legit, si opus erit & Pontifici placet, & barbitonsor. Hora congruenti ducitur degradandus, sive sit ArchiEpiscopus, sive quicunque alius quotidiano suo habitu indutus, super dictum locum ad hoc præparatum, ubi cum fuerit solvitur, & liber ibidem manebit; Tum à Clericis induitur omnibus paramentis sui ordinis, ut præmittitur, supra Credentiam ordine positis, incipiendo à superpelliceo & continuando usque ad ultimum paramentum sui ordinis. Quo sic induto Pontifex degra-*

noribus tantum insigniti sint, proprii Episcopi sententia,

gradator indutus amictu alba, cingulo, stola & pluviali rubeis, ac mitra simplici, baculum pastoralem in sinistra tenens, ascendit ad locum prædictum, & ibidem sedet in faldistorio, in convenienti loco sibi parato versus ad populum, adstante sibi judice seculari. Tum degradandus, sive ArchiEpiscopus fuerit, sive alius, omnibus sui ordinis vestibus sacris indutus, & singulis ornamentis ornatus, habens in manibus ornamentum ad suum ordinem spectans, ac si deberet in suo officio ministrare, adducitur ante Pontificem, coram quo genu flectit. Tum Pontifex ut supra sedens populo in vulgari notificat degradationis hujusmodi causam, deinde contra degradandum sententiam fert, ex formula ibi descripta, *si prius lata non sit*; & tum *Pontifex degradator aufert ab illo singula ornamenta sibi juxta ordinem suum tradita, incheando ab ultimo ornamento & descendendo gradatim usque ad primum, quod in prima tonsura sibi datum fuit*; adhibitis ad singula formulis specialibus, quæ ibidem leguntur, donec pro actu ultimo, *Pontifex degradator cum forficibus tondere incipit, & per barbitonsorem itidem præsentem totaliter tonderi facit caput degradandi*, quem tandem *ministri Pontificis exuunt veste & habitu Clericali & ipsum induunt habitum secularem*, quo facto traditur curiæ seculari. Actus sane est comicus, nisi misero degradato in tragicum & atrox supplicium abiret. Hæc ex Pontificali fusius referenda duxi, quod liber sit rarior ac ista nosse & ridere jucundum. M. *p. 258. seq.*

IV. Putat quidem Carpzovius *l. 3. d. 117. n. 9.* inter Augustanæ confessionis addictos nullam peculiarem solennitatem in degradatione adhiberi: Memini tamen, in casu, ubi ultimo supplicio Minister afficiendus erat, primum solenniter habitum Clericalem ipsi ademptum esse; quod quidem necessitatis non est; conducit tamen, ut dignitas ordinis clericalis apud plebem illibata maneat. S. *p. 755.* *Degradationis usus apud Protestantes.*

(e) can. si autem in fin. 15. q. 7.

tia, (294) absque ullorum Episcoporum (e) interventu, satis erit.

In degradatione sacerdotum ob causam hæresis potest procedere solus Episcopus delinquentium cum suis minoribus prælatis.

§. 4. Quinimo interdum etiam si Presbyter, vel in sacris constitutus degradandus fuerit, plurium Episcoporum interventus necessarius non erit: nam (295) tales, si pro hæresi (f) seculari curiæ tradendi, vel perpetuo immurandi (296) sint, quia Episcoporum numerus

(f) can. 1. de hæret. in 6.

ad §. 3.

De depos. inferiorum ordinum.

(294) Sed num solius, sine suffragiis capituli? Ita putant, ubi scilicet consuetudine id introductum fuerit *per c. 3. de consuet. in 6.* In nostris Ecclesiis rectius ea res committitur Consistoriis, ita ut neque Scholæ ministri removeri possint unquam, nisi ex decreto Consistorii Ecclesiastici, prævia accurata causæ cognitione, Carpz. *in Jurispr. Eccles. l. 3. def. 109. & multis seqq.* Z.

ad §. 4.

Objectio.

(295) Atqui ut de hæresi aliquis convinci queat, accuratior antecedere debet causæ cognitio, ut proinde maxime necessarius hic videatur Episcoporum conventus. Uti enim diversimode se habent dogmata & quæstiones Theologicæ, aliis sc. directe & immediate, aliis indirecte, mediate & reductive fundamentum fidei petentibus, aliis nec per se, nec per necessariam consequentiam salutem hominis concernentibus: ita non omnis ille qui à nobis aliquando dissentit, illico haberi debet pro hæretico. Non igitur minori cum cura hæreseos crimen, quam aliud quodvis flagitium, antequam quis condemnetur, erit indagandum. Z.

Carcer perpetuus inven-

(296) I. e. muris includendi, quæ pœna jure Canonico introducta est. Jure enim civili pœna carceris perpetui interdicta est

l. 8.

rus facile convenire non poteſt, ſolus Epiſcopus convocatis Abbatibus & aliis Prælatis, viriſque ſuæ diœceſis pietate ac bonis artibus inſtructis, degradare poterit.

Degradatus traditur curiæ ſeculari, & pro eo debet Eccleſia intercedere, & degradatus ſe miſcens ſacris, excommunicatur.

§. 5. Clericus igitur ob grave flagitium degradatus, cum ab Eccleſiaſtico foro fuerit projectus, ſeculari curiæ (297) traditur puniendus. Vnde celebranda (g) erit

(g) *cap novimus*

l. 8. §. 9. ff. de pœn. l. 6. C. eod. Et hinc ad accelerandum carceratorum judicium & adverſus carcerum diuturnitatem conſtituit Theodoſius M. Commentarienſem trigeſimo quoque die judicii inſinuare debere numerum, varietatem, ordinem, & ætatem incarceratorum *l. 5. C. de cuſtod. reor.* Sed Pontifices perpetuo carceri mancipari maluerunt delinquentes, quam vita privari, *c. 3. de pœnis in 6.* quod in favorem Clericorum videtur introductum, ne ſcil. ſemper opus haberent judices, condemnatos ſeculari curiæ tradere. Et hinc carcer perpetuus ſupplicio capitali æquiparatur, cum exturbatus videatur ex numero viventium, cui in carcere eſt moriendum. Cæterum num pœna hæc à judice Laico decerni debeat, videri poteſt Menochius *de arb. jud. quæſt. caſ. 89.* Z.

tum juris Canonici.

ad §. 5.

(297) I. Nolunt ſcil. Canoniſtæ ſeculari Magiſtratui quicquam juris in Clericum competere, antequam iſte ſolenniter fuerit degradatus, & foro Eccleſiaſtico ejectus. Atqui inter veteres Chriſtianos criminales clericorum cauſas à judicibus Laicorum diſceptari, non erat nefas, vid. *l. 23. Cod. Theodoſ. de Epiſcop. Eccleſ. & Cler.* imo vero ſtantibus hypotheſibus Pontificiorum, quod character per ordinem impreſſus ſit indelebilis, & quod nulla Laico in res & perſonas

Arcanum Papale male cohærent.

ext. de verbor. significat. erit talis degradatio seculari præsente potestate, & cum perfecta fuerit, pronunciandum, ut secularis judex degradatum, tanquam clericali privilegio exutum, in forum suum recipiat puniendum: pro quo tamen Ecclesia debet intercedere, (298) ut citra mortis periculum

nas sacras competat potestas, neque post degradationem quidem Clericus Magistratui civili subjici poterit, quia scil. semper manet charactere sacro signatus & per consequens persona Ecclesiastica. Z.

Praxis hodierna. II. Jure igitur Canonico noviore non potest Magistratus seu judex secularis procedere adversus Clericum, quantumvis atrocissimorum delictorum reum, antequam degradatio facta fuerit ab Episcopo, & ille non amplius sit, quod fuit. Et quanquam alicubi in gravioribus ejusmodi delictis ad judicem secularem pertineat cognitio, neque aliunde sententia expectari debeat, si tamen ad furcas, ad vivicomburium, aliudve aliud supplicium clericus damnatus fuerit, mitti ille, antequam executio fiat, debet ad Episcopum, vel ejus vicarium, qui singulos ei Clericatus characteres atque ornamenta solenni ritu detrahat, ut tanquam Laicus pœnas luat, sive uti dicitur *in c. novimus X. de V. S.* ut *exutus privilegio Clericali, seculari foro per consequentiam applicetur.* Testantur autem JCti Galli, Renatus Choppinus *de sacra polit. lib. 2. tit. 3.* & Antonius Mornacius *ad auth. Clericus C. de Episcopis & Cler.* Clericum gravioris delicti reum, capite nonnunquam plecti à judice Laico, nulla Clericalis tonsuræ habita ratione, aut degradationis solennitate præmissa. Z. *III. 32. 7.*

Intercessio Ecclesiæ an justa & seria? (298) I. Ambigo, si crimen tale commissum fuerit, quod jure divino mortis supplicium meretur, utrum Ecclesia deprecari ejusmodi supplicium bona cum conscientia queat. Dicit autem Innocentius III. *c. novimus 27. X. de V. S.* Ecclesiam efficaciter debere intercedere. *Audis*, inquit Claudius Espencæus *l. 2. digress. c. 7.* vocabulum efficaciter? *Ne forte putemus, matrem Catholicam fingere*

culum in eum ſententiam moderetur: & ſi impetraverit, & degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinere. Quod ſi cingulo militiæ cæleſtis exauthoratus, auſu temerario, ſibi dudum commiſſum audebit in poſterum attractare miniſterium, etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorum erit abſcindendus.

DE SACERDOTIBUS IN INFERIORI GRADU CONSTITUTIS.

TITULUS XXI.

Sacerdotes inferioris gradus, ſunt Presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe.

§. I.

---

gere & veluti geſtum in ſcena agere. Cujus antiqui ritus Eccleſiaſtici veſtigium magis aut umbram, quam ſeriam veritatem cernere eſt, cum ſacros homines in publicis ſpectaculis reſecratos Eccleſia manu altera ſupplex morti quantum in ſe eſt eximit, altera judex ſeculari brachio addicit: non tam pro hujus arbitrio puniendos quam externæ poteſtatis gladio conficiendos. Vix enim contingit, ut clericis exauguratis, & civili foro deditis levius quam ultimum certo atque cito inferatur ſupplicium &c. Z.

II. Mirum eſt Pontificios Clericos tantopere cavere, ut ſuæ pœnæ procedant citra ſanguinem, cum tamen flagellantes, & ii, quibus durior imponitur diſciplina à *Miſerere usque ad vitulos*, diſtringant ſibi ſcapulas usque ad ſanguinem. M. *p. 259.* *Pœna ſanguinea Clerici.*

III. Quamvis dicis cauſa degradans Epiſcopus ita judicem alloquatur, *Domine judex, rogamus vos, cum omni affectu, quo poſſumus, ut amore DEI, pietatis & miſericordiæ intuitu, & noſtrorum interventu precaminum, miſerrimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis*, tamen mens longe alia ipſi ſedet; *Interceſſio non ſeria.*

niſi

§. I.

NUnc descendamus ad sacerdotes (299) in inferiore gradu constitutos: subsequenter postea de iis dicturi, qui licet sacerdotes non sint, in sacris tamen constituti reperiuntur: ac demum de his, qui circa humiliora in domo DEI necessarium ministerium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur constituti: de quibus omnibus, si quid superius locuti fuimus, obiter potius quam ex professo locuti fuimus. Inferiores sacerdotes sunt Presbyteri. (300)

Sacerdotum in duas classes divisio, sumpsit originem tam à testamento veteri, quam novo.

§. 2.

---

nisi enim statim judex traderet rogo hæreticum degradatum, ipse tanquam hæreticorum fautor, simile adiret periculum. M. *p.236.*

TIT. XXI.

ad §. 1.

Sacerdotum vox quando apud Christianos orta? (299) Repete supra dicta *nota 43.* & confer quæ infra dicentur *nota 326.* Addit etiam Zieglerus in *nota ultima ad tit. 4.* distinctos fuisse jam circa tempora Constantini M. Clericorum ordines, & alios quidem Sacerdotes, alios Ministros dictos. Illos alibi ἱερατικὸς, hos speciali significatu κληρικὸς appellari, idque discrimen in aliquot Capitulis Synodi Laodicenæ occurrere. Vid. Jac. Gothofr. *ad l.7. C.Theod. de Episc.* Nostra lingua major confusio regnat. Cum enim stylo juris Canonici, ut statim notat Lancelottus, Presbyteri quidem sint Sacerdotes, sed non omnes sacerdotes Presbyteri, sacerdotes tamen, quos vocare debebamus Opfferer / dicimus Priester / quæ vox evidenter ex voce Presbyteri est contracta. T.

Sacerdos, Priester.

Remissio. (300) Non improbamus ordinem istum in Ecclesia, ut inferiores Episcopo sint Presbyteri, negamus tamen, prælationem Episcopi esse ex jure divino. Vid. quæ diximus *sub init. tit. 5. supra.* (*not. 44.*) Z.

ad

§. 2. Et (*a*) non ineleganter sacerdotes in duos ordines distributi esse videntur: Hæc enim discretio, tam in Veteri Testamento à DEO per Moysen sumpsit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in summum Pontificem, filios vero ejus inunxit in minores sacerdotes: (301) quam etiam in novo ab ipso Christo, qui duodecim Apostolos, tanquam majores sacerdotes, septuaginta duos quasi minores instituit: (302) Petrum vero

(a) dist. 21. in summ. & per totum.

ad §. 2.

(301) Presbyterorum ordinem exordium sumsisse à filiis Aaron, aut hos illorum figuram præmonstrasse, temere scribi, ordinemque seu qualitatem Presbyterorum Aarone vetustiorem, nec qua talem ad Aaronis filios magis, quam ad alios quoscunque Israelitas attinuisse, ostendit Joh. Selden. *de Synedr. lib. 1. c. 14. & commentar. in Eutychii orig. p 32.* Z.

Presbyteri Aarone antiquiores.

(302) Ex quo ministrorum Ecclesiæ gradus facti sunt, potuit primorum cum Apostolis, cæterorum cum septuaginta allectis aliquatenus institui comparatio, ut, quo modo septuaginta duodecim primis à Christo ipso succenturiati sunt, eo Presbyteri Episcopis ab Ecclesia succenturiati crederentur, sed totus ille ordo humanus est, & Apostolicæ Ecclesiæ ignotus; imo ejus hac in parte institutioni minime congruens, quod probari nequeat, septuaginta discipulos, utut prioribus duodecim dignitate cederent, ab ulla, quæ ad primarios illos spectaret, functione Ecclesiastica submotos fuisse, prout nunc & à multis retro seculis ab ordinationibus, confirmationibus &c. Presbyteri submoti sunt. Sed & ipsi Apostoli, quatenus fundatam opera sua Ecclesiam verbi divini alimonia sustentarunt & disciplinæ virga rexerunt, ordinariorum omnium pastorum (sive Episcopi sive Presbyteri dicantur) formam ac primitivum exemplar expresserunt. Quod igitur Apostoli Episcoporum, & septuaginta duo secundi ordinis sacerdotum figuram gesserint, longe post Apostolorum tempora, & minus ex vero excogitatum fuit, Dav. Blondell. *apol. de Episc. & Presb. sect.*

Ordo ministr. Eccles. totus humanus est.

vero quasi summum sacerdotem (303) elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claves regni cœlorum tribuit. (304)

Presbyteri & Episcopi olim erant iidem: sed in remedium schismatis, de Presbyteris unus electus est qui Episcopus dicitur.

(b) *can. 1. §. unde & apud 21. dist.*

§. 3. Presbyterum (b) autem & Episcopum sunt qui eundem olim extitisse affirment, (305) & aliud ætatis,

---

sect. 3. n. IX. De numero ipso, an 70. tantum, an vero 72. fuerint discipuli, controversia est inter Erasmum & Sixtum Senens. *l. 6. biblioth. annot. 146.* Conf. Blondell. *in Pseudo Isidor. pag. 244.* Z.

Petrus Compresbyter.

(303) At Petrus ipse se vocat συμπρεσβύτερον Compresbyterum *1. Petr. V. 1.* respectu sc. aliorum Presbyterorum, ad quos ibi scribit, quos etiam expresse hortatur, ut sint ἐπισκοποῦντες i. e. Superintendentes gregi. Ergo juxta Petrum, Presbyterorum est Episcoporum officia agere in Ecclesia, & vicissim Episcopi Presbyterorum partibus funguntur. Z.

Inepta argumentatio Juris Canonici.

(304) Frustra inde conficitur, Petrum quasi summum sacerdotem constitutum. Nam si ita Petro tribuuntur claves, ut eo ipso simul tribuantur reliquis Apostolis, quod non diffitetur autor, & abunde liquet ex *Matth. XVIII. 18.* certe soli Petro non primo ac principaliter tribuuntur. Sic enim peculiariter tribuerentur Petro & simul etiam reliquis Apostolis, quod contradictionem implicat, esset enim potestas clavium communis & non esset communis. Z.

ad §. 3.

Episcopus & Presbyter olim idem.

(305) Attigi istam controversiam supra *tit. 5.* Hoc certum est, in sacris literis vocabula ista Episcopi & Presbyteri esse ἰσοδυναμοῦντα & ejusdem significationis, ita ut alterum pro altero usurpatum inveniatur, quod patet ex *Act. XX. 17.* junct. *v. 28.* ex *Epist. ad Tit. I. 5.* junct. *v. 7.* ex *1. Petr. V. 1. 2.* Quin & hoc certum est, talem distinctionem Episcoporum & Presbyterorum, qualem nonnulli hodie somni-

tis, aliud dignitatis fuisse nomen. Sed cum multi in singulis Ecclesiis Presbyteri constituti essent, (306) in remedium schismatis (c) factum (307) esse, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris esset præponendus: (308) Ele-

(c) *can. olim idem dist 25. &*

somniant, jure divino, seu ex speciali Christi institutione non esse profectam. Vid. *c. legimus 24. dist. 93. c. olim 5. dist. 95. c. 6. ibid. c. nullus 4. dist 60.* conf. Gerh. *tom. 6. L. C. de ministerio* §. 236. Invaluit tamen deinde usus, ut duæ illæ voces Episcopus & Presbyter non promiscue quemvis Ecclesiæ Doctorem significarent, sed illa adhiberetur ad denotandum eum, qui inter Doctores unius particularis Ecclesiæ primus erat & præcipuæ autoritatis; hæc vero ad denotandos illos, qui præter primum illum in eadem Ecclesia docebant, quemadmodum etiam à se distinguuntur *l. 33. l. 34 l. 50. C. de Episc. & Cler. l. 5. C. Theodos. de hæret.* Sed quando distinctio ista primum introducta sit, acriter adhuc disceptatur. Nobis istam litem componere nunc non vacat. conf. Thom. Bilson. *de perpet. Eccles. gubern. cap. 13.* Hug. Grot. *de imp. summ. pot. circa sacra. c. 11.* Z.

(306) Ignatius in *Epist. ad Trallianos* Presbyterii nomen his verbis exponit: *Quid vero est presbyterium, nisi cætus sacer, Consiliarii & Confessores Episcopi.* D. Hieronymus Senatum dixit in *epist. ad Rusticum: Ecclesia habet Senatum*, inquit, *cætum Presbyterorum.* Z. *Presbyterium quid?*

(307) Consultum omnino fuit Ecclesiæ, præsertim postquam fastus & φιλαυτία eam infestarunt, ut aliquis inter ministros Ecclesiæ sive πρoγενεσίας jure, sive ex singulari suo merito πρωτοςασίαν & πρωτοκλισίαν habeat, consulendo, monendo, hortando aliis præeat, suffragia in causis dubiis colligat, autoritate sua universam actionem moderetur, & id, quod decernitur pie & prudenter exequatur. Z. *Ratio introducta differentiæ.*

(308) Ceu Pater filiis. Επισκοπὴ igitur, quatenus Presbyterium ipsum ex primitivo Scripturæ usu denotat, divino: quatenus Presbyterio præcellit, Ecclesiastico: quatenus dominatum, ac regium ne- *Episcopatus usus & abusus.*

 scio

can. legimus dist. 93. Electum autem Episcopi retinuisse nomen, eligentes Presbyterorum: quorum erga Episcopos usque adeo crevit honor, ut illis tanquam filii cœperint obedire, nec jam pro sacerdotibus habeantur, qui sub nullius Episcopi disciplina & providentia gubernantur.

Presbyter appellatur potius à prudentia, quam ab annis.

(d) can. quisquis §. presbyteros. dist. 84.

§. 4. Presbyteri (*d*) vero nomen, quanquam à senectute sit sumptum, magis tamen sapientiæ (309) indicat maturitatem, quam corporis canitiem.

Quæ sit Presbyterorum potestas, & authoritas.

(e) can. quamvis dist. 68.

§. 5. Episcopi (*e*) igitur ac Presbyteri non penitus est absimilis (310) circa sacra ministeriorum dispensatio:

---

scio quod ἀξίωμα quibusdam sonare videtur, nullo prorsus jure fulta est. Z.

ad §. 4.

Presbyter quid?

(309) Sub eadem qualitate etiam apud Judæos, æstimatos & dictos fuisse Seniores, notat Joh. Selden. *l. 1. de synedr. cap. 14.* Nomina enim hierarchiæ Christianæ ex Judaismo traducta esse, notat idem Seldenus *in Eutychii orig. pag. 16.* Presbyter igitur in sensu Ecclesiastico non senem semper denotat, sed judicio maturum, & prudentem. Claud Espencæ. *in epist. ad Tit. cap. 1 pag. 471.* Z

ad §. 5.

Notatur jus Canonicum, item Salmasius.

(310) Distinguimus nos essentialia ministerii ab accidentalibus. Ad essentialia referimus, docere verbum, administrare Sacramenta, ligare & absolvere &c. & in his Episcopum nihil præcipuum habere dicimus; in accidentalibus vero, qualia sunt disponere res Ecclesiasticas, regere alios pastores, curam & inspectionem aliarum Ecclesiarum habere &c. inæqualitatem quandam concedimus, & Episco-

tio: illorum enim, quæ gerere poteſt Epiſcopus, quædam Presbyter ſuo jure, quædam illius permiſſione exequitur, quædam vero nullo pacto poteſt attingere. Proprio jure Presbyter Dominici corporis (*f*) ac ſanguinis conſecrationem, etiam Epiſcopo præſente celebrat, infantes baptizat, (*g*) ſanctificato oleo inungit, bene-

(*f*) *d. can. quamvis & can. 1. §. ad presb. 25. diſt.*

(*g*) *c. conſtat baptiſma, de conſecr. diſt. 4.*

ſcopos ſuis Presbyteris ſuperiores dicimus. Nihil eſt ergo, ut diſtinguamus ea, quæ ſuo jure poſſunt Presbyteri, & quæ Epiſcopo permittente. Multa ſc. quæ in hoc paragrapho recenſentur, ſuperſtitionem alunt, nullo quoque præcepto divino innituntur, de quibus omnibus quid ſentiendum, quantumque vel Epiſcopo vel Presbytero conveniat, ſpeciatim infra notabimus, unumquodque ſuo loco. Illud præterire nequeo, poſt alios noviſſime Salmaſium *de fœn. trapezit. p. 407. ſeq.* duo facere genera tum Epiſcoporum tum Presbyterorum. *Unum* eorum, qui diſpenſationem & adminiſtrationem ſacramentorum habebant, *alterum*, qui docendi tantum munus & prædicandi ſuſtinebant & orationi vacabant, quam in rem adducere ſolent *1. Tim. V. 17.* Sed nihil hic obſtare, quo minus de iisdem explicari poſſint verba Apoſtoli, notat ad eum locum Fridericus Balduinus. Et recte obſervat Hugo Grotius *de imper. ſumm. pot. circa ſacr. c. 11. n. 16.* nullibi alias memorari novum hoc Presbyterorum genus, qui adminiſtrationem ſacramentorum non haberent, ſed tantum προεςῶτες eſſent, nullibi apparere, quo auctore, qua occaſione cœpiſſet, nec putandum eſſe, quod uno tantum hoc in loco, ubi de munerum Eccleſiaſticorum generibus ſermo inſtitutus non eſt, Eccleſiaſtici regiminis pars neceſſaria inſinuata fuerit. Simpliciſſima igitur ex mente Grotii loci Paulini explicatio hæc eſt: omnibus quidem Presbyteris ſtipendia deberi, ut qui præſint Eccleſiæ, h. e. gregem dominicum paſcant; ſed illis præcipue, qui omni cura rei familiaris negle-

nedicit, & de occultis peccatis pœnitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi potestatem habet. Episcopo permittente, (h) aut ultima cogente necessitate, & baptizatos sacro linire chrismate, & virgines DEO dicare, Presbyteris conceditur. Ecclesias vero erigere, consecrare, reconciliare, sacrum chrisma conficere, Clericos ordinare, excommunicare, pœnitentes publice reconciliare, solis Episcopis reservatur. (i)

(h) *can. 1. & seq. 26. quæst. 6. & can. presbyt. seu. de consecr. dist. 4.*

(i) *d. can. quamvis. dist. 68. can. 1. vers. ad Episcopum 25. dist.*

DE IIS, QUI IN SACRIS SUNT CONSTITUTI.

TITULUS XXII.

In sacris constituti sunt Diaconi, & Subdiaconi, & Diaconi debent Episcopum custodire, sacerdotibus celebrantibus assistere, novum testamentum prædicare: Eucharistiam vero præsente Episcopo vel Presbytero, populo erogare non possunt.

§. I.

SIcut autem Episcopis Presbyteri, ita etiam (a) utrisque debent obedientiam (311) Diaconi (312) ad quos Episco-

(a) *can. Diaconi*

cta uni studio Evangelii propagandi incumbunt, nullique labori parcunt. Conf. Claud. Espencæus *ad eundem Pauli locum.* Z.

TITULUS XXII.

ad §. 1.

Superbia Diaconorum. (311) Eam plurima inculcant conciliorum decreta, quibus occasionem præbuisse videtur diaconorum seculo quarto affectata superbia. Erant sane suo cum Episcopis & Presbyteris inter Ecclesiæ summitates loco, uti loquitur Felix III. *epist. ad univers. Episc.* ne tamen adversus Presbyteros, qui ipsi etiam ab Episcopis jam subacti

Episcopum prædicantem ab insidiis custodire pertinet, septi §. ut igitur dist. 93. & can. seq.

acti erant, cristas erigerent, ubique infra subsidere iisdemque non secus ac Episcopis ministrare jussi sunt. Z.

(312) I. Diaconorum officium cœpit post plantatam jam Ecclesiam cum ea numero fidelium crevisset & unus omnibus ministerii officiis obeundis amplius non sufficeret. Apostoli enim ab initio non verbi tantum ministerium & Sacramentorum curarunt ipsi, sed eleemosynarum etiam collectionem & dispensationem. Postea vero crescente numero discipulorum, partem illam ministerii, quæ ad eleemosynas pertinet, aliis, quos diaconos nominarunt, commendarunt. Ex quibus tamen successu temporis eos, qui probati erant, assumserunt ad ministerium docendi, & graviora illis officia deinceps crediderunt. Prima igitur sui origine Diaconi præfecti erant thesauris Ecclesiæ, ut inde pauperum & præcipue ministrorum Ecclesiæ sustentationem curarent. Postea diaconi etiam ad sublevandam partem aliquam ministerii Episcopi & Presbyterorum adhiberi cœperunt, ut ad prælegendum aliquid ex Scriptura, ad docendum, exhortandum &c. Solebant etiam monere populum, ut intenti essent, & corda haberent ad Dominum, item pacem annunciare, parare ea, quæ pertinent ad administrationem Sacramentorum, distribuere populo Sacramenta, ordinandos deferre ad Episcopum, de iis, quæ ad disciplinam pertinent, monere Episcopos &c. Z. *Diaconorum origo & progressus.*

II. Scripsit postea anno 1678. Zieglerus eruditum tractatum de Diaconis & Diaconissis, ex quo multa ad illustranda ea, quæ hic in notis ad Lancelottum disseruit, desumi possunt. Contenta ejus potissima hic saltem per indicem recensebo. Postquam igitur *Cap. 1.* de summa hominum Ecclesiam facientium divisione, qua dicuntur esse vel Clerici vel Laici deque distinctione Clericorum inter se, & de eorum ordinibus egisset, in *cap. 2.* de nomine Diaconi & vocabuli ejus usu, & cur Levitæ vocati sint, tractat. *Cap. 3.* exponit originem Diaconorum, & primum eorum officium. *Cap. 4.* docet, qui *Tr. Ziegleri de Diaconis & Diaconissis Synopsis.*

&

net, ne aut ipſe quoquo modo lædatur, aut divina verba

& à quibus electi fuerint Diaconi. Diaconorum numerus, *cap. 5.* ordinatio, *cap. 6.* ætas Diaconatui apta, *cap. 7.* officium & miniſterium in ſacris, *cap. 8.* conditio & ſtatus in Conciliis & Synodis, *cap. 9.* obſervantia & alia officia, quæ Epiſcopis & Presbyteris debuerunt, *cap. 10.* officium erga Parochianos & alios, *cap. 11.* veſtitus, *cap. 12.* ſtatus domeſticus & vita privata, *cap. 13.* conjugium, *cap. 14.* vitia & delicta *cap. 15.* denique forum competens, *cap. 16.* ex Antiquitatibus Eccleſiaſticis explicantur. Archidiaconorum originem ac officia, quantum obſcuritas ejus doctrinæ permittit, exhibet *cap. 17.* Ad Subdiaconos progreditur *caput 18.* & *capite ultimo* diſſertatio de Diaconiſſarum ortu, officiis ac cauſis interitus toti tractatui finem imponit. T.

Gradus miniſtr. Eccleſ. nec ſimpliciter ſunt neceſſarii, nec neceſſaria eorum abrogatio.

III. Quoniam in Eccleſia N. T. primitiva fuerunt Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi &c. ideo quæritur, an diſtinctio hæc graduum ſit ſimpliciter neceſſaria? Et omnino quæſtio neganda. Nam præceptum nullum reperimus in ſacris, & nulla apparet ratio, cur non paſtores inter ſe æquales eſſe poſſint, & apud Politicos in ſtatu optimatum, quamvis & ibi ordo aliquis reperiatur. Et videtur mihi talis æqualitas inter Apoſtolos ipſos, inter quos licet donis impares, nullus videtur ordo, niſi quis cum Romano Catholicis Petro primatum datum ſentiat, quod à noſtris tamen ſimpliciter negatur. Ideoque ſimplicem neceſſitatem nego. Sed hoc certum eſt, fuiſſe talem ordinem in antiqua Eccleſia per aliquot ſecula. Nam in Apoſtolica Eccleſia jam dum fuerunt Apoſtoli, alii fuerunt Prophetæ, alii Evangeliſtæ, alii Paſtores & Doctores *l. Epheſ. 4. v. 11. 1. Cor. 12. v. 18.* Et ſane, ſi Epiſcopatus ordinem vellemus damnare, impietatis & ſtultitiæ argueremus totam Eccleſiam veterem, ut ait Grotius *in tract. de Summa Poteſtate in ſacra c. 11. pag. 312.* Et Diaconorum inſtitutio ab Apoſtolis facta, ſatis docet, non eſſe divini præcepti Miniſtrorum æqualitatem. *Grot. d. l.* qui de antiquitate & Apoſtolica inſtitutione Epiſcoporum dubitantes remittit ad Concilia univerſalia &

ba per detractores polluantur. (313) Sacerdotibus quoque

& provincialia, quorum nullum fere est, quod non manifesta Episcopalis eminentiæ signa præferat, ut loquitur Grotius *d. l. pag. 314.* ubi laudat Hieronymum, non Episcopum, sed Presbyterum, qui ait in toto orbe decretum esse, ut unus de Presbyteris electis cœteris superponeretur, ad quem omnis cura Ecclesiæ pertineret. Sed non est ut in re certa adducamus testimonia plura. B. *I. VI. XI. 1. & 2.*

(313) Pertinent huc ex *cap. 9. & 10.* tractatus Ziegleriani *de Diaconis* sequentia. Supposito, atque exemplo concilii Apostolici *Actor. XV.* demonstrato, quod in conventibus sacris de controversiis fidei & disciplina Ecclesiastica, judices ex omnibus Ecclesiæ ordinibus, sive sint Clerici sive Laici admittendi sint, qui judicandi facultate pollent, sequitur etiam, Diaconos esse admittendos, & exemplis variis ostenditur, eos etiam ab Ecclesia, quæ post Apostolica tempora floruit, fuisse admissos; potissimum exemplo Athanasii, qui concilio Niceno ut Diaconus interfuit, atque magnam rerum ibi gestarum partem sustinuit. Postquam vero Episcopi sua, quam jure divino habebant, potestate non contenti, ambitionis nec modum nec finem ponerent, & singuli quique per potentiam Episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque Ecclesia vendicaverant, totum, quod Levitarum erat, in suos usus redigerent, & cunctis auferrent universa, ut conqueritur Hieronymus, *c. diaconi 23. dist. 93.* Diaconis etiam in conciliis os obturatum & vox interclusa fuit. Imo vero, ne aliquis esset in posterum inter eos, qui conari tale quid posset, non eruditis amplius Diaconatus officium conferebant Episcopi, sed indoctis plane, & in scriptura sacra parum exercitatis, dum legendi tantum facultate pollerent, in hoc unico, ut Evangelium atque Epistolas Paulinas legere possent, Diaconi officium consistere putantes. Fuit etiam hoc Diaconorum in conciliis officium, ut adventantes in concilium introducerent. Imo aliquando in conciliis Episcoporum suorum vices sustinuerunt, & decretis Synodalibus subscripserunt, quod

Diaconi ut judices olim interfuere conciliis.

Postea ab hoc officio per Episcoporum ambitionem exclusi.

Alia Diaconorum officia in Conciliis.

quod postea in Concilio Emeritensi *cap.5*, fuit prohibitum. De eo non est dubium, in conciliis & Synodis Notariorum munere functos fuisse Diaconos. Olim igitur, cum inter Episcopos & Presbyteros nulla adhuc differentia esset & ex duobus tantum his ordinibus, Presbyteris scilicet & Diaconis tota hierarchia Ecclesiastica constaret, observabatur quidem inter eos aliqua dignitatis prærogativa, sed mutua tamen charitate se invicem complectebantur, mutuisque auxiliis sibi invicem subveniebant. Postquam autem plus sibi sumere Episcopi & suam quotidie supra Presbyterorum ordinem augere dignitatem cœpissent, & Presbyteri similiter ad imitationem Episcoporum eminere supra alios vellent, factum est, ut Diaconi tandem extra omnem dignitatem positi non reverentiam tantum utrisque, sed alia etiam officia præstare cogerentur. Huc pertinet *can. 23. & 24. dist. 93.* Quod autem Diaconi tantam dignitatis suæ jacturam fecerint, videntur ipsimet fortunæ suæ fabri extitisse, dum adversus Episcopos suos sæpissime insurrexerunt & reverentia omni posthabita pessime iis insultarunt, atque sic disciplinam Ecclesiasticam magno cum scandalo everterunt. Unde necesse deinceps fuit, cum in ordinem redigi aliter non possent, ut à dignitate, qua superbiebant, dejicerentur & multo inferiore postea loco haberentur, quod docet Cypriani *Epist. 9. lib. 3.* cujus fragmentum exhibet *can. pen. dist. 93.* ubi inter alia constitutum, ne Diaconus in medio Presbyterorum sedeat, ne videlicet supra eos videatur sedere; imo postea in Concilio Carthaginensi IV. *can. 39. & 40.* etiam in conventibus Presbyterorum privatis Diaconi sine jussu & permissu Presbyterorum sedere, nec sine eorum interrogatione loqui debuerunt, *can. 19. dict. dist.* quod tamen cum facere negligerent Diaconi, prohibitio illa subsequentibus temporibus sæpius repetita fuit. Etiam Presbyteri aliquando cum Diaconis in conspectu Episcoporum steterunt, idque factum legitur in concilio Romano anno 324. uti constat ex ejus *cap. 1.* Fecit autem ista standi Diaconis imposita necessitas, ut cum refractarii illi quam sæpissime essent, & difficulter id jugum admitterent, Presbyteri rigide hunc sibi honorem exposcerent, nec satis exhiberi crederent, nisi ipsi perpetuo sederent, & subselliis quasi affixi essent, Diaconis perpetuo stan-

Qua ratione Diaconi Episcopis & Presbyteris subjici cœperint.

Etiam propria sua culpa.

Diaconi sine presbyterorum permissu nec sedere nec loqui debuerunt.

Presbyterorum fastus cum Evangelium legeretur.

que celebrantibus (*b*) in omnibus assistent, (314) Evan-

(*b*) *can. 1, vers. ad diacon.*

stantibus. Et eo tandem pertinax utriusque ordinis contentio progressa est, ut etiam cum stantes officio suo fungerentur Diaconi, & Evangelium coram populo legerent, Presbyteri tamen minime à sessione exurgerent, quod postea Anastasius I. Papa *an. 398.* emendare constituit. Inter officia Episcopo à Diaconis debita etiam hoc fuit, quod semper præsto esse aliqui debuerint, & perpetui comites atque observatores *c. jubemus de consecr. dist. 1. can. cum pastoris 2 q. 7.* Hieron. *lib. 14. in Ezech. c. 48.* Porro Episcopi ut eo minus promti & ad resistendum idonei essent Diaconi, ferocemque animum deponerent & colla submitterent, paulatim servilibus ministeriis imbuere eos & famulis pares facere conati sunt, idque sub religionis & sacri cultus prætextu. Nulla enim unquam adeo scelesta cupiditas fuit, quæ turpitudinem suam religionis colore non occultaverit. Constitutum quippe fuit inter alia Concilio Bracarensi III. ann. 675. ut illa detestanda præsumtio abrogetur per omnia, secundum quam quidam Episcopi antea, in solennitatibus Martyrum ad Ecclesiam progressuri, reliquias quasdam collo suo imposuerant & ut majoris fastus apud homines gloria intumescerent, quasi ipsi essent reliquiarum arca, per Diaconos albis indutos in sellulis se deportari curaverant. Cæterum quæ hic Lancelottus dicit, quod Diaconi debeant custodire Episcopum prædicantem ab insidiis, haustum est ex epistolis Anacleti *Epist. 1* Evaristi Papæ *Epist. 1.* ex quarum priore excerptus est *canon. Episcopus 56. dist. 1. de consecrat.* eamque custodiam explicat Turrianus, ut duo Diaconi Episcopo essent ad dextram, duo ad sinistram, duo retro, & unus à fronte, quamvis alibi varier, propterea notatus à Blondello *in Pseudo Isidoro p. 117.* simul docente, istas Paparum epistolas spurias esse & supposititias. Unde recte infert Zieglerus *d. l. c. 8.* §. 27. quicquid ex illis de custodia Episcoporum refertur, non ex antiquioris, sed multo recentioris Ecclesiæ ceremoniis petitum videri. T.

Episcoporum ambitio pallio religionis tecta.

Custodia Episcoporum per Diaconos.

(314) Distinctius illa explicantur in *canone perlectis dist. 25.* &

Ministeria Diaconorum

num. dist. 25. Evangelium ad populum prædicabunt.(315) Sed nec baptizare (c) præsente Episcopo aut Presbytero, nec Dominici corporis Eucharistiam populo erogare audere

(c) can. constat. de

---

in administratione Eucharistiæ. & *can. Diaconi dist. 93.* quos canones commentario illustravit Zieglerus *de Diaconis cap. 8. §. 24. seq.* Nimirum per Sacerdotes, quibus ministrare debeant Diaconi, intelliguntur tum Episcopi tum Presbyteri. Diaconorum munus fuit patenam & calicem à subdiacono accipere ac in altari reponere, quæ vasa olim vitrea & quandoque lignea fuerunt. Debebant Diaconi in patena & calice inferre oblationes, id est elementa Evcharistiæ, panem & vinum, quæ oblationes dicebantur, quia olim sumebantur ab iis esculentis & potulentis, quæ offerebantur à communicantibus. Debebant Diaconi mensam Domini componere & vestire scilicet linteis, quibus jam olim altaria tegi & ornari consueverunt; debebant crucem ferre in sacris processionibus quod tamen sæpe etiam ab honoratioribus factum. T.

Diaconorum prædicatio & alia ministeria tempore cultus divini. (315) Eod. *cap. 8. §. 1. usque ad 11.* Zieglerus ostendit, Diaconos jam Apostolorum tempore admissos fuisse ad prædicandum in Ecclesiis, referens simul ea de quæstione controversiam inter Saraviam & Bezam, ac Saraviæ partes defendens. Agit etiam Isidorus de hoc officio prædicationis Evangelii *d. can. perlectis dist. 25.* per quam prædicationem non intelligi simplicem lectionem adversus Glossam docet Zieglerus *ibid. §. 34.* ubi & *§. 36. seq.* explicat reliqua officia Diaconorum ad cultum sacrum prædicationis pertinentia, nimirum officium precum, quod non de horis canonicis intelligendum, sed de precibus præviis ad fidelium animos præparandos, item de precibus pro catechumenis, energumenis, baptismum petentibus, (ubi plura ex antiquitate Ecclesiastica de cathechumenis energumenis & pœnitentibus suppeditantur, ac cur hi olim ab eucharistiæ administratione exesse jussi fuerint §. *40. ad 54.*) officium denunciationis, ut catechumeni, energumeni & pœnitentes tempore sacræ

dere debent, nisi prædictis omnibus longius fortasse constitutis, necessitas ad id extrema eos compellat. (316) *consecr. dist. 4.*

Pri-

cræ communionis exirent, quæ denunciatio missa dicebatur, ob formulam; ITE MISSA EST; officium recitationis nominum. Olim enim in precibus, quas sacerdos ad altare faciebat, commendabantur nomina eorum, quorum erant oblationes, & pro quibus intercedendum erat apud DEum cum clamore: officium pacem annunciandi per formulas, *pax vobis*, aut Dominus vobiscum, quamvis posterior formula postea Diaconis ademta fuerit. Subjiciuntur alia officia diaconorum ex constit. Apostolicis *l. 2. c. 57. Lib. 8. cap. 11. & 12.* Scilicet cura circumspiciendi, an quis loco decenti sedeat, ne quis murmure obstrepat, dormitet, aut nutus faciat, ne pueri qui apud suggestum stant, turbent ordinem; cura standi ad januas, ne quis egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis; cura tenendi flabella, ut parva animalia volitantia abigant ne in calicem incidant &c. T.

(316) In administratione Sacramentorum, quæ partes fuerint diaconorum non usque quaque constat. Olim dispensasse aut distribuisse quidem Diaconos panem, vinum & aquam, concedit Zieglerus *d. c. 8. §. 12. seq.* ob autoritatem Justini Martyris *apol. 2.* & Cyprian. *serm. 5. de lapsis*, sed an etiam consecraverint sacramenta, ut Johannes Ivellus, Episcopus Sarisburiensis adversus Thomam Hardingum *art. 2. p. 87.* probare voluit, valde dubitat & ad argumenta Ivelli distinctim respondet, ac tandem § *18.* concludit, planiorem sibi videri sententiam eorum, qui putant Diaconos nullam habuisse potestatem consecrandi sed conferendi tantum, exhibendi & dispensandi Eucharistiam, argumento *Epist. 85.* Hieronymi. Imo videtur illa dispensandi potestas sequentibus temporibus restrictior facta, ut non competeret, nisi ex speciali concessione Episcopi vel Presbyteri, aut illis absentibus. Et quidem absentiæ causam justam facit permissionis ejus rationem Gelasius I. Pontifex *can. diacones dist. 33.* Ubi

Olim Diaconi distribuerunt Sacramenta, non consecrarunt.

Postea & potestas distribuendi restricta.

 ve-

Primitiva Ecclesia non habuit Subdiaconos, & apud antiquos Subdiaconatus non reponebatur inter sacros ordines: sed postea & is ordo inter sacros cœptus est haberi, & Subdiaconus potest eligi in Episcopum.

§.2.

vero Presbyter præsens erat, & consecratio & exhibitio eucharistiæ ad eum spectabat, ut proprium ejus officium. Chrysost. *homil 46. in Matth.* Alicubi tamen faciliores erant Presbyteri, & traditionem Diaconis relinquebant, ut hæc veluti summa dignitas esset, quam Diaconus in sacris administrandis sustineret. Factum vero deinde est, per constitutiones Ecclesiasticas, ut nihil omnino expediri a Diaconis posset, nisi ex præscitu & consensu Episcopi. Primum & præcipuum Diaconorum munus hoc fuit, ut in eleemosynis distribuendis occupati essent. Et tamen successu temporis ne in hoc quidem agere quicquam licuit, nisi conscio & autore Episcopo, siquidem credendum quod legitur in constitutionibus, quæ dicuntur Apostolicæ *lib. 2. c. 31.* Ita Philippus sine præscitu Apostoli alicujus baptizasse legitur *Act. VIII. 12. 38.* Et tamen in Concilio Eboracensi anno MCXVI. constitutum legitur: *Decrevimus etiam, ut non nisi summa & gravi urgente necessitate Diaconus baptizet, vel corpus Christi cuipiam eroget, vel pœnitentium confitenti imponat, ut juxta paternorum tenorem canonum huic ordini sacerdotali proprie convenire decernat antiquitas.* Imo vero multo ante seculo nimirum tertio Tertullianus de *baptism. c 17.* diserte scribit: *Superest ad concludendam materiolam, de observatione quoque dandi & accipiendi baptismum commonefacere. Dandi quidem habet jus summus Sacerdos, qui est Episcopus, dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi autoritate propter Ecclesiæ honorem, quo salvo salva pax est.* Et Hieronymus *dialog. advers. Luciferian.* *Sine chrismate & Episcopi jussione neque Presbyter, neque Diaconus ius habent baptizandi.* Eadem ratione concillum Carthaginiense IV. *c. 38.* apud Gratianum *dist. 93. c.* *præ-*

Quo tempore restrictio hæc nata sit.

§. 2. Subdiaconos (*d*) licet & Ecclesia primitiva(*d*) *c. à multis de* le-

præsente, non aliter admittit Diaconum ad dispensationem eucharistiæ præsente Presbytero, nisi jussum, & necessitate exigente: *Ut Diaconus* inquit, *præsente Presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.* Fecit ea res, ut cum nulla adhuc in transgressores, pœna Ecclesiastica statuta esset, disceptaretur inter Episcopos, quæ huic delicto proportione sufficiens esse posset. Quæsitus ea de re Fulbertus Carnotensium Episcopus in *Epist. 36.* quam ad Guidonem Coepiscopum scripsit, hunc in modum ratiocinatur: *Si Diacono qui se Presbyterum simulavit, missamque celebrare præsumsit, modum pœnitentiæ in divinis legibus proprie statutum non invenimus, per ratiocinationem similium sic æstimare possumus. Chore, Dathan & Abiron judicio DEI condemnati & horribili morte multati sunt, eo quod Aaron Sacerdoti se comparare, ejusque officium usurpare præsumserunt. Hic autem Levita more illorum illicite sibi sacerdotium usurpavit. Quis ergo in isto dubitet esse mortale commissum, qui in illis DEO judice videt morte punitum? At quia jam Salvator noster, qui venit salvare, quod perierat, non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, clementer agitur, ut degradentur hujusmodi & inter Laicos pœnitentiam agant &c.* Credo ego potissimam & Legis Ecclesiasticæ, quæ mere positiva est & tantæ severitatis in transgressores exercitæ causam fuisse, ut hac ratione ἀλαζονεία diaconorum comprimeretur, ne quando animos resumerent adversus Episcopos & Presbyteros, quos non unis vicibus indignis modis exceperunt. Qui hodie inter Canonistas excellunt, ita docent, potuisse quidem in Ecclesia primitiva Diaconos propter penuriam ministrorum solenniter baptizare, sed hodie ratione officii id facere non posse, ne quidem in extrema necessitate, nisi de licentia Episcopi vel Presbyteri, ita ut in irregularitatem incurrant, si solenniter baptizare ausi fuerint sine tali consensu, ut maxime habuerint consensum parochi.

Pœna gravior in Diaconos statuta.

Hodiernorum Canonistarum doctrina.

ætate & qualit.

legatur habuisse,(317) talis tamen ordo apud antiquos inter

rochi. Absente vero Episcopo ac Presbytero, ac necessitate cogente posse Diaconum non solenniter baptizare, h. e. privatim, similiter non posse ratione officii Eucharistiam fidelibus ministrare, posse tamen data necessitate & in absentia sacerdotis, aut in ejus præsentia, si id jusserit, Aug. Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. c. 35. n. 29. seq.* Petr. de Ledesma *de sacram. cap. 6.* Antonin. Diana *part. 5. tr. 3. resol. 28.* Sed qui tamen ipsi inter se & cum aliis non usquequaque consentiunt. T.

ad §. 2.

Cur Subdiaconi introducti?

(317) I. Conqueritur Hieronymus ad Rusticum Narbonensem, talia multa diaconis in Romana præsertim Ecclesia imposita fuisse, præter Apostolicam disciplinam, & præter morem aliarum Ecclesiarum: ut ita primum & verum diaconorum officium in diaconis ferme obliteratum fuerit. Quia enim novis illis officiis diaconi occupabantur, substituti fuerunt illis subdiaconi, qui oblationes fidelium, quæ pro sustentatione pauperum & ministrorum contribuebantur, colligebant. De aliis eorum conditionibus videri possunt Claudius Espencæus *l. 1. digress. c. 7.* Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 2. c. 4. n 59. seq.* Et quos allegat Augustinus Barbosa *ad c. nullus dist. 60 n. 4* Z.

Quando?

II. Adscribitur vulgo Fabiano Pontifici, quod seculo tertio pene adulto fecerit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integrum colligerent. Atque id non tantum in libro Pontificali refertur, sed etiam ipse de se totidem verbis jactitat Fabianus in *Epist. 1.* Nempe Clemens Romanus Pontifex (ita fertur) certos constituit notarios, qui res à martyribus privatim aut publice gestas describerent. Ea deinceps acta Pontifex Antherus diligenter conquisivit, & ne vel interirent, vel ab Ethnicis corrumperentur, in Ecclesia recondidit. Hæc ita sancte creduntur in Ecclesia Latina. Sed cum tota Fabiani Epistola conficta sit, uti eleganter ostendit David Blondellus *in Pseudo Isidoro, p. 286.* & Pontificale

inter sacros non annumerabatur: (318) paulatim tamen post aliquot temporum curricula cœptus est & subdia cona-

le Damasi tale non sit, ut cum eo velis in tenebris micare, vix erit, ut assertum istud inter homines libertati suæ relictos fidem inveniat. Quam depravata & corrupta, quibusque fabulis & mendaciis referta sint martyrologia, inter eruditos constat, & videri obiter poterit Johannes Dallæus *de vero usu Patrum cap. 4.* Fatetur ipse Melchior Canus *loc. Theolog. lib. 6. Dolenter* inquit, *dico potius quam contumeliose, multo à Laertio severius vitas philosophorum scriptas, quam à Christianis vitas sanctorum, longeque incorruptius & integrius Suetonium res Cæsarum expressisse, quam exposuerunt Catholici non res dico Imperatorum, sed martyrum, virginum & confessorum.* Adde Blondellum *Apol. de Episc. & Presbyter. præfat. p. 32.* Z. *de Diacon. c. 18. §. 1. in fine & §. 9.*

(318) I. Ordinem definiunt Canonistæ, quod sit Sacramentum, a Christo institutum, quo quibusdam ceremoniis & rebus traditur potestas spiritualis ordinando conficiendi Eucharistiæ Sacramentum, vel ad ministrando in ordine ad illud, Navarr. *in Manual. c. 25. n. 17.* Eos vel majores faciunt vel minores. Majores peculiari ratione vocant sacros, quod versentur proxime circa materiam consecratam, seu res sacras contingant. Subdiaconatum igitur ideo inter sacros olim non fuisse numeratum volunt, quia olim non fuit concessum Subdiacono tangere vasa sacra; hodie vero numerari, quia circa vasa consecrata nunc occupetur. At enim quod Ordo sit Sacramentum, gratis dicitur, & sine fundamento, ut dicemus libro secundo. Et posito, esse Sacramentum & quidem à Christo institutum, quomodo hoc competet subdiaconatui, qui post Christi demum ascensionem cœpit? aut certe in Ecclesiæ erit potestate Sacramenta condere. Sed neque istud satis convenit, sacramentum esse, nec tamen sacrum esse. Si enim à primis suis initiis Subdiaconatus fuit sacramentum, quidni & ordo sacer fuisse dicatur. Nec enim eo tempore, quo subdiaconatus pri- *Doctrina Canonistarum de distinctione Clericorum male cohærens.*

 mum

conatus inter sacros ordines reponi, eisque ad similitudinem tam Presbyterorum, quam Diaconorum continentia (e) fuit imperata. (319) Cumque à multis, an

(e) *can. 1. dist. 28.*

mum institutus est, vel ordines in majores & minores distincti, vel quidam eorum peculiari ratione sacri dicti fuerunt, sed omnis ea distinctio inventum est Ecclesiæ sequioris. Fateor tamen prohibitos fuisse subdiaconos in Concilio Laodiceno habere locum in Diaconio & dominica vasa contingere, prohibitos etiam fuisse uti orario & ostia, vel ut legit Gratianus *c. ministrum 28. dist. 23.* hostias relinquere, prohibitos itidem fuisse panem dare vel calicem benedicere, uti ea omnia legi possunt *c. 21. 22. & 25.* Concil. Laodicen. Subdiaconatum autem eo tempore pro sacro habitum non fuisse nullibi legitur. Z.

Subdiaconi cur olim inter ordines sacros non relati.

II. Fluctuat etiam Barbosa *de jure Eccles. l. 7. c. 37.* in inquirenda ratione, cur olim subdiaconatus sacris ordinibus annumeratus non fuerit. Modo enim dicit, id ideo factum, quia in Concilio Laodiceno *c. 21.* Diaconi prohibiti fuerint ingredi in sacrarium & dominica vasa contingere, modo, quia ordo sacer ille dicatur, qui habeat annexum votum castitatis, subdiaconatum vero primis temporibus ad votum castitatis non fuisse alligatum, in quarum utramque inquirit Zieglerus *de Diacon. c. 18. §. 4. & 5.* T.

Impie Clero matrimonium prohibitum.

(319) I. Impie & contra præceptum divinum ex instinctu plane diabolico *1. Tim. IV. 3.* Et vere tyrannicum est, ob solam hujus interdicti non observationem, non Ecclesiasticis tantum pœnis, sed corporis etiam afflictivis clericos punire, quibus ab Hildebrando, aliisque præsulibus plurimos subjectos, quin & vivos combustos, testatur Claudius Espencæus *lib. 1. de continent. c. 12. fol. 696.* Illud vero Anti-Christianum hoc interdictum magis aggravat, quod non Pastores tantum in officio constitutos matrimonio prohibeant, sed clericos etiam alios, si maxime per universam vitam ad nullum officium Ecclesiasticum adhibeantur, sed titulares tantum & larvati obambulent,

ordi-

an in Episcopum subdiaconus eligi valeret, hæsitaretur,

ordinem dehonestantes magis quam decorantes. Cum tamen rationem prohibitionis potissimum reddant istam, quod mundos esse conveniat eos, qui sacra & sancta contrectant. Atqui hæc non contrectant Presbyteri & Episcopi titulares. Add. quæ dixi infr. *ad lib. 2. tit. 12. §. item voti* &c. Sed nec illud prætereundum est circa id, quod de diaconis hic dicitur, in synodo Ancyrana constitutum fuisse, ut diaconis, si in ipsa ordinatione protestati fuissent, se velle matrimonium contrahere, nec posse se continere, postea uxorem ducere & nihilominus in ministerio manere liceret *c. diaconi dist. 28.* Laxiores igitur eo tempore fuerunt continentiæ leges, quam inter hodiernos pontificios. add. *c. si quis 15. dist. 28. c. 13 dist. 56.* Z.

II. Laudanda bona fides Gratiani qui *c. fors. 26. q. 5.* agnovit, copulam sacerdotalem nec Legali nec Evangelica vel Apostolica autoritate prohiberi, sed nec Ecclesiastica lege interdici. Quæ verba sunt Canonistis sudes in oculis, adeo, ut eis non esse credendum plane irrationabiliter asserant. Suffragatur Gratiano Thomas Cajetanus *opusc. Tom. I. op. 27.* Illud etiam observandum est, institutum Romanæ Ecclesiæ de continentia & castitate Clericorum difficulter admodum fuisse admissum in aliis provinciis & territoriis. Integrum fere elapsum erat sesquiseculum, ex quo Leo Papa primus Subdiaconis continentiam imperaverat. Sanctio ista legitur in *Epistola ejus 84.* quæ est ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum. In Sicilia tamen Romæ tam vicina usque ad Gregorium M. nihil tale obtineri potuit, & coactus fuit ipse Gregorius temperare rigorem illum ab Episcopis Siculis in subdiaconos suos usurpatum. Et observat insuper Baronius ad ann 589. n. 48. non in Sicilia tantum, sed & in Hispania continentiam subdiaconis minime ante ista tempora imperatam fuisse, idque probari sibi putat, ex Canone quinto Concilii Toletani eo anno habiti, quod tertium vulgo dicitur, ubi Sacerdotes tantum atque Diaconi absque uxoribus caste vivere admonerentur. Z. *de Diac. cap. 18. §. 5. 6. 7.*

Quando Subdiaconis continentia imperari cœpta.

(f) *d. c. à multis.* tur, noviſſime (f) poſt Urbanum Innocentii proceſſit conſtitutio, quæ ut is quoque in Epiſcopum libere eligi valeat, declaravit ac ſtatuit. (320)

Circa quæ verſetur officium Subdiaconi.

(g) *can. 1. verſ. ad ſubdiac. diſt. 25.* §. 3. Diaconum (g) igitur ſubdiaconus ſubſequitur: (321) ad quem calicem & patinam ad altare deferre (322) pertinet, & Levitis (323) tradere, eisque miniſtra-

---

Quando ad Epiſcopatum admiſſi. (320) Anno demum 1091. ab Urbano II. permiſſum fuit, ut Subdiaconus in Epiſcopum eligi poſſet. Nempe ad id usque tempus Presbyteri tantum aut Diaconi ad Epiſcopatum admiſſi fuerunt. Cum vero tempore Urbani II. in concilio Beneventano (cujus canones edidit Stephanus Baluzius in addit. ad Pet. de Marca *de concord. Sacerd. & Imper. l. 8. c. 13.*) disquireretur, an non etiam Subdiaconis honor ille conferri poſſet, placuit Epiſcopis & Abbatibus cum Pontifice ibi congregatis, etiam hos admitti poſſe, non tamen niſi rariſſime, & cum conſenſu ſuperioris ſive Pontificis Romani ſive Metropolitani. Verba refert *Gratianus c. 4. diſt. 60.* Cum vero nihilominus poſt integrum ab Urbano ſeculum, tempore Innocentii III. adhuc dubitaretur, num Subdiaconus capax honoris Epiſcopalis eſſet, Pontifex adducto hoc Urbani decreto, in eandem ſententiam ivit, & deciſione ſua dubitationem omnem ſuſtulit, *c. 9. X. de æt. qual. & ord. præf.* Z. *de Diacon. c. 18. §. 8.*

ad §. 3.

An hodie dentur Subdiaconi? (321) Quemadmodum non in Eccleſia minus, quam in Rep ut ordo obſervetur, naturalis jubet ratio, ita poſtquam Diacono ſuccenturiatus eſt alius, illum huic anteponi, & hujus munus certis limitibus includi juſtum fuit. In noſtris tamen Eccleſiis hodie Subdiaconos ejusmodi haberi non memini. Z.

Officium ſubdiaconorum. (322) Prolixius iſtorum officium exponit. *Ivo Carnotenſis ſerm. 2. de Eccleſ. offic. Quinto loco ordinantur ſubdiaconi, qui jam*

ſtrare. Vrceolum quoque, & aquam, mantile, & manuter-

jam miniſterio Altaris approximant, quia vaſa ſanguinis & corporis Chriſti portant. Unde lex continentiæ eis imponitur, quatenus impleant illud Prophetæ; mundamini, qui fertis vaſa domini, id eſt ut & ſe ipſos exhibeant vaſa in honorem, non in contumeliam: & vaſa iſta, quibus miniſtratur corpus Domini, deferant ad altare & referant ab altari ad DEI gloriam, ſcilicet ut fugiant omnem carnis immunditiem. Iſti miniſtrant officiis Levitarum & in templo Domini oblationes ſuſcipiunt à populis. Ad iſtorum proviſionem pertinet tantum de oblationibus ponere in altari quantum poſſit populo ſufficere. Ad horum pertinet officium, corporales, pallas & ſubſtratiora lavare & aquam in baptiſterium ingerere. Hi cum ordinantur accipiunt patenam vacuam & calicem vacuum de manu Epiſcopi. De manu vero Archidiaconi accipiunt urceolum cum aqua, mantile & manutergium, quibus mundare debent manus ſacerdos & Levita tractaturi dominica ſacramenta. Hoc officio uſus eſt Dominus, quando facta cœna cum diſcipulis linteo ſe præcinxit & mittens aquam in pelvim pedes diſcipulorum lavit & linteo extersit, &c. De ſalvatore Chriſto quod addit, ex lepido iſto venit commento, quod Chriſtus ipſe per omnes ordines tranſierit, cujus alias mentionem fecimus. Cæterum & Iſidori & Ivonis tempore multa jam ſuperſtitio occupaverat Eccleſiam, nec dubium mihi eſt, ſimplicius multo & ad mandatum divinum accommodatius ab initio fuiſſe ſubdiaconorum officium & ſucceſſu temporis cum ipſa Eccleſia à priſtina illa ſimplicitate degeneraſſe. Adde *Cap. Subdiaconus diſt. 23. Z. de Diacon. c. 18. §. 2. 3.*

(323) I. Id eſt Diaconis, qui ita quandoque à Patribus dicti fuerunt. Quia enim Presbyteri in N. T. ἱερουργοῦσι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, Rom. XV. 16. i. e. Evangelio tanquam ſacro cuidam operantur, populo precanti in cœtu publico verba præeunt, imo ad pres- *Diaconi cur Levitæ dicti.*

 byte-

nutergium tenere, Episcopo, Presbyteris, & Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbere. (324)

Subdiaconus potest quis ordinari in decimo octavo anno, Diaconus in vigesimo, Presbyter in vigesimoquinto.

§. 4. Sicut autem subdiacono minus creditur, quam diacono: & diacono minus, quam Presbytero committitur: ita ad subdiaconatum minor ætas, quam ad diaconatum, & ad diaconatum minor, quam ad presbyteratum suffragatur. Poterit igitur hodie (*h*) quis, nisi aliud Canonicum obsistat impedimentum, decimo octavo natus anno ad primum sacrum ordinem,

(h) clem. fin. de ætate & qualitate.

byterorum preces, ut Hieronymus loquitur, Christi corpus sanguisque conficitur, i. e. materia panis & vini proposita talis efficitur, ut sumpta sit κοινωνία corporis & sanguinis Christi, qualis non esset, nisi Presbyterorum benedictio, gratiarum actio & præces præcederent; hinc factum, ut prisci Ecclesiastici, qui alias amarunt vocabula sub V. T. usurpata rebus in novo usitatis accommodare, Presbyteros secundum analogiam aliquam appellarent sacerdotes; quemadmodum etiam Diaconos Levitas vocare soliti fuerunt. Sed ab his in alia omnia abeunt Pontificii & Canonistæ, qui sacrificium & sacerdotium proprie dictum adhuc hodie statuunt, uti mox audiemus. Z.

Id imprudenter factum.

II. Etsi termini Sacerdotum & Levitarum forte bona intentione à patribus Ecclesiæ ad ministros Evangelii fuerint applicati, imprudenter tamen id factum fuit, cum umbra status purioris futuri debuerit evanescere adventu lucis serenioris. Cæterum cum nota præcedente conf. Ziegl. *de Diacon. c. 2. §. 2. seq.* T.

Histrionia missæ.

(324) Ista omnia inventa sunt humana, ut scilicet histrionicus missæ apparatus eo solennior sit, & magis in oculos incurrat. Z.

ad

nem, vigesimo ad secundum, ad presbyteratum vigesimo quinto promoveri. (325)

Proprie sacerdotes appellantur qui Eucharistiam conficiunt, improprie etiam diaconus & subdiaconus.

§. 5. Diximus autem diaconum & subdiaconum non

ad §. 4.

(325) I. Ita quidem ex constitutione Clementis. Sed Ecclesia antiquior maturum magis ætate volebat, uti patet ex *Novella Justiniani 123. c. 13. Presbyterum,* inquit, *minorem triginta quinque annorum fieri non permittimus. Sed neque Diaconum aut subdiaconum minorem viginti quinque neque minorem lectorem decem & octo annorum.* Synodus VI. in Trullo habita *can. 14.* ut & Agathensis *can. 17.* & ante eas Neo Cæsariensis *can. 11.* ad Episcopatum & presbyteratum admittunt, qui triginta annorum ætatem habet. Apostoli ipsi non usque adeo de ætate solliciti fuerunt, dum cætera adessent, quæ Episcopatum decent. Timothei juvenilem ætatem contemni vetat Paulus *1. Tim. IV. 12.* Et Eleutherius vigesimum tantum agens annum Illyrici Episcopus ordinatus est, referente Nicephoro *l. 3. c. 29.* Z.

Veteres mores de ætate Presbyteri Diaconi, Subdiaconi.

II. Adde Ziegl. *de Diacon. cap. 7.* ubi pluribus antiquas constitutiones sacras de ætate Diaconorum exponit, ac exempla plura consuetudinis contrariæ adducit, ac tandem §. *25. seq.* concludit, primum Clementem V. sub initio seculi 14. pristinis patrum statutis in Clementina, unde Lancelottus sua hausit, recessisse. Concilium vero Tridentinum ita statuit *sess. 23. de reform. c. 12. Nemo ordinetur ad Subdiaconatum ante vigesimum secundum, ad Diaconatum ante vigesimum tertium, ad presbyteratum ante vigesimum quintum ætatis suæ annum.* Quia vero ætas ista sera adhuc visa fuit Interpretibus, ut citius Clericis liceret præbendis fruinisci, sufficere hic ubique annum inceptum voluerunt Gutierez, Piasecius, Sanchez, quamvis dissentiant alii, ut Nicolaus Garzius. Manet tamen semper

Mutationis origo & progressus.

non esse sacerdotes, proprietatem sermonis attendentes. Proprie (i) enim sacerdos est (326) appellandus, cui sacrificium corporis & sanguinis Dominici in altari

(i) *can 1. vers. sacerdos, dist. 21.*

per licentia salva dispensandi Pontifici Romano, quam dispensationem vero Ecclesiæ damnosam judicavit Petrus Gregorius *in institut. de benef. c. 37. n. 5.* T.

ad §. 5.

Sacerdotum titulus cur affectatus à Clero Romano?

(326) Talis, qualis hic definitur, proprie sacerdos non est. Ut autem sciatur, quis proprie dicendus sit sacerdos, necesse est, ut videamus ante omnia, quid in Scriptura proprie dicatur sacrificium. Sacrificium autem ibi nominatur, quando res viva, vel animal vivum exanimatur, & quidem ad honorem DEO exhibendum. Sacerdotium igitur erit officium divinitus institutum ad peragenda & celebranda sacrificia proprie dicta. Et sacerdos, persona, quæ animal vivum ad honorem DEO exhibendum exanimat. Vid. Rainold. *in colloq. cum Hart. c. 8. sect. 4.* Cum autem in Novo Testamento nullum sit sacrificium proprie dictum, nisi quod in arca crucis Christus obtulit, id vero secundum esse suum, vel ita ut idem specie habeatur, repeti nequeat, quia videlicet Christus occidi & mori amplius non potest, inde efficitur, nullum esse novi Testamenti sacerdotem, vocabulo stricte ac proprie accepto, præter Christum. Sed videntur, qui Sacerdotes proprie dici volunt, titulum istum ideo affectare, ut præ cæteris fidelibus, quibus alias nomen istud latius acceptum tribuitur, eximium aliquid haberent, sicut paulatim contactum τῶν εὐχαριστηθέντων olim omnibus permissum & haustum calicis dominici non permissum modo sed præceptum, sibi solis vindicarunt, ut sc. seorsim quid sibi arrogarent, suamque dignitatem extra reliquos fideles conspicuam redderent. Observant autem eruditi, in Novi Testamenti libris, qui ejus ministerio dicati sunt, nuspiam nominari sacerdotes. Sed in primitiva post Apostolos Ecclesia, non adeo frequenter id nomen occurrit. Obtinuit tamen & consuetudine receptum est, ut ministri Ecclesiæ Christianæ non solum in generali illa significatione secun-

ri conficere (327) permittitur. Cæterum & ipſi interdum ſacerdotes appellantur,ſed per abuſionem. Vidimus

ſecundum quam omnes pii dicuntur Sacerdotes, ſed etiam ſpeciali quodam reſpectu, quat. ſc. prædicatione Evangelii ſacrificant, & in eam rem peculiariter ſeſe DEO conſecrant, Sacerdotes dicuntur. Non igitur hic ſacrificium proprie ſic dictum, ſeu novis ſacrificialis actus cogitandus; ſed Sacerdotis appellatio ex V. Teſtamento transſumta ad Novi Teſtamenti naturam intelligenda eſt. Vid. Gerhard. *LL. de miniſter 1. §. 14. 15. 16.* Dorſch *Myſar. miſſ. c. 9. 10. 11.* Z.

(327) Non conficitur verum ſacrificium. Rectius Magiſter ſententiarum ſive Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis, poſtquam quæſtionem moviſſet *lib. 4. diſt. 11.* ſi, quod gerit Sacerdos, proprie dicatur ſacrificium vel immolatio? & ſi Chriſtus quotidie immoletur, vel ſemel tantum immolatus ſit? reſpondet; illud, quod offertur & conſecratur à ſacerdote, vocari ſacrificium & oblationem, quia memoria eſt & repræſentatio veri ſacrificii & ſanctæ immolationis factæ in ara crucis. *Et ſemel* (inquit) *Chriſtus mortuus eſt in cruce, ibique immolatus eſt in ſemetipſo: quotidie autem immolatur in Sacramento, quia in ſacramento recordatio fit illius, quod factum eſt ſemel.* Ita etiam phraſin *corpus Chriſti facere ſeu conficere* explicat Ekbertus Schönaugienſis Monachus *ſerm. 11. adv. Catharos. Quod dicitur,* inquit, *Sacerdos corpus domini facere ſeu conficere, non ita intelligimus, quod ipſi corpus domini quaſi de novo creent, & ei eſſentiam dent, ſed eorum facere nihil aliud ibi eſt, niſi quod ſuper illud viſibile ſacrificium, quod in altari eſt, faciunt officium ſuum & dicunt orationes & benedictiones & ſtatuta ſigna faciunt, & tunc virtute divina præſtatur, ut ſit ibi verum corpus Domini & verus ſanguis ejus, ubi prius nihil aliud erat, niſi panis & vinum* &c. Sane vocatur quandoque Sacra Cœna à ſanctis patribus ſacrificium, verum non alio ſenſu, quam eo, quem expoſuit Lombardus. At iſto modo ſumptum ſacrificium ſpecie di- *Sacrificii vox ad Euchariſtiam contorta.*

 ver-

dimus hactenus de iis, qui in majoribus sunt ordinibus constituti: nunc videamus de iis, qui in Ecclesia DEI minoribus sunt ordinibus insigniti.

DE IIS, QVI SVNT IN MINORIBVS ORDINIBVS CONSTITVTI.

TITULUS XXIII.

Minores ordines sunt Acolytatus, exorcistatus, lectoratus, & ostiariatus.

§. 1.

SUnt igitur in Ecclesia (328) alii minores ordines, qui sine

---

versum est ab eo, quod in cruce oblatum fuit. Illud autem, quod Pontificii sese in missa conficere nugantur, & honori Salvatoris & merito ejus detrahit. Vid. Chemnit. *exam. Concil. Trit. p. m. 333. seq.* Z.

TITULUS XXIII.

ad §. 1.

Fabula Canonistarum de origine ordinum Ecclesiasticorum & quod Christus per omnes transierit.

(328) Si verba ista ita intelligit autor, ut necessarium esse putet, ut tot ordines sint in singulis Ecclesiis, quod faciunt quidem Pontificii, illico falsum esse id assertum dicam. Non enim verbo DEI mandatum est, qui vel quot tales gradus seu ordines debeant, nec tempore Apostolorum in omnibus Ecclesiis iidem semper & totidem gradus seu ordines fuere, quin sæpius unus & idem omnia illa officia, quæ ad ministerium pertinent, sustinuit & executus est. Lepidum igitur figmentum est, Christum ipsum per omnes illos ordines transiisse, fuisse ostiarium, quando ementes & vendentes templo expulit: Lectorem cum in Isaia legeret ex libro: Exorcistam, quando demones expulit: Acoluthum quando dixit: Ego sum lux mundi: subdiaconum, quando discipulorum pedes lavit: diaconum, quando distribuit Eucharistiam: Presbyterum, quando in ara crucis se obtulit,

tulit,& Euchariſtiam conſecravit. Non nego autem ſucceſſu temporis pro amplitudine Eccleſiæ maximum ſæpe fuiſſe clericorum numerum, & forte pleroſque ejusmodi ordines in majoribus Eccleſiis habitos. Ita de Eccleſia Conſtantinopolitana conſtituit Juſtinianus Imp. *Nov.3.c.1. Quapropter*, inquit, *ſancimus,non ultra ſexaginta quidem presbyteros in ſanctiſſima majore Eccleſia eſſe, diaconos autem maſculos centum, & quadraginta fœminas, ſubdiaconos vero nonaginta, lectores autem centum & decem, Cantores viginti quinque & inſuper centum exiſtentibus iis, qui vocantur oſtiarii &c.* Ubi id notandum, quod nulla ibi fiat mentio Exorciſtarum, forte, quod in ea Eccleſia uſitatum non eſſet hoc miniſterii genus. Quando autem & à quo introducta fuerit ordinum iſta diſtinctio, non ſatis patet, niſi quod Cajum Pontificem autorem ejus rei faciant Platina & alii. Et videtur nata occaſio exinde, quod in majoribus Eccleſiis aleretur ſeminarium aliquod juvenum Eccleſiæ miniſterio conſecratorum, qui aliquando ſuccedere poſſent diaconis & presbyteris. Atque illis interim, dum in bonis artibus inſtituerentur, portio aliqua munerum Eccleſiaſticorum leviorum quidem & minoris momenti committebatur, ut his veluti rudimentis ad graviora præpararentur. Franc.Duaren. *de ſacr. Eccleſ miniſt. l.1,c.14.* Z.

II, Commentarii loco in præcedentem obſervationem eſſe poſſunt ea, quæ Zieglerus alibi diſſerit *de Diacon.c.1.§.6.ſeq.* Inter Canones nimirum Concilii Laodiceni *can. 21. & 24.* mentio fit Subdiaconorum, Lectorum, Pſalmiſtarum, Exorciſtarum & Oſtiariorum, & ſic ſatis vetuſta eſt eorum inſtitutio. Etſi enim adhuc lis ſit inter eruditos, quo tempore concilium iſtud habitum fuerit, omnes tamen in ſeculum quartum id referunt uno conſenſu. Sed & alia ejusdem ſeculi proſtant documenta, ex quibus probari poteſt, inferiores illos ordines, in uſu fuiſſe, cum Lectorum, Exorciſtarum & Oſtiariorum mentionem faciat Gratianus Imperator *l.6. C. de Epiſc. & Cleric.* Exorciſtarum Theod. Magnus *in l.121.* Lectorum Arcadius *in l. 163. C.Theod. eod. anno*, imo vero illico poſt celebratum concilium Nicenum Lectorum & hypodiaconorum & cæterorum Clericorum meminit Conſtantinus M, *in l.7. C. Theod. eod.* Minores iſtos ordines

Minores ordines jam ſeculo quarto cogniti.

Minores ordines non instituti ex divino mandato.

non ex divino mandato aut præcepto, sed ex nuda Ecclesiæ ordinatione institutos primum fuisse agnoverunt Papa Urbanus II. & quod ab eo habitum fuit Concilium Beneventanum *c. nullus dist. 60.* & Innocentius III. *c. 9. de æt. & qual. ordin.* item Abbas Panormitanus *ad c. un. de Cler per salt. prom.* Petrus Lombardus *lib. 4. dist. 24. ad tit. 1.* Confer Gratianum *can. 1. dist. 21. in fine.* In eandem sententiam peroravit in Concilio Tridentino F. Hieronymus Bravo Dominicanus, referente Petro Suavi *hist. lib. 7. p. 679.* Scilicet plurima talia, quæ Ecclesiastica dicuntur, officia commoditatis & decori gratia ab hominibus introducta sunt, neque si bene usurpentur, reprehendi possunt, dum tamen ab aliis essentialibus officiis recte distinguantur. Hæc enim quia necessaria Ecclesiæ & à DEO ipso instituta sunt, multum distant ab utilibus, ac ab hominibus ad essentialium commoditatem & subsidium excogitatis. Et sicut alias ex utilitate quæ æstimantur, multo inferiora sunt illis, quæ necessaria sunt: ita etiam in Ecclesiasticis officiis superior est ille, qui essentiale ejus officium sustinet. Hac ratione jam olim distincti fuerunt Clerici in Sacerdotes, seu in sacerdotio constitutos, qui & primi dicuntur *l. 24. C. Theod de Episc.* & in ministros, qui inferioris loci Christianæ legis ministri dicuntur. *l. 41. Cod. Theodos. de Episc.* Priores illi ἱερατικοὶ, posteriores κληρικοὶ speciali significatu dicebantur. Inter priores referebantur Episcopi, Presbyteri, & Diaconi. Posteriorum classis ex cæteris inferioris ordinis & loci ministris constabat. vid. Jacob. Gothofred. *ad. l. 7. C. Theodos. de Episc* Et hæc divisio Clericorum dilucida magis videtur, quam illa Lancelotti superius adducta, quippe quæ obscure admodum certam speciem in sacris constitutorum facit. Cur enim ordines alii sacri, alii non sacri dici debeant, cum omnes ad cultum divinum & sacramentorum administrationem ordinati sint, nulla hactenus dari potuit ratio solida.

Quo intuitu retineri possint?

Occasio eos instituendi.

Occasionem quam habuit Ecclesia, ut minores istiusmodi ordines institueret, verbis Francisci Duareni *ex lib. 1. de Sacr. Eccles. ministr. cap. 14.* describendam puto, quæ hæc sunt: *ut seminarium quoddam esset eorum, qui Episcopis, Presbyteris & Diaconis succederent, alebatur sumptu publico magnus juvenum numerus, Ecclesiæ ministerio*

rio consecratorum, qui interim non solum instituebantur in studio literarum, sed portio aliqua etiam munerum Ecclesiasticorum ipsis committebatur. Eorum nempe quæ leviora minorisque momenti essent, quæque antea a Diaconis obiri solebant, ut his veluti rudimentis quibusdam ad majora gravioraque obeunda præparentur. Ac ne qua confusio perturbatioque eam functionem impediret, distincta sunt divisaque inter ipsos officia, ita ut unusquisque suo muneri bona fide incumbens de alieno sollicitus non esset. In qua distributione gradus quidam ideo constituti sunt, quod eorum munerum alia aliis digniora videbantur, nec poterat quisquam ad majus promoveri, qui in minore antea versatus non fuisset, &c. Quapropter cum ex Ecclesiastica institutione primam suam originem habeant ordines illi minores, uti vocantur, in Ecclesiæ utique arbitrio erit, augere eosdem pro re nata, aut minuere, aut etiam prorsus tollere, prout Ecclesiæ ratio exegerit. *Ecclesia potest eos ordines augere & minuere.* Non omnibus placuit decretum concilii Tridentini, ut ministeria ordinum à Diaconatu usque ad Ostioratum non exercerentur, nisi à promotis ad ordinem cujusque proprium. Sed satis difficile videbatur observatu, ut nullæ in Ecclesia pulsari possent campanæ aut portæ obserari vel aperiri, nisi ab ordinatis ostiariis; sed nec accendi lampades & candelæ nisi ab acolythis, munera illa manuaria exercentibus, ut ad Sacerdotium pervenire possent. Et videbatur nonnihil contradictionis habere, quod absolute decrevissent, ut illa ministeria non obirent nisi ordinati, & postea prælatis præcepissent, ut ea quantum commode fieri posset, restituerent. Nam observato decreto absoluto, ex necessitate fieri, ut ubi ad illarum functionum exercitium personæ ordinatæ haberi nequeant, iis exercendis supersedeatur. Quodsi exerceri possint sine ordinibus, tametsi minus commode, rectius absolutum illud Decretum omitti potuisse. Sunt verba Petri Suavis *in hist. Concil. Trident. lib. 8.* Fecit hoc Concilii Tridentini Decretum, ut Georgius Cassander *in Consultatione* suam, *ad art. 13.* de ordine Ecclesiastico sententiam expositurus non improbaret omnino restitutionem omnium istorum ordinum per desuetudinem jam pene collapsorum; sed eam tamen non tam ex necessitate, quam ex utilitate *Cassandri opinio.*

Ecclesiæ metitur, & pueris committi ista officia debere arbitratur. *Constat*, inquit, *sacros ordines proprie dici diaconatum & presbyteratum, ut quos solos primitivam Ecclesiam in usu habuisse legatur, id quod testatur Urbanus Papa, & annotavit Chrysostomus & Ambrosius in Epist. Pauli ad Timotheum priorem, ex eo quod Episcopi ordinationi statim Diaconi ordinationem subjiciat; ad minores vero ordines quod attinet, qui olim quinque se ordine consequentes memorari consueverunt, hi sane præsente tempestate, neglecta omni disciplina & politia Ecclesiastica, prorsus confusi sunt, & eorum officia propemodum cessarunt, etsi vestigia quædam in frequentioribus Ecclesiis in pueris & adolescentibus minora quædam officia Ecclesiastica obeuntibus cernuntur. Subdiaconi vero & Diaconi officio plerumque Presbyteri funguntur. Utile tamen esset, pueros aliquos communibus Ecclesiæ sumtibus ali, ad ministerium Ecclesiasticum destinatos, qui tanquam tyrones ad graviora in Ecclesia officia instituantur & exerceantur* &c. Si recte percipio mentem Cassandri, non videtur ille statuisse ad expedienda officia ista Ecclesiastica minora ordinem necessarium esse, & suppuduit eum fortasse doctrinæ Canonistarum, quam refert Johannes Andreæ & Cardinalis Zabarella, *in Gloss. ad c. fin. de ætat. & qual. in Clement.* eandem septennii ætatem & Clericali tonsuræ & reliquis minoribus ordinibus suscipiendis sufficere, quandoquidem vestigia tantum aliqua primæ horum ordinum institutionis in ejusmodi pueris & adolescentibus superesse ait Cassander. Quodsi solenniter olim in vetustiore Ecclesia ordinati fuerunt, qui minoribus istis officiis obeundis adhibiti erant, haud immerito dubitatur, num adhuc ordinari debeant, qui idem quidem nunc nomen gestant, non tamen idem amplius sustinent officium. Sic enim Ostiarii, exempli gratia, seu janitores tempore mysteriorum, post denunciationem Diaconi, templo ejiciebant gentiles, catechumenos, pœnitentes, energumenos, hæreticos & excommunicatos. Sed disciplina hæc ejiciendi catechumenos, pœnitentes & energumenos jam dudum collapsa est. Ut autem fores templi occludantur, ut canes expellantur, ut pavimentum purgetur, ad illud non est opus peculiari ordinis Sacramento. Imo vero

Minores ordines ordinatione non habent opus.

fores

sine sacramentali unctione, (329) sola Episcopi benedictione, cum quadam vasorum, vel indumentorum distributione, præstantur: ut sunt, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius. Acolytus (a) est is, ad quem præparatio luminum, (330) & qui cereum (à quo nomen quoque ducit) deferre debet, quique suggesta pro Eucharistia sub-

(a) *can. 1. §. ad acol. dist. 25.*

fores claudere ac aperire, cereos accendere, vasa sacra custodire, mundare, & ad divinos usus præparare, mensam Domini vestire, pastori ad ministrandum adstare, aquam ad baptismum, panem & vinum ad Eucharistiæ celebrationem adferre &c. talia sunt ministeria quæ à paucioribus & ut plurimum ab uno eodemque homine facile præstari possunt. Et poterit igitur hunc unaquæque Ecclesia, prout sibi commodum visum fuerit, quandoque pluribus, quandoque paucioribus ministeria ista committere, tantum abest, ut necessitas aliqua distinctionis hic supponi debeat. T.

(329) Certum est, nec Christum nec Apostolos externam unctionem adhibuisse in ordinatione ministrorum verbi & Sacramentorum, nec ullibi in historia Ecclesiastica mentio fit adhibitæ in ordinationibus unctionis. Quæ enim ex Cypriani *sermone de Chrismate*, & Anacleti *Epistola 2.* proferuntur, confutari nullo negotio poterunt, quod scripta ista genuina non sint, sed sequioris ætatis imposturæ & commenta. Quod igitur Episcopus chrismate, sacerdos oleo benedicto, Episcopus in capite & manibus, Sacerdos in brachio solum humero vel armo inungatur, & quod in reliquis ordinibus conferendis unctionis hic ritus non adhibeatur, Pontificiæ hoc est & vere judaizantis Ecclesiæ inventum. Add. quæ dixi *ad §. ult. tit. 10.* Z. *An Christus & Apostoli adhibuerint unctionem in ordinatione.*

(330) Episcopi, presbyteri & diaconi suos olim habebant famulos, ministros, comites seu assectatores, quorum opera, si necessitas exigebat, utebantur, sicut Paulus Onesimi opera usus fuit. Illos nominarunt ἀκολύθους. Pontificii ex his fecerunt cereoferarios. Quia enim veteres alicubi dicunt fuisse ministros luminarium in nocturnis conventibus, Pontificii finxerunt, acoluthum Latinis significare cereo- *Acoluthi olim ignoti.*

(*b*) *d. can. 1. §. exorcistam.*

subdiaconis præparat. Exorcista (331) (*b*) is est, qui exorcismos memoriter retinere debet, manusque super energumenos & catechumenos in exorcizando impone-

cereoferarium, solem in media luce facibus illuminantem: interpretatione prorsus falsa, inepta & barbara. Imo vero ministri Episcoporum & presbyterorum hodie equites sunt & milites in papatu. Fatetur autem ingenue Petrus Arcudius Corcyræus *de concord. occid. & oriental. Eccles. in Sacram. lib. 6. c 9. p. 464.* antiquos Patres, qui prope tempora apostolorum floruerunt, Acoluthi ut peculiaris ordinis nullam prorsus mentionem facere. Imo Isidorum *l. 2. de Eccles. offic.* & autorem istius Epistolæ ad Rusticum Narbonensem apud Hieronymum, qui ex instituto de omnibus ordinibus differunt, de Acolutho nihil habere Sic & Ludovicus Cellotius *l. 6. de hierarch. c. 15.* ait: *Notatum est, istud ordinis & ministerii Ecclesiastici nomen in S. Ignatii catalogo locum non habere, ut neque in constitutionibus.* Certum tamen ex Concilio Tridentino, ab ipso Ecclesiæ initio cum cæteris in usu fuisse. Sed vicissim hoc negat Urbanus Papa *c. nullus dist. 60.* cum ait: *Sacros ordines dicimus, diaconatum & presbyteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur Ecclesia habuisse.* Z.

Exorcistis hodie non opus.

(331) Exorcistæ olim dicebantur, qui peculiare donum habebant ejiciendi aut compescendi dæmonia; atque id donum usque ad seculum quartum viguisse, amplificata autem Ecclesia paulatim imminutum, tandem plane desiisse, ex patrum scriptis ostendi potest. Quam ineptum igitur est, ex dono illo extraordinario, quod diu desiit in Ecclesia, officium aliquod ordinarium instituere, quod hodie superstitiosis exorcismis & magicis verius incantationibus absolvitur Vid. Gisbert. Voët *peculiar. disp. de exorcismo.* Fuit quidem in veteri Ecclesia etiam istis temporibus, quibus non amplius viguit potestas dæmoniorum ejiciendorum, aliquod exorcistarum officium, ut scil. catechumenos instituerent, & baptismo intervenirent, Spiritui immundo

ponere. Lector (c) autem is appellatur, (332) qui lectiones debet pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinati sunt, populis prædicare. Ad Ostiarium (d) pertinent (333) claves Ecclesiæ, ut claudat & aperiat templum DEI, & omnia quæ sunt intus extraque, custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles provido judicio repellat.

(c) *d. can. 1. §. ad lectorem.*
(d) *d. can. 1. §. ad ostiarium.*

Psalmistatus est minor ordo, & potest conferri à solo presbytero.

§. 2. Est & Psalmista, (334) id est, Cantor, qui absque

do depellendo. Sed cum in papatu prius desierit, posteriori certum ordinem destinare necessarium non est. Add. Jac. Gotthofred. *ad l. 24. Cod. Theodos. de Episc.* Z.

(332) Lectores ex Scriptura, præsertim ex Veteri Testamento, publice populo prælegebant; & antequam legendi initium facerent, elata voce proferebant, *Pax vobis*, perinde atque hodierno die Diaconus dicit: *Dominus vobiscum.* Hunc autem salutandi ritum (istam enim ceremoniam seu usum dicendi *pax vobis*, vocabant divinam salutationem) quod Episcopo magis convenire videretur, Lectoribus interdixit Concilium Carthaginiense III. *can. 4.* Vid. Gabriel Albaspinæus *not. ad istum can.* Cæterum etsi adhuc Pontificii suos habeant Lectores, dum tamen isti non ita legunt, ut populus intelligat, multum recessisse eos ab officio Lectorum antiquæ Ecclesiæ nemo non videt. Z.

Lectorum antiquorum & hodiernorum differentia.

(333) Ostiarii olim seu janitores tempore mysteriorum post denuntiationem diaconi templo ejiciebant gentiles, catechumenos, pœnitentes, energumenos, hæreticos & excommunicatos. At collapsa est jamdudum illa disciplina. Quis igitur usus est ostiariorum? ut enim fores templi occludantur, ut canes expellantur, ut pavimentum purgetur, ad illud non est opus peculiari ordinis Sacramento. Z.

Ostiariorum ordinatio hodie non necessaria.

(334) I. Psalmistæ seu Cantores olim præcinebant, quæ totus popu-

Quid circa Cantores notandum.

(e) canon. Psalmista dist. 13. que scientia Episcopi, (e) presbytero solum jubente offici-

populus canere solebat. Priscos enim Christianos, psalmos quosdam & hymnos in DEUM componere ac decantare solitos fuisse testatur Eusebius *l. 2. hist. Eccles. c. 17. & c. 5. c. 28.* At hodie in Pontificia Ecclesia Cantores non præcinunt, ut populus simul canat. Utrum autem Cantores propriam classem ordinemque à cæteris distinctum habuerint, nec ne, subdubitat Franc. Duarenus. *de sacr. Eccles. minist. l. 1. c. 14.* qui videri potest. Cœpit iste canendi ritus inter Christianos Apostolorum statim tempore, cavebant tamen illi à minuritionibus, atque hinc pronunciantibus, quam canentibus viciniores erant. Vid. Vossius *de scient. mathemat. p. 89. 90.* Z.

Sententia Brunnemanni de abusibus Musicæ in templis protestantium.

II. Multa habet B. Brunnemannus *in Jure Ecclesiastico lib. I. cap. 6. membr. 8.* de cantu Ecclesiastico notatu dignissima. Initio supponit, musicam Ecclesiasticam inservire debere ædificationi christiani populi, quodsi non inserviat, inanem esse ceremoniam, imo lusum. Tum ratione materiæ docet, olim etiam in Ecclesia Novi Testamenti Psalmos Davidis in magno fuisse pretio, donec tandem ille abusus accesserit, ut Psalmi in latina lingua & non in vernacula canerentur. Docet porro, quod tanta farrago cantionum noviter compositarum accesserit, ut Davidici Psalmi raro canantur, & commendat Reformatos, & ex Lutheranis illos, qui Psalmis Davidicis in cultu divino utantur, cum sibi non possit persuadere, tantam gravitatem, devotionem & utilitatem in aliis Psalmis noviter compositis reperiri. Ratione formæ displicent ipsi musica figuralis seu instrumentalis tantum, vocali opposita, aut ei inepte mixta, vel etiam vocalis, si scilicet in latino vel Italico idiomate cantetur, quoniam hoc ad devotionem excitandam nihil faciat, sed aures quidem mulceat, ad animum vero non penetret, si passim Italicæ Concertæ, Passamezæ, Villanellæ audiantur in templis. Jam D. Pelargum conquestum esse, quod licentiæ & levitati hujus seculi theatralis & chorealis musica gratior sit, quam sacra & vetusta choralis. Eundem abusum etiam notatum fuisse à Chytræo & Hildebrando. Taxat etiam abusum, quod per diuturnitatem musicæ figuralis differatur tempus consue-

tum,

ficium suscipit cantandi: qui & ipse, licet apud antiquos

---

tum, quo conciones incipere debebant, & interscenia, quæ inter singulos versiculos cantici Mariæ in organo pnevmatico fieri solent, quod Evangelia & Epistolæ decantentur in choro in nimia distantia ab auditoribus, aut in lingua latina. Quistorpium item ac Erasmum conquestos fuisse de musica comica in Templis, & de abusuum Pontificiorum translatione in templa nostra. Quæ singula apud ipsum autorem prolixius legi possunt, & apud B. Strykium *in notis ad d. membr. 8.* Ex quibus saltem sequentia de usu latini idiomatis excerpo ex *p. 233.* Apprime huc facit dictum Apostoli *1. Cor. 14. v. 11.* ubi Barbaris comparat, qui non intellecta Auditoribus loquuntur, vel quod idem est, canunt. Et *vers. 20.* subjicit: *In Ecclesia malim quinque verba ex intelligentia mea loqui, quam decem millia verborum lingua, quam auditor non intelligit.* His tamen spretis, sub Anathematis fulmine prohibitum in Concilio Tridentino, ne quis se consuetudini de sacris lingua peregrina peragendis opponat, quod defendit Bellarm. *lib. 2. de Verb. DEI cap 14.* Verum recte ex nostratibus sacrorum celebrationem peregrina lingua factam rejicit Brochmand. *System. Theol. Loc. de Invocat. DEI c. 2. quæst 5.* Et in specie de cantionibus latinis ita sentit Ludov. Dunte *de Cas. Consc. cap. 21 sect. 2. q. 12.* Idem prolixius facit D. Chemn. *in Exam. Conc. Trident. Part. 2. cap. 8. Can. 9.* ubi inter alia mentem his verbis exponit: *Nihil igitur est quod Pontificii prætendunt, ex usu latinæ linguæ apud eos, quibus ignota illa est, conciliari & addi sacris ornatum, decorum & majestatem. Illud enim de Lingua Sancta plausibiliori specie Apostolorum tempore dici potuit. Sed Paulus affirmat: Ideo in sacris conventibus utendum esse lingua idiotis nota: ut omnia in Ecclesia fiant cum decoro, ordine & ad ædificationem. Et in conclusione Paulus de illa sua disputatione duo ponit. (1) Ita in omnibus Ecclesiis Sanctorum doceo. (2) Si quis spiritualis est, cognoscat, quæ scribo vobis, quia Domini mandata*

Et Strykii de abusu Latini sermonis.

quos dubitatum fuerit, inter minores ordines cœptus est annumerari. (f) (335)

(f) gl. in verſ. Pſal-

Con-

ſunt. *Habemus igitur, quæ ſit de hac quæſtione Domini ſententia, quæ Apoſtolorum doctrina, & quæ fuit Apoſtolicæ Eccleſiæ obſervatio. Et de diverſum ſentientibus, Paulus magna vehementia addit: Si quis ignorat, ignoret.* Pro canticis tamen latinis retinendis pugnat D. Mengering. *Informator. Conſcient. Evangel. Dom. Rogate Quæſt. 7.* Sed præſtabit ſpeciales horas ejusmodi cantionibus latinis deſtinaſſe, quo hujus linguæ gnari ſe præſentes ſiſtere valeant; In ipſo enim coetu collecto conſultius eſt, majoris populi partis rationem habere, & horum intellectui conformare cantica quam ad paucos latinæ linguæ gnaros reſpicere. Hactenus B. Strykius. T.

Notatur jus Canonicum.

(335) I. Ergo in Eccleſiæ eſt poteſtate ordines facere, & Sacramenta inſtituere, quod ultimum impium eſt aſſerere. Primum autem oſtendit, ordines illos in Eccleſia ſequiore inventos, quo pertinet, quod præter presbyteratum & diaconatum nulli alii recenſeantur in *d. c. nullus diſt. 60. c. in novo 3. diſt. 21.* add. Petr. Lombard. *l. 4. ſent. 24.* Barth. Carranz. *ſumm concil. fol. 51.* Z.

An Eccleſia poſſit Sacramenta facere?

II. Quandoquidem plerique iſti ordines ab Eccleſia inſtituti ſunt, Sacramenti autem tota actio ex DEI inſtitutione & diſpenſatione dependet, cujus ſolius eſt, media gratiæ homini præſcribere, facile hinc patet, ordines iſtos intra ſacramenta referri non poſſe. Fuerunt quidem jam olim inter ſcholaſticos, qui putarunt, Sacramenta quædam immediate vel ab Eccleſia, vel ab Apoſtolis inſtituta fuiſſe, & inter recentiores Petrus de Ledeſma, *de Sacrament. in gen. cap. 1.* poſtquam diſerte ſtatuiſſet, ſolum DEum poſſe determinare res ſenſibiles, ut habeant rationem ſacramenti & ſigna operativa gratiæ, addit mox ὕπερλον iſtud: facere iſtud DEum vel immediate ex ſe ſolo, vel mediate & commiſſione aliis data: Iſta tamen ſententia omni deſtituitur fundamento: Quemadmodum enim ſolius DEI eſt, bona cœleſtia dare & promittere, ac ſuam erga nos voluntatem declara-

Constituti in majoribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere possunt, sed constituti in minoribus possunt: sed si contrahant, privantur beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis. *mista. can. 1. 21. dist. & can. 1. vers. ad Psalm. 25. dist.*

§. 3. Horum autem & sacrorum valde dispar est conditio: si quidem illis ita est continentia imperata, (g) ut nunquam ad matrimonium aspirare valeant: (336) his autem, si ad superiores ordines provehi noluerint, (337) matrimonium contrahere minime interdici-

(g) dist. 26. & 32. per totum

clarare: ita ejusdem solius est, sigilla ac certa suæ erga nos benevolentiæ pignora promissioni annectere. Quod autem talia sigilla non ipse solus immediate, sed etiam per alios instituere velit, de eo altum in scriptura sacra est silentium. Quodsi causæ illæ mediæ non possunt instituti sui autoritatem divinam & mandatum ostendere, nec DEO quidem id erit tribuendum. Nec proinde DEus solus autor Sacramentorum dici poterit, quod tamen ut statuatur, Christiana nos jubet religio. Z. *de Diacon. I. 12.*

ad §. 3.

(336) Dixi supra ad tit. anteced. §. subdiaconus. Z. *Remissio.*

(337) I. Sed hic digladiari inter se patiamur Canonistas circa quæstionem: an suscipiens primam tonsuram aut minores ordines cum animo nunquam suscipiendi majores (talem autem animum sine dubio habere debet, qui matrimonium contrahit) aut solum ut declinet forum seculare, & Episcopus scienter talem ordinans, peccent mortaliter. Vid. Barbosa *in remission. ad Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. de reform.* Z. *Quæstio dubia Canonistarum impertinens.*

II. Mira contradictio in istis hominibus, quibus minores ordines simul sunt *sacri* & non sacri. Sacri enim juxta eos soli sunt majores, eo quod illis solis innexa sit lex Cœlibatus; Nec minores suscipiuntur ad exercitium, sed tantum ut hominem præparent

dicitur: sed eo casu non solum ad sacros ordines, & Ecclesiasticas dignitates, & administrationes admittendi non sunt: sed etiam (*h*) beneficiis, quæcunque forte habuerint, privandi erunt: nam nec ea sine pravo exemplo (338) possunt & gravi scandalo retinere: (*i*) & tales bona Ecclesiastica dilapidare solent. (339) Hucusque singulariter tam de majoribus ordinibus quam de minoribus breviter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quæ tam majorum ordinum, quam minorum sunt communia.

(h) can. 1. c. quod ad & cap. diversis de cleric. conjug.

(i) c. cum decorem. de cleric. conjug.

COMMUNIA TAM MAJORUM, QUAM MINORUM ORDINUM.

TITULUS XXIV.

Minores debent majoribus exhibere reverentiam, majores vero minoribus amorem & charitatem.

§. I.

---

ad majores, ex definitione Concilii Tridentini *sess. 23. cap. 2. & can. 2.* (licet plures iis prætcritis legantur olim promoti ad Episcopatum ut Nectarius, Ambrosius, alii.) Quod quam adversetur praxi veteris Ecclesiæ, videatur *Hist. Concil. Trid. lib. 8.* Hinc ille scrupulus, de quo oppositas suorum sententias refert Barbosa in *Remission. ad cap. 4. de Refor. sess. 23. Concil. Tridentini, an suscipiens primam tonsuram aut minores ordines cum animo nunquam suscipiendi majores, aut solum ut declinet forum seculare, & Episcopus scienter talem ordinans, peccent mortaliter.* M. *p. 24.*

Pro matrimonio Sacerdotum.

(338) Pravum esse nequit, quod sit autore DEO. At DEUS est autor matrimonii. Et istud prohibere est ex doctrina dæmoniorum. Z.

(339) At huic rei optima ratione medela quæri & fibula injici potest. Z.

TI-

§. I.

IN primis admonendi ſunt ii, qui minori ſub ordine conſtituti ſunt & officio, ut iis, qui aut ordine præcellunt, aut officio, reverentiam & obedientiam (a) exhibeant: (340) nec per temeritatem alter alterius partes ſibi vindicet. Majores quoque meminerint, ſe majores eſſe non dominos: (341) & ob id inferioribus non tan-

(a) *can. à ſubdiacono diſt. 93. gl. 2. c. ad aures de temp. ordin.*

TITULUS XXIV.

ad §. I.

(340) I. Non tamen cæcam illam, quam vovere ſolent Jeſuitæ, quippe quæ propriæ voluntatis & proprii judicii abnegationem, mancipationem & in poteſtatem ſuperioris plenam deditionem includit, ita ſcil. ut obedire teneatur inferior, etſi id, quod mandatum fuerit, plane abſurdum & ab omni ratione alienum videatur. Vid. Davenant, *quæſt. 6.* Z. *Obedientia cæca.*

II. Ergo nota. Ubi obedientia cœca regnat, ibi regnant Papatus & principia Jeſuitica. Ubi vero inculcatur, rationem eſſe abjiciendam, tanquam penitus corruptam, doctrinas patrum eſſe articulos fidei, Spiritum S. loqui per Doctores pietatis, ibi, niſi me omnia fallunt, regnat cœca obedientia, etiamſi vel pallio orthodoxiæ, vel pietatis occultetur. Conf. *notata ad Puf. de Monarchia Papatus.* §. *35. p. 290. ſeq.* T. *Ejus Characteres.*

(341) Epiſcopum officio ſuo fungi ait Chryſoſtomus οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα, non cogendo, ſed ſuadendo. Hieronymus Regem & Epiſcopum comparans, *ille*, inquit, *nolentibus præeſt*, *hic volentibus.* Elegantia ſunt verba Bernhardi ad Eugenium Pontificem *lib. 2. de conſid. c. 6. Nec enim*, inquit, *tibi ille* (Petrus) *dare, quod non habuit, potuit: quod habuit, hoc dedit, ſollicitudinem, ut dixi, ſuper Eccleſias. Numquid dominationem? audi ipſum: non dominantes in Clero, ſed forma facti* *Epiſcopi officium ſuadere, non cogere.*

tanquam ſubditis dominentur, ſed quaſi clericos honorent,& diligant: & tales ſint, qui non ſolum præſint, verum etiam proſint.

Ordinatores debent inſtruere ordinandos in divinis.

§. 2. Item ſub gravis ultionis comminatione ex ordinatione generalis concilii debent Epiſcopi promovendos in ſacerdotes per ſe ipſos, vel alios idoneos viros ſuper divinis officiis, (342) Eccleſiaſticisque ſacramentis diligenter inſtruere, (343) & informare,

---

facti gregis. Et ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini eſt in Evangelio Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur, & infert, vos autem non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo tu,& tibi uſurpare aude, aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis, ſi utrumque ſimiliter habere velis, perdes utrumque,&c. Z.

ad §. 2.

Ceremonia à privato non mutanda.

(342) Ut omnia εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν fiant, & ut λειτουργία ubique ſe recte habeat. Cumque legibus Eccleſiaſticis ceremoniæ, quibus ſacra carere nequeunt, præſcribantur, Epiſcopi & diſpicere, ut illæ obſerventur, neve in illis mutatio aliqua privata miniſtri alicujus autoritate fiat. Z.

Scholarum cura Epiſcopalis.

(343) Sed & hoc Epiſcopi munus eſt, facere, ut erigantur Collegia, in quibus adoleſcentes & pueri à teneris annis ad pietatem & religionem informentur, doceanturque in his, quæ ſpectant ad diſciplinam Eccleſiaſticam, quaſi in DEI obſequium & in Eccleſiæ atque divini cultus miniſterium perpetuo inſervituri. Vid. Auguſtin. Barboſa *de offici. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg.* 77. Z.

(344)

re. (344) Sanctius (b) enim (inquit) est paucos bonos, quam

(b) can. tales dist. 23.

(344) I. Julianus Imperator ut religioni Christianorum detraheret & noceret, omnem eorum liberis aditum ad gentilium Professorum scholas ademit, cum animadverteret, ex ejusmodi scholis prodiisse inter Christianos viros disertissimos & persuadendi facultate insignes, videlicet e. g. Apollinarem, Syrium & Basilium, Gregoriumque Cappadoces. Sozom. *lib. 5. c. 18.* Quamvis Baronius *ad ann. 362. n. 289.* erronee putet, Julianum quidem Christianos omnes à docendo revocasse, non tamen prohibuisse adolescentes à discendo, eo scilicet, quod Christiani docentes ex Gentilibus autoribus Deorum inanem prorsus esse cultum, argumentis pluribus demonstrabant, atque ita adolescentes à superstitione Gentilium sensim avertebant, qui vero retineri in avorum suorum religione possent, si Gentiles autores à gentilibus Doctoribus magno Deorum præconio explicatos audirent. Sed refutat Baronium Richardus Montacutius *in notis ad Gregorii invectivam orationem I. p. 4.* Nobis sufficiat, per exemplum istud ostendisse, multum damni & impedimenti inferri doctrinæ Evangelicæ, si prohibeantur scholæ & auditoria professorum. Tanta vero cum sit ad Ecclesiæ conservationem & fidei orthodoxæ propagationem scholarum necessitas & utilitas, jam inde à primis Christianorum rerum principiis receptum fuit, ut teneræ ætati formandæ, sed & Clericis instruendis quærerentur ingenuarum artium & Theologiæ Professores. Nam Paulus *Eph. IV. 11.* ait alios esse in Ecclesia Doctores, alios Pastores, nonnullos ministros inferiores. Eoque exemplo institutæ deinceps fuerunt in civitatibus amplioribus scholæ ejusmodi Ecclesiasticæ, in quibus erudiri quis poterat, non in Theologicis tantum disciplinis, sed etiam in aliis inferioribus, & quæ ad humaniores pertinent literas. De schola Alexandrina vid. Eusebius *l. 5. c. 10. & lib. 6. c. 3.* de Antiochena *lib. 7. c. 29.* Invaluit deinceps consuetudo, ut non in monasteriis tantum, sed etiam in Ecclesiis insignioribus, inprimis vero Cathedralibus scholæ

Origo & occasio hujus curæ.

Scholarum antiquarum

quam multos malos habere ministros: quia, si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam dilabentur.

Or-

Doctrina & conditio haberentur, sed quæ inter claustra fere continebantur, neque extra cujuslibet Ecclesiæ addictos se porrigebant, adeo ut non facile admitterentur alii. Doctrina ipsa intra levem latinæ linguæ cognitionem & rudimentorum Christianæ fidei explicationem fere subsistebat, & adjungebatur computi Ecclesiastici tum & artis medicæ aliqualis explanatio. Successu tamen temporis etiam alii, qui extra Collegia ista erant, admitti cœperunt, & hinc scholæ illæ, quæ non nisi privatæ hactenus fuerant, publicæ factæ sunt, quibus deinceps majori autoritate successerunt Academiæ. Faciunt huc quæ scribit Albertus Cranzius *Metropol. lib. 3. c. 43. Apud insignes Ecclesias ab antiquo docti viri fovebantur, qui publicas scholas sustinerent, priusquam publica literarum gymnasia, quæ nunc multa florent, per Christianismum exigerentur, quæ res apud nostrates pene hesterna est. Nam nulla est in Saxonia publica schola, quæ centesimum longe superet annum. - - - Sed ea tempestate, quam nunc explicamus, valuit vetus Ecclesiarum consuetudo, ab usque Origene & Clemente, & primis Ecclesiæ Doctoribus traducta, qui apud memorabiles Ecclesias Antiochiæ & Alexandriæ suis temporibus docuerunt.* Incubuit vero cura hæc præcipue Episcopis, ut & instituerentur bene & non negligerentur istiusmodi scholæ, quibus juventus erudiri & ad Ecclesiæ munia habilis reddi posset. Demetrius Alexandrinus Episcopus Origenem adhuc adolescentem Alexandrinæ præfecit scholæ, ubi Grammaticam primum & philosophicas disciplinas, mox vero, cum Ecclesiæ illius Doctores propter persecutiones abessent, atque se occultarent, etiam sacras literas docuit, referente Eusebio *lib. 6. c. 3.* Ita & Ætherius Lyxoensis Episcopus pueros civitatis suæ collegit, & instituendos commisit cuidam Clerico, qui se doctorem & literarum professorem dixerat, eoque nomine vineas ei & reditum assignavit, teste Gregorio Turonensi

lib.

lib.6.cap.36. Idem fecerunt alii, quibus curæ cordique fuit, vel Clericos ſuos, quos ſæpe ſatis rudes Eccleſiaſticis functionibus deſtinari diximus ſupra, vel juventutem ſuæ civitatis bene informari, & animos teneres ſapientiæ præceptis mature componi. Ea res cum Eccleſiæ rationibus valde conducere putaretur, varia deinceps in Conciliis edita fuerunt decreta, quibus Epiſcopi, ut ſcholas inſtituerent, ſemet ipſos incitabant, ſuosque ſimul ad eandem curam admonebant Presbyteros. Sed & principum acceſſerunt edicta, quibus Epiſcopi & Presbyteri jubebantur ex officio id intendere, ut magiſterio præceptoris ne egeret juventus. Huc pertinet Caroli M. *Capit. Aquisgranenſ. c. 72.* item *lib. 2. c. 5.* & Ludovici Pii *lib. 5. c. 59.* Concil. Cabillonenſ. II. *c. 3.* Concilii Pariſienſis VI. *lib. 1. c. 30. lib. 3. c. 12.* ſub Carolo Calvo Concil. *Valent. 3. c. 18.* & alia plura loca Ex quibus patet, triplices olim fuiſſe ſcholas. Aliæ enim Presbyteris & Clericis patebant, quæ potiſſimum in Eccleſiis cathedralibus habebantur, in quibus alicui hoc ſolo nomine præbenda dabatur, ut docendi munus gereret, qui magiſter ſcholæ vel ſcholaſticus dicebatur. Erant deinde ſcholæ Monachorum, quarum in ſeculo præſertim ſexto, ſeptimo & octavo celeberrimæ fuerunt in Britannia, ubi teſte Trithemio in Chronico Hirſaugienſi *ſub anno 890.* monachi non ſolum in divinis ſcripturis, ſed etiam in Matheſi, Aſtronomia, Arithmetica, Geometria, Muſica, Rhetorica, Poeſi & in cœteris omnibus ſecularis literaturæ ſcientiis erudiebantur. Erant denique ſcholæ puerorum & puellarum. Z *III. 23. conf. cap. 15. §. 6. ad 10.* *Scholæ olim triplices.*

II. Julianum edicto ſuo detrahere voluiſſe religioni Chriſtianæ non diffiteor. Quisnam vero ſit ſenſus illius edicti, ulteriorem diſquiſitionem requirit, cum Montacutius non ſit ad manus. Sane pro Baronii ſententia videtur afferri poſſe, quod Ammianus Marcellinus *lib. 22. p. 239.* & *lib. 25. p. 316.* ſenſum ejus ita narret, uti Baronius id explicat, ac ita etiam intellexit Gerh. Johannes Voſſius *Emendatio obſervationis præcedentis.*

§. 3. Praecedet autem ordinationem diligens scrutini-

---

de Philol. p. 7. Quicunque autem sit sensus Edicti Julianei, exinde nequaquam probari arbitror, quod putat Zieglerus, multum damni & impedimenti inferri doctrinæ Evangelicæ si prohibeantur scholæ & auditoria Professorum, (doctrinas gentilium explicantium, nam de his agebat edictum Juliani) aut tantam esse ad Ecclesiæ conservationem & fidei orthodoxæ propagationem scholarum (harum) necessitatem & utilitatem, inprimis cum alibi ostenderim, omnium Gentilium philosophiam ac doctrinam continere fundamentales errores, à vera sapientia Christiana & Evangelica abducentes, (vid. *Caut. circa præcogn. Jurisprud. cap. 6. §. 25. p. 77.*) & scholas pertinere ad bona extraordinaria status corrupti, ac multis emendationibus habere opus. (vide *Tom. I. Obs. Hallens. Obs. 10. 11. 12.*) Quod vero curam scholarum attinet, etsi nequaquam intendam, Episcopos ac Clerum ab eorum cura esse excludendos, facile tamen potest palpari, & hic latere arcanum regni papalis, quod scholarum curam ad se traxerint Episcopi & Clerici, cum exclusione Magistratus politici. Quamvis enim ab initio institutio scholarum ab Episcopis in usum Canonicorum facta, item initium scholarum in monasteriis (de quarum utraque classe vide præter dicta à Zieglero Rudolphum Hospinianum *de origine Monachatus lib. 4. cap. 24.*) ex optima intentione Episcoporum & Abbatum ortum duxerit, negligentibus videlicet, pro summa barbarie illorum temporum, magistratibus Politicis istam curam; tamen vel ipsa illa barbaries temporum non permisit Episcopis, ut de doctrinis genuinis ad veram sapientiam ducentibus, essent solliciti, sed contenti fere ornamentis sapientiæ, quæ nomine septem artium liberalium venire solebant, partes essentiales sapientiæ omiserunt, & ita damna per introductionem nimiæ eminentiæ Clericorum præ Laicis & Episcoporum supra Presbyteros ab antecessoribus incaute admissam, sentire non potuerunt, tantum abest, ut de hujus damni emendatione potuerint esse solliciti. Quin potius

Arcanum Episcopale.

tius non obstante disciplina septem artium liberalium, fulcra illa duo Papatus primaria, quotidie in scholis Canonicis, & Monasticis magis magisque fuere firmata, ut vel iis, quæ alibi de Gregorio Turonensi & ejus temporibus notavi (in dissert. *de originibus Feudalibus* §. 10. *lit. a*) perspicuum est & palpabile. Quod vero postea in scholas philosophia Aristotelica & Scholastica, ac quatuor facultates Academicæ à Papa nullum alium in finem fuerint admissæ, quam ut regnum Clericale & Papale super Reges & Principes per eas firmaretur, ex autoribus, qui de antiquitatibus Academicis scripserunt, inprimis autem ex Launoio de varia fortuna Aristotelis in Academia Parisiensi, & Cæsare Egassio Bulæo, & ejus historia universitatis Parisiensis ad oculum demonstrari posset, si nobis in his notis liceret esse prolixioribus. T.

III. Cura Academiarum ad Episcopi officium pertinet *arg. authent. habita C. Ne filius pro patre.* Carpz. *in jurisprud. Eccles. l. 1. Def. 8.* unde etiam Episcopi solent esse Cancellarii Academiarum, & ab Episcopis solet peti facultas conferendi gradus superiores honorum Academicorum, quæ in hac Academia petitur à Sereniss. Dn. Elect. Brandenb. &c. Porro quoque ad curam scholarum trivialium extendit se cura Episcopi Carpz. *lib. 1. Jurisprud. Eccles. d. 9.* licet constitutio Præceptorum jure communi ab omnibus Magistratibus municipalibus fieri possit. In pagis quidem experimur, sicubi sunt fideles Christi ministri & bene morati incolæ, scholas pro pueris ac puellis institui, etiam sine consensu magistratus. Inspectio tamen scholarum omnino ad supremam Majestatem pertinet. Exemplo id declarabo; si in schola aliqua magno conamine Metaphysicæ subtilitates discipulis inculcarentur, putarem principem aut prohibere aut moderari posse. Præcipue vero Principia Metaphysicæ ex rebus creatis desumta, non putarem tuto ad Majestatem divinam applicari. Veteres Catholici noluerunt cum Arrianis congredi ex principiis rationis. Non est, ut eo fine Metaphysicas subtilitates tractemus, ut Adversarios Arrianos ex principiis rationis confutemus. Sacra scriptura adæquata norma sacræ sapientiæ. Distinctiones quædam utiles doceri possunt. Nec debent admitti di-

Cura scholarum ad Magistratum etiam pertinet, non excluso tamen ministerio.

Inutilitas Metaphysicæ.

(c) extr. de scrutinio in ord. facien.

tinium,(*c*) nec nisi qui (*d*) tam verbo fidei,(345) quam re-

(d) can. 2. & can. Episcopi dist. 24.

sputationes cum Hæreticis, in tot Generalibus Conciliis damnatis. Nec mihi opponat quispiam vulgatum illud: artem non habere osorem nisi ignorantem; nam ignarus talium subtilitatum non fui, sed & novas subtilitates reperi,& repertas proposui, verum successu temporis vidi harum rerum vanitatem. Ideoque non abs re in nonnullis regnis Metaphysicam exclusam esse dicunt. Cognoscamus DEum ex verbo suo &c. Rideat aliquis forte,me eam curam Magistratui, imo summæ Potestati transscribere; sed credat quæso lector, magnam status publici rationem consistere in optima juventutis utriusque sexus informatione & educatione. Nam si pessime moratos juvenes habeamus,& puellas,non melior erit ætas adultior,& sequentur calamitates publicæ, quibus frustra se opponet humana sapientia. Et quemadmodum puteis alicujus urbis veneno infectis, mors metuenda civibus omnibus; ita si pravis opinionibus atque moribus adolescentes imbuantur, certissima inde pericula universæ Reipublicæ imminent &c. Denique notandum,consilium ac votum consultativum à sacro ordine requirendum esse Magistratui, quod ratio æqvum esse docet, cum scholæ sint seminaria Ecclesiæ, imo & pars Ecclesiæ,& optimum præsumendum esse Pastoris ac Ministrorum verbi consilium, Carpz. *d. l. def. 76. & seq.* adeo ut si pastor & Ministerium sacrum cum patrono ac Magistratu non possint consentire, res ad Consistorium sit deferenda. Carpz. *l. 1. def. 38.* B. *I. VI. 12. 13. 14. 15. 16.*

ad §. 3.

Querela de praxi contraria Juri Canonico.

(345) Elegans hoc est & Ecclesiæ maxime salutare monitum sed minus observatum in Papatu. Describit presbyteros sui temporis Petrus Damiani *lib. 4. Epist. 14.* Episcopum quendam compellans in hunc modum: *Quia te sacerdotii culmen in Ecclesia tenere conspicio, & inesse quoque tibi sacerdotalem animum fiducialiter*

rectæ converſationis exemplo, (346) Epiſcoporum vel

ter credo, dolores cordis mei, qui me de ſacerdotibus cruciat, tibi potiſſimum communicare decerno. Per Epiſcopalis enim torporis ignaviam ita nunc presbyteri literarum reperiuntur expertes, ut non modo eorum, quæ legerint, intelligentiam non attingant, ſed ſyllabatim quoque vix ipſa decurrentis articuli elementa balbutiant. Et porro: *Per pſeudoſacerdotum ignorantiam, qui docere DEI populum neſciant, fieri, ut alii, quorum DEUS venter eſt, & terrena ſapiunt, luxuriam colant; alii avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus, venerentur, alii rapinis, alii perjuriis, alii homicidiis, alii veneficiis ſacrilega devotione deſerviant: & ſic diverſis criminibus, tanquam ſimulacris & ſculptilibus, obſequium ſervitutis impendant.* Eandem querelam ante hos centum annos prolixe repetiit Claudius Eſpencæus *in epiſt. ad Cardinal Borbonium, præfixa libris digreſſ. in 1. ep. Pauli ad Timoth. Ignorantiæ teſtes ſunt cathedræ,* inquit, *à paſtoribus jam olim relictæ, & ad fraterculos mendicantes relegatæ, quædam quaſi viduæ miſerabiles vel ſponſæ potius à Viris repudiatæ, & mercenariis paſſim ſub annuo cenſu, contra juris præſcriptum locatæ ac veluti proſtitutæ. Veſtra enim, veſtra erat, ô ſanctiſſimi Epiſcopi, ea diſciplinæ doctrinæque poſſeſſio, in quam quaſi caducam atque vacuam h. e. a vobis ſeu vobis indignam, relictam, fraterculi (quod de Græculis ait Tullius) & otio & literis abundantes, vobis alio diſtentis & occupatis, aliaque multo curantibus involaverunt. Nam quo quæſo modo in paſcua divinorum educet eloquiorum paſtor idiota? Sed & ſi doctus quidem fuerit, non item bonus, verendum, ne non tam nutriat ubere doctrina, quam ſterili vita noceat, &c.* Z.

(346) Intereſt Eccleſiæ, ut habeat Sacerdotes eruditione & virtute præſtantes, tum & vita & moribus irreprehenſibiles. Utrumque hoc, & eruditio & ſanctitas vitæ requiritur, etiam à Carolo M. *in Epiſt. generali de ſchol. inſtit.* & ab Hilario *lib. 8. de Trinit.* Quocirca *Eruditio & mores in Clerico ſimul requiruntur.*

vel populari testimonio(347) probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinaturus (e) itaque accipiat secum divinæ legis peritos sacerdotes, (348) & in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, patriam, ætatem, locum ubi ordinati sunt, si literas callent, si instructi in lege DEI, & ante omnia diligenter investigent, si fidem Catholicam diligenter teneant.

(e) *can. quando episcopus dist. 24.*

Examen debet præcedere collationem beneficiorum.

(f) *can. ad hæc nos ver. &*

§. 4. Quod (f) & in beneficiorum collationibus observandum erit: qui enim beneficiis Ecclesiasticis præ-

circa non Episcopi tantum, sed reliqui etiam Clerici non aliter ad officium admittebantur, nisi prævio examine & excussis probationibus, quæ de vita ante acta haberi poterant. Nec sine ratione Justinianus Imperator *in Novell. 137. c. 1.* corruptelas sui seculi inde quoque natas putat, quod Clerici, sine prævio examine ministeriis applicentur. Z. *III. 15. 1. & 2.*

Olim concurrebant Clerus & Plebs.

(347) Enimvero in ordinandis olim sacerdotibus communia plebis cum Clero vota recenset Cyprianus *lib. 2. epist. 5. & epist. 20.* Quem in finem etiam Leo *epist. 89.* ad hanc receptam consuetudinem provocat. Similia inculcat Cœlestinus *epist. 2.* & Concil. Carthaginense III. *c. 22.* Z. *III. 15. 2.*

Variatio circa præsentiam Episcopi in examine.

(348) Videtur scrutinium istud ab ipso Episcopo olim fuisse institutum secundum instructionem Pauli ad Tit. *c. 1. v. 5. & 6.* adhibitis reliquis sacerdotibus, ut Cyprianus testatur *epist. 5.* Et hoc postea constitutum fuit in Concil. Carthaginensi IV. *c. 22.* quia fieri vix potest, ut unus explorare queat singula tam expedite. Successu temporis videtur id negotium datum quibusdam aliis, quorum judicio deinceps vel admittebat Episcopus Candidatum ad ordinationis actum, vel repellebat, ut patet ex Concilii Nannetensis canone II. relato à Gratiano *c. quando dist. 24.* Z. *III. 15. 4 & 5.*

ad

præficiendi fuerint, a suo prius Archidiacono (349) examinari debent; & per ipsum postmodum Episcopo præsentari. *hoc idem de offic. archid.*

Tam simoniace ordinatus, quam ordinans, sunt puniendi.

§. 5. Ipsi (g) vero quibus talis cura committitur, cavere debent, ne aut cujusquam gratia, aut cujuscunque muneris cupiditate illecti, (350) à vero devient, ut in-

(g) *can. quando Episc. §.*

ad §. 4.

(349) Qui propter hoc officium Episcopi oculus dicitur. Et hinc ipse non tantum Clericis ad sacros ordines promovendis, examinandis & promotos regendis præfuit, ut illi baptismatis verba & rite proferrent & sane intelligerent; sed etiam in quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis conferendis sedulam navavit operam, ne indigni promoverentur. Vix arbitror, cum beneficiatis hodie tale institui examen, aut certe nimis rude illud erit, & minus rigorosum, cum ipsi Archidiaconi inter Pontificios literis sæpenumero parum instructi sint, & verendum illis sit, ne doctiores sint examinandi, suamque hinc prodant ruditatem. Z.

Plura de officio Archidiaconi.

ad §. 5.

(350) Pertinet huc elegantissimus textus *in l. 31. C. de Episcop. & Cler. item Novell. 6. c. 1.* De Simonia autem, quatenus ea committatur & quam mereatur pœnam, dicendi erit locus *libro IV.* Cæterum obiter hic noto, fuisse aliquando creditum in Romana Ecclesia, sacros ordines ab improbo Episcopo concessos, irritos esse nullarumque virium. Ex Sigeberto enim, Martino Polono, & Sigonio constat Stephanum VI. Pontificem in concilio decrevisse, *eos qui ordinati sunt a Formoso Pontifice Episcopi non legitime ordinatos fuisse, quod impius fuerit qui illos ordinavit.* Et Luitprandus quanquam in nomine Pontificis lapsus Sergium pro Stephano appellet, post commemoratum facinus, *cunctos sc. ipsum, quos Formo-*

An sacri ordines ab improbo Episcopo concessi sint irriti?

 sus

ipsi autem dist. 24. indignum, & minus idoneum, aut non examinatum ad sacros gradus suscipiendos Episcopo præsentent. (351) Quod

---

sus ordinaverat, gradu proprio depositos iterum ordinasse: quod quam male egerit, inquit, *in hoc animadvertere poteris, quoniam & hi, qui a Juda Domini nostri JEsu Christi proditore, ante proditionem, salutem seu benedictionem Apostolicam perceperant, ea post proditionem, propriique corporis suspensionem, minime sunt privati. Benedictio siquidem, quæ ministris Christi impenditur, non per eum, qui videtur, sed qui non videtur, sacerdotem infunditur* &c. Z.

Nulla juramenta exigenda à promovendis. (351) Insuper aliud quidquam exigere ab ordinandis prohibentur Episcopi. Seculo namque nono invaluerat, ut juramenta exigerentur ab illis, qui ad ministerium Ecclesiasticum promoveri cupiebant. Et juramenta quidem ista vel desidiam & ignorantiam Episcoporum, vel ἀλαζονείαν eorum arguebant. Id namque colligitur ex formula juramenti, quam his verbis recensuit, & prohibuit Concilium Cabilonense II. *c. 13. Dictum est interea de quibusdam fratribus, quod eos, quos ordinaturi sunt, jurare cogant, quod digni sint, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo, qui eos ordinat, & Ecclesiæ in qua ordinantur. Quod juramentum, quia periculosum est omnes una inhibendum statuimus.* Nolebant Episcopi de habilitate promovendorum examen instituere, vel quod vile id sibi videretur nimis & abjectum, aut etiam quod fastidirent plane istud scrutinium, vel quod inhabiles & indocti essent ipsi & prorsus inidonei ad examen tale subeundum. Ne ergo nihil egisse viderentur, utque canonibus veterum utcunque satisfieret, conscientiæ ipsorum ordinandorum id committebant, eosque jurare cogebant, dignos se esse, qui ad officium Ecclesiasticum promoverentur, nec velle se contra canones quicquam facere. Sane noluit Justinianus Imperator *novell. 6. c. 1.* ab Episcopo ordinando promissionem talem sub juramento fieri, sed sufficere putavit, si polliciti-

Quod si aliter fecerint, & qui indigne accesserit, ab altari removebitur, & qui donum Sancti Spiritus vendere conati sunt, coram DEO jam condemnati, Ecclesiastica dignitate carebunt.

Quæ tempora in ordinationibus servari debent.

§. 6. Igitur (*h*) per tres continuos dies diligenter examinentur, & demum sabbatho, (352) qui probati sunt

(h) can. quando ep. s. §. igitur.

---

licitus fuerit ille, servare se velle leges Ecclesiasticas, quoad ejus fieri possit. *Et siquidem*, inquit, *ille declaraverit & dixerit præcepta sacrarum regularum non se valere servare, nullo modo ei ordinationem imponi. Si vero susceperit, & dixerit, quia quantum homini est possibile, complebit hæc, quæ his continentur, tunc monere eum & dicere, quia nisi hæc observaverit & à DEO alienus erit, & cadet à jam dato honore.* Obedientia vero etsi debeatur Episcopo à quibuscunque inferioribus ordinibus, non tamen ea per juramentum injunctum est exigenda. Z. *III. 8. 20.*

ad §. 6.

(352) I. Tota hæc materia de tempore Ordinum conferendorum ex pietate primum habuit initium, declinavit autem in necessitatem Christianæ libertati prorsus adversam. Fundamentum ejus primum est istud, quod jejunis & à jejunis aut jejunantibus potius ordines conferri debeant, exemplo Apostolorum *Act. XIII. 3.* Secundum, quia certa quædam & stata observantur jejunia, quod in his, & non in aliis, quæ repentina sunt, aut etiam privatim observantur conferri debeant ordines. Quod primum attinet, negari nequit, inter causas impulsivas jejunii in primitiva Ecclesia fuisse etiam directionem consiliorum & actuum in arduis negociis à DEO flagitatam. Ita namque Apostolici, cum Ecclesias fundare vellent, jejunio se & precibus præparant, *dict. cap. 13. Act. v. 3.* & Hieronymus de Johanne scribit, *in præfat. ad ejus Evang.* quod scriptionem Evangelii aggressurus

De jejuniorum usu & temporibus.

funt Epiſcopo præſententur; Qui tamen ſecundum di-

ſurus expetierit communes Eccleſiæ preces, jejunio conjunctas. Sic Cyprianus *in ſerm. de jejunio* ſcribit, Sanctos olim res magnas geſturos & oraturos jejuniis ſe præparaſſe: & idem cognoſci poteſt ex integris tractatibus de jejunio ſcriptis à Baſilio, Chryſoſtomo, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, &c. At quod illi ex libera voluntate ſuſceperunt jejunium, ut in ſimilibus actibus eodem modo, ſemper & ubique obſervetur, nunquam leguntur præcepiſſe. Nec antiquius quidem jejunii circa ordinationes præceptum allegari poteſt, quam Leonis I. quod habetur *c. quod a patribus 4. diſt. 75.* At primo autoritas Epiſtolæ eſſet aſſerenda, non enim omne, quod in illis epiſtolis habetur, ab Leone profectum fuiſſe, oſtendit David Blondellus *in prolegom. Pſeudo Iſidori c. 13. circa fin.* Deinde poſito, Leonem id ſcripſiſſe, ex ipſis verbis apparet, per modum conventionis, & conſilii, non legis aut præcepti, ſcripſiſſe eum ad Epiſcopum Alexandrinum, quod poſthac velint ita uterque in ſua Eccleſia obſervari & cuſtodiri. Nec enim affectavit eo tempore Leo Epiſcopatum Oecumenicum aut dominatum in reliquos Patriarchas, ut proinde Epiſcopus Alexandrinus, ad quem ea epiſtola exarata eſt, haud magis obligatus fuerit Pontificis Romani legibus, quam Japonenſium Imperator legibus Regis Hiſpaniæ. Optima tamen ratione id etiam in noſtris Eccleſiis obſervatur, ut horis matutinis peragantur ordinationes, ut, ſi non à jejunantibus, quod cuique integrum eſt, ſaltem à jejunis poteſtas ea conferatur. Jejunium enim in ſe ſe ratione finis ſui ſpectatum non eſt cultus DEI, ſed adminiculum tantum pietatis. Quod ſecundum attinet, ipſa nempe tempora jejuniis, adeoque ordinationibus deſtinata, neceſſe eſt, ut altius repetamus, quid de indictivis ejusmodi jejuniis ſentiendum. Ante omnia autem hic memorandus eſt locus Auguſtini ex epiſt. 86. ad Caſulanum: *Quibus diebus non oporteat jejunare, & quibus oporteat, præcepto domini vel Apoſtolorum non invenio definitum.* Idem habet Socrates lib.

diversitatem ordinum, temporis quoque servabit diver-

5. c. 22. *quoniam nemo de eo præceptum literarum monumentis proditum potest ostendere: perspicuum est, Apostolos liberam potestatem in eodem cujusque menti & arbitrio permisisse; ut quisque nec metu nec necessitate inductus quod bonum sit, ageret.* Cæterum jejuniorum leges primus instituisse dicitur Montanus, uti patet ex Euseb. *lib. 5. c. 16.* Nec tamen cum legibus illa res terminaretur, una illico extitit lex communis, sed variæ à variis consuetudines in jejunii ratione observatæ sunt, uti patet ex Irenæo *epist. ad Victor.* Cassiano *collat. 21. c. 24. 27. 30.* Sozomeno *lib. 7. cap. 19.* & Socrate *lib. 5. c. 22.* qui ejusmodi in ritibus varietates ab ista repetit origine: *Causæ ejusmodi discrepantiæ fuerunt Episcopi, qui variis temporibus Ecclesiis præerant. Qui autem ista acceperunt, tanquam legem ad posteros transmiserunt.* Videamus, quid hic illic observatum fuerit, paulo accuratius. Et quidem quod sabbathum concernit, maxima inter Orientales & Occidentales Ecclesias fuit discrepantia, Græci enim jejunium non magis admittebant sabbatho, quam die dominico. Antiquus canon inter falso cognominatos Apostolicos LXVI. *Si quis Clericus deprehensus fuerit die dominico jejunare, aut sabbatho, uno solo excepto,* nempe eo, quod sanctum dicitur & paschæ contiguum est, *deponitor.* Anastasius Episcopus Nicænus *quæst. 77. Sabbathum & dies dominicus sunt dies sancti & festi, neque licet in eis jejunare.* Apud Latinos variatum fuit. In Ecclesiis Africanis sabbatho nunquam nisi in paschate jejunabatur, uti docet Tertullianus, sabbatha & dies dominicos à jejunis quadragesimæ diserte eximens *libr. de jejuniis adversus Psychicos c. 14. & 15.* Nec aliud observatum Mediolani, uti discimus ab Ambrosio *ex lib. de Elia & jejun. c. 10. Quadragesima,* inquit, *totis præter sabbathum & dominicam jejunatur diebus.* Romæ vero diversa plane erat consuetudo. Hinc ille ipse Ambrosius respondet Augustino: *quando hic Mediolani sum, non jejuno sabbatho, quando Romæ sum, jejuno sabbatho;* ut refert Augusti-

guſtinus *epiſt. 86. ad Caſulanum.* Qua oſtendit varietatem, quod alii ſabbatho non jejunent, ſicut maxime populi Orientis, alii jejunent, ſicut Romana & nonnullæ Occidentis Eccleſiæ. Addit, contingere maxime in Africa, ut una Eccleſia vel unius regionis Eccleſiæ alios habeant ſabbatho prandentes, alios jejunantes. Non vult autem à quoquam Romam ſic laudari ſabbatho jejunantem, ut orbem Chriſtianum damnet prandentem. Orbem opponit Urbi. Conſuetudo itaque non jejunandi ſabbatho latius diffuſa, quam altera: illa videlicet per omnes orientales & multos etiam occidentales populos Chriſtianos, ut ibidem loquitur Auguſtinus, iſta vero non niſi Romanis & adhuc paucis occidentalibus recepta. Quam, cum hactenus conſuetudinis locum tenuiſſet, primus in occidente ſanctioni incluſit, deque jejunio ſingulis ſabbathis inſtituendo circa annum Chriſti 406. legem tulit Innocentius I. ea de re videndus *epiſt. ad Decentium c. 4.* Iſta conſtitutio, exacto poſt eam editum ſeculo, ab Agathenſi ſynodo repetitur *cap. 12.* & iterum poſt annos 40. ab Aurelianenſi IV. *cap. 2.*. Has autem Latinorum conſtitutiones & invocationem ægre tulerunt Græci, qui proinde in ſynodo Trullana πενθέκτῃ canonem ediderunt, quo Romanos ad Canonis Apoſtolici LXVI. ſupra memorati, obſervationem adigere conati ſunt. Viciſſim vero Humbertus Sylvæ Candidæ Epiſcopus adverſus Nicetam Pectoratum declamans Græcos, quod ſabbathis non jejunarent & conventus agerent, Sabbatinos appellat. Et tantum de Sabbatho, quibus addi poteſt Gabr. Albaſpinæus *lib. 1. obſervat. 13.* Quadrageſimale jejunium, ut imitationem Chriſti Salvatoris commendant nobis Pontificii. At longe aliter Johannes Chryſoſtomus in *Matth. 11. homil. 46. al. 47. Diſcite a me,* inquit, *quia mitis ſum & humilis corde. Non dixit, quia jejunavi, quamvis quadraginta illos dies poſſet proponere. Verum illud non dicit ſed, quia mitis ſum & humilis corde.* Et quanquam quadrageſimale iſtud jejunium ſolenne quaſi deinceps habitum fuit in Eccleſia, non ubique tamen uniformiter obſervatum fuiſſe, docet Socrates *lib. 5. c. 22.* & Sozom. *lib. 7. cap. 19. Romæ tres tantum,* inquit, *ſeptimanas ante paſcha jejunabant: in Illyria, Græcia, Alexandria ſex ſeptimanas; alii*

ſeptem

ſeptem ſeptimanas, ſed quindecim per intervalla: omnes tamen tempus illud quadrageſimam vocabant, rationem appellationis alii aliam a ſe ipſis excogitatam reddentes. Ipſa vero illa in univerſum jejunia veterum ſequioribus temporibus omnino fuerunt collapſa,& quæ Papatus deinceps uſurpavit, partim ludibria ſunt jejunii, partim ſuperſtitionis, idololatriæ,ac hypocriſeos multiplicis inſtrumenta,ut adeo facile dijudicari poſſit, prægnantiſſimas nobis fuiſſe rationes, quod in noſtris Eccleſiis jejunium quadrageſimale non ita ut prius obſervetur. Leges enim Eccleſiæ tamdiu ſervari poſſunt, dum fidei & charitati, qua regitur conſcientia, non officiant, & opinio neceſſitatis abſolutæ non ſtabiliatur. Quod denique jejunia quatuor temporum attinet, ab Calixto Papa primum introducta ea memorat *c. 1. diſt. 67.* ſed falſo, uti docet David Blondellus *in Pſeudo Iſidoro, pag. 256.* Rectius enim eorum origo refertur ad Leonem,quem Magnum vocant,qui circa annum Chriſti CCCCLX. ſolennia jejunia quater in anno publice indixit, jejunium ſc. quadrageſimæ,pentecoſtes, ſeptimi menſis & decimi, de quibus videri poſſunt canones, qui habentur *dict. diſt. 76.* Nec diſſimulare tamen poteſt Leo, jejunium ſeptimi & decimi menſis Judaiſmum quodammodo fovere, dicit tamen: *Quando vos ad quædam, quæ in V. T. inſtituta fuerunt,cohortamur non Judaicæ obſervantiæ jugo vos ſubdimus, licet enim in temporibus conveniat, non tamen concordat in moribus.* At eo ipſo non liberat inſtitutum ſuum à Judaiſmo. Chryſoſtomus enim annotat, Paulum ideo dixiſſe (in parte diei feſti) ut oſtenderet, ſe arguere eos, qui etiamſi non per omnia, ſed tantum in parte aliqua, obſervationes V. T. conſcientiis in N. T. imponere volebant. Quadrageſimæ vero & Pentecoſtes jejunia Leo dicit Apoſtolorum traditione, de Paracleti magiſterio inſtituta. Sed gratis hoc dicit,& ſine fundamento; quemadmodum & illud, quod jejunio tribuit reconciliationem & propitiationem DEI, culparum redemptionem & peccatorum remiſſionem. Cæterum Rabanus Maurus *de inſtitut. Clericor. l. 2. c. 24.* ideo tam ſtricte deinceps quatuor illa jejunia obſervata fuiſſe memorat, quod Gelaſius conſtituerit, illis diebus ordinationes presbyterorum & diaconorum fieri debere,

bere, mansisse igitur eam observationem, etiam cum non celebrarentur ordinationes. Sed nec eadem, quæ in veteri Ecclesia observata olim fuere tempora, in Romana hodie retinentur. Isidorus enim Hispalensis *de offic. l. 1. c. 37. 38. 39.* scribit, suo tempore secundum jejunium alio post Pentecosten die inchoari solitum: Tertium 8. Calend. Octobr. Quartum in ipsis Kalendis Novembribus. At mutata ea hodie sunt & alia prorsus definita tempora. Z.

Præfixa ordinationibus tempora & eorum ratio.

II. Ipsi actui ordinationis certa olim præfixa fuerunt tempora quæ religiose observavit posteritas. *Non passim*, inquit Leo Papa *in epist. ad Episcopos Provinciæ Viennensis c. 3. sed die legitimo ordinatio celebretur, nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die Sabbathi vespere, quod lucescit in primam Sabbathi, vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Solum enim majores nostri resurrectionis dominicæ diem hoc bonore dignum judicarunt, ut Sacerdotes, qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur.* Sic & Gregorius II. Papa *in epist. 4. ad Clerum ordinem & plebem Thuringorum: Ordinationes presbyterorum sive Diaconorum, non nisi quarti septimi & decimi mensis jejuniis, sed & ingressu quadragesimali, atque medio vespere sabbathi noverit celebrandas.* Pariter Zacharias Papa *in literis*, quibus respondet Bonifacio ArchiEpiscopo ad proposita quædam dubia, hoc etiam quod destinatis diebus ordinationes ab eo peractæ non fuerint, hunc in modum emendatum cupit: *De ordinatione etiam Presbyterorum & diaconorum, cogente necessitate & paupertate rogantium non legitimis temporibus & diebus a te promoveri, te offensionem incurrisse insinuasti. Dicimus autem tibi frater, ut bene nosti, quod sacri canones docent, aptis temporis sacerdotes ordinandos. Attamen in eo, quod a te propter zelum fidei actum est, a Domino DEO nostro indulgentiam postulamus.* Non dicit, ordinationes istas esse irritas & plane nullas, sed solum veniam à DEO petendam esse propter transgressionem legis Ecclesiasticæ. Ad sacros canones provocat Zacharias, quos tamen non alios esse puto, nisi quos ex literis antecessorum sibi construxit ejus temporis Ecclesia. Ante eum enim in Concilio aliquo tale quid constitutum aut decretum

versitatem : non enim (*i*) omnes ordines quibuslibet tem-

(*i*) *cap. 1. 2. & 3. de temp. ord.*

tum fuisse, nullibi apparot. Nec alia ad rem præsentem testimonia producere potuit Gratianus *sub dist. 25.* Ipse Leo Papa alibi, *epist. nempe 81.* ad consuetudinem provocat, sed cujus originem frustra ex scripturis quærit. Verba ejus hæc sunt. *Quod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, à vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel Levitica ordinatio celebretur, sed post diem Sabbathi ejus noctis, quæ in prima Sabbathi lucescit, exordia deligantur, h. e. sub lege divini officii substituantur, in quibus his qui consecrandi sunt, jejunis & a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso Dominico die continuato Sabbathi jejunio, celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est. Nam præter autoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam Sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus S. ad Evangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes & orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus, quanta & dantium & accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum* &c. Nihil, inquam, agit Pontifex dum ex Scriptura Sacra probare conatur, specialia Apostolos observasse tempora in conferendis ordinibus. Jejunantes & orantes dicuntur *Actor XIII, 3.* imposuisse manus, sed quo tempore, quo die aut hora id factum fuerit, ne verbulum ibi reperitur. Putavit tamen Leo singulis diebus Sabbathi, aut Dominici ordinationes peragi posse & debere. Gelasius vero, qui eum secutus est, ipsos etiam illos dies limitavit magis & ad certa tempora restrinxit. Hæc enim sunt ejus verba, quæ refert Gratianus *d. dist. 75. c. ult. Ordinationis Presbyterorum & Diaconorum nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id est quarti mensis*

Tt (qui

temporibus (353) conferri possunt; nam Dominicis (354) & aliis festivis diebus unum, aut duos (355) ad minores (356) licebit promovere, sed ad subdiacona-

(qui est Junius. Nam à Martio primum mensem numerarunt Christiani) *jejunio, & septimi,* (Septembris) *& decimi,* (Decembris) *sed etiam quadragesimalis initii ac medianæ hebdomadæ, & Sabbathi jejunio circa vesperam ipsas ordinationes noverint celebrandas, nec cujuslibet utilitatis causa seu Presbyterum seu Diaconum his præferre audeant, qui ante ipsos fuerint ordinati.* Rationem communiter reddunt istam, quia his temporibus solennia observantur jejunia, & à jejunis atque jejunantibus ordines conferri debere sacra doceat pagina. Sed jejunia illa potissimum propter ordinationes tum temporis celebratas, observata fuisse, testatur Rabanus Maurus *de instit. Cler. lib. 2. c. 24.* ubi docet, ideo tam stricte jejunia illa servata fuisse, quod Gelasius constituerit, illis diebus ordinationes Presbyterorum & Diaconorum fieri debere, mansisse igitur eam observationem, etiam cum non celebrarentur ordinationes. Quid vero de jejuniis illis sentiendum sit, videri potest Johannes Dallæus in erudito *de jejuniis & quadragesima* libro. Z. *III. VIII. 13. 14. 15.*

Superstitio Pontificia. (353) Totum id est ex sequioris & jam in superstitionem proclivis Ecclesiæ placitis. Z.

Limitatio. (354) Nisi conferantur Sabbathis illis, quibus alias conferuntur ordines majores, quo tamen casu receptam dicit consuetudinem Barbosa *de potest. Episc. part. 2. alleg. num. 21.* ut feria sexta vespere præcedente sabbathum, in quo de jure ordines sacri conferuntur, Episcopis fas sit ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies sabbathi pridie vesperi. Z.

Objectio. (355) Cur non plures? cum utique ad majores ordines plures uno die promoveri possint. Z.

An & hodie? (356) Imo etiam ad majores ex sententia Leonis I. quæ habetur in *c. quod die dominico, dist. 75.* Sed volunt scilicet Canonistæ hodierni, ordines minores, quia scil. sacri non sunt (de quo dixi *tit.*

natum,(357) nisi in quatuor temporibus, & una & altera ſtatuta die (358) nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, (359) licet aliquos ordinare, nec alicujus loci contraria eſt admittenda conſuetudo. (360) Quod ſi (*k*) forte ſecus factum fuerit, ordinans quidem poteſtate privandus eſt ordinandi; & ordina-

(*k*) *c. dilectus filius. de temp. ord.*

22. §. *ſubdiaconos*) quando & ubi Epiſcopo libuerit, etiam absque miſſa, & à non jejuno Epiſcopo conferri. Piaſec. *p. 1. cap. 1. art. 8. n. 5.* Z.

(357) Et multo magis ad reliquos ſacros ordines. Z.

(358) Id eſt in Sabbatho ſancto, & in ſabbatho ante dominicam de paſſione. Sed cur non in omnibus Sabbathis ordines iſti conferuntur; utique enim in omnibus jejunia olim Romæ fuerunt imperata. Illud feſtivum eſt, quod Andreas Valenſis ideo in Sabbatho potius quam aliis diebus ordines conferri ſcribit, quia dies ſabbathi conſecrata ſit Spiritui S. cujus dona in ordinibus recipiantur. *ad tit. de temp. ordinat. §. 5. n. 2.* Z.

Cur non in omnibus Sabbathis?

(359) Illi ſcil. tanquam ſupremo Legislatori diſpenſandi jus tribuunt, etiam circa leges à Conciliis latas, ſi Diis placet. Atque ita ordinandi poteſtatem fratribus minoribus & Jeſuitis laxiorem à Pontifice conceſſam, ſcribit Auguſt. Barboſa *de jur. Eccleſ. lib. 1. c. 33. n. 179. ſeq. & de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 17. n. 6. 7.* Z.

Cur ſoli Pontifici?

(360) Quod conſuetudine primum cœpit, & libere ab initio receptum fuit, verſum eſt deinceps in neceſſitatem, ita ut vix toleraretur alicubi conſuetudo contraria, quanquam conſuetudinis ea ſit natura, ut intra ſuos limites conſiſtat, neque conſuetudinem aliam contrariam alibi receptam deſtruat. Sed fuit tamen hæc ſententia Alexandri III. Pontificis, qui *c. 2. X. de tempor. ordinat.* Epiſcopo Herfordenſi ita reſcribit: *Sane ſuper eo quod moris eſſe dixiſti in Eccleſiis quibusdam Scotiæ & Walliæ, in dedicationibus Eccleſiarum vel altarium extra jejunia quatuor temporum, clericos ad*

Explic. c. 2. de temp. ordin.

 ſacros

(*l*) *cap. pen. eod. tit.*

dinatus cum characterem (*l*) minime dubitetur recepisse, (361) pœnitentia tantum prævia in susceptis ordinibus ministrare substinendus erit.

Nec uno, nec duobus diebus continuato jejunio duo sacri ordines conferri possunt.

§. 7.

---

sacros ordines promovere. Significamus quod consuetudo illa, (utpote institutioni Ecclesiasticæ inimica) est penitus improbanda & nisi multitudo & antiqua consuetudo terræ esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare, nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur autoritate ordinandi. Non audet Alexander eos, qui aliis temporibus ordinati sunt, pro non ordinatis habere, aut ab officio prorsus removere, consuetudinem tamen ipsam improbat, eamque institutioni Ecclesiasticæ inimicam & detestabilem esse dicit, uti habetur in antiqua decretali apud Antonium Augustinum. Cur vero detestabilis? quia scilicet discedebat a consuetudine Romæ recepta & decretis Pontificum confirmata. At vero in causis disciplinæ unaquæque Ecclesia peculiares suas consuetudines retinere potest, quæ tamen fidei contrariæ non sunt, nec propterea rumpi debet fraternæ concordiæ vinculum, nec injungi isti Ecclesiæ, ut aliud a consuetudine sua diversum recipiat. Optime Augustinus *Epist. ad Casulanum: In his rebus, in quibus nihil certi statuitur scriptura divina, mos populi Dei vel instituta majorum pro lege tenenda sunt, de quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio.* Et Hieronymus *Epist. ad Lucinium 28. Illud breviter te ad monendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim, quod fidei non officiant, ita observandas, ut a majoribus traditæ sunt: nec aliquorum consuetudinem aliorum contrario more subverti,* apud Gratianum. *c. 5. dist. 12.* Z. III. IIX. 16.

Explic. c. 9. eod. tit.

(361) Eadem Alexandri III. verba decretali suæ Epistolæ inseruit

§. 7. Sed (*m*) nec uno die, nec duobus continua-to

(*m*) *cap. literas de*

ruit Cœlestinus III. quam scripsit ad Episcopum Hydruntinum in Apulia. In qua dubitavit annon reordinari deberet, qui extra tempora in Latina Ecclesia constituta ordinatus fuerat. Partem ejus decretalis compilationi suæ inseruit Gregorius IX. *c. 9. X. de temp. ordinat.* & quidem valde concisam. Præstat eam ex antiqua decretalium collectione II, *eod. tit.* totam hic exhibere. *Cum secundum Ecclesiasticas regulas & sanctorum instituta Pontificum sacri sunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Græci Episcopi, ritus sui & consuetudinis observantiam in Latinos Clericos exercentes, eos ad sacras ordines passim provehunt, qui non sunt, præterquam in quatuor temporibus conferendi. Sane sicut latoris præsentium Johannis relatione cognovimus, quod cum ipse a quodam domino, cui servierat, & ut in Capella sua divina officia celebraret, cuidam Græco Episcopo foret præsentatus, idem Episcopus Cathamarsensis eum in sacerdotem promovit, quem postmodum diæcesanus Episcopus ab executione officii vel suscepti ordinis credidit suspendendum. Quæ utique consuetudo consuetudini* (*institutioni*, dixerat Alexander *supra d. l.*) *Ecclesiasticæ inimica & detestabilis est, & penitus improbanda, & nisi multitudo & antiqua consuetudo esset in causa, sic ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes autoritate ordinandi de censura canonum privarentur. Verum quia nos plenam de Græcorum observantia notitiam habere non possumus, nec est nobis certum, utrum consuetudo sic se habeat, quod in partibus Calabriæ ut Latini a Græcis & Græci a Latinis secundum alterutrius institutionis observantiam ordinentur, & an sit antiquitus observatum, f. tuæ, qui discernere melius ista poterit ejusdem Johannis judicium diximus committendum: per Apostolica s. m. & potestatem tibi autoritate præindulgentes, ut cognita diligentius veritate & obser-van-*

vantia consuetudinis, si qua super his a Latinis Clericis recepta est, & hactenus approbata; vel si tibi apparuerit aliter decernere de ipso Johanne, quod cum salute animæ suæ poteris cess. ap. diffugio statuere, non moreris, studiosius attendens, utrum reordinandus sit, an sine periculo animæ suæ in sic recepto ordine debeat celebrare, addito si quid noveris in supplemento ordinis adjungendum. Nolumus autem de cætero commixtiones rituum & consuetudines ordinum observari, nec sumi ab aliis in exemplum, si cum isto duxeris misericorditer dispensandum. Difficulter videtur Pontifex istam admisisse dispensationem, nec nisi constiterit de consuetudine in Calabria, quod Latini a Græcis & Græci a Latinis secundum alterutrius populi ritus ordinentur. Apud Græcos namque ex consuetudine, sacri ordines passim quolibet die extra quatuor tempora conferebantur, uti patet insuper *ex c. 1. & 3. collect. 3. eod.* Illi igitur etiam Latinos Presbyteros sibi præsentatos secundum consuetudinem apud se receptam quolibet die ordinabant, & vicissim Latini Græcos sibi præsentatos juxta suæ Ecclesiæ ritus consecrabant. Id vero Pontifici videbatur valde absurdum, & subdubitat proinde, an non reordinari taliter ordinatus debeat, cui ministerium in Ecclesia Latina commissum fuerit, præsertim si ἀμφίβολα illa consuetudo probari nequeat. Idcirco totum negotium committit judicio Archi-Episcopi Hidruntini. Etsi vero Innocentius III. deinde reprehendat Episcopum Latinum, qui sibi subjectum Presbyterum a Græco Episcopo Græcorum more ordinari permiserat, negat tamen, ita ordinatum ab executione officii debere suspendi aut aliter ordinari. *Si vero*, inquit, *de mandato vel licentia sui præsulis a Græco Pontifice secundum morem Græcorum fuerit ordinatus, licet culpandus sit Episcopus Latinus, qui Clericos suos a Græco facit antistite ordinari; quamdiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum c. 11. X. de temp ordinat.* Ex quo consequitur, stata ista tempora, quæ in Latina Ecclesia observantur, esse ex constitutione Ecclesiastica, non ex jure divino, nec si observata illa non fuerint, ordinationem propterea esse irritam, aut invalidam. Noluit tamen idem Innocentius *lib. 4.*

epist.

to jejunio ad duos quis poteſt ſacros ordines (362) promoveri, arbitrarie ordinanti ſuſpenſionis imminente pœna. *temp. ordin.*

Minores ordines omnes ſimul conferri poſſunt.

§. 8. Diverſum (*n*) ſtatuitur de minoribus, qui omnes vel unica die (363) conferri poſſunt. *(n) c. de eo. de temp. ord.*

Cum promoto per ſaltum, poteſt, prætermiſſo ordine repetito, diſpenſari.

§. 9. Per (*o*) ſaltum (364) vero ſi promotus fuerit *(o) c. 1. diſt. 52. & ca.*

---

epiſt. 148. eum, qui ſtatuto tempore ad ſacerdotium promotus fuerat, exequi ea, quæ diaconalis eſſent ordinis, ſi conſtet, eum ſtatuto tempore non fuiſſe ordinatum Diaconum. Sic igitur majore ordine ſubſiſtente, minorem diu antea exercitum extingui & expirare contigit, cujus num efficacia olim aliqua eſſe potuerit, merito dubitare hinc licet. Z. *III. IIX. 17. & 18.*

ad §. 7.

(362) Rationem video nullam, niſi quod inſtrui magis & ad res gerendas aptior fieri poſſit, ſi permanendum aliquando fuerit in ordine ſuſcepto. Z.

ad §. 8.

(363) Diverſum tamen ſtatuit Concilium Tridentinum, ut etiam minores ordines per temporum interſtitia conferantur, niſi aliud Epiſcopo magis expedire videbitur, & in uno quoque munere juxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant, priusquam ad altiorem gradum adſcendant. Z. *Aliud per Concil. Trident.*

ad §. 9.

(364) I. Notari hic velim, quæ in Concilio Tridentino diſſeruit Hieronymus Bravo Dominicanus, ex relatione Petri Suavis *in hiſt. Conc. Trid. lib. 7. Quod ad illud pervulgatum attinet,* inquit, *Promotio per ſaltum non eſt ſimplici-*

un. de cle-ric.per salt.prom. rit quis, solenniter ordine prætermisso repetito, ex misericordia ministrare permittendus erit.

Promotus ad sacros ordines furtive contra prohibitionem prælati, non potest fieri sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus: secus, si non contra prohibitio-

---

ter rejicienda. quit, *quod ordines inferiores, gradus sint ad superiores, affirmare S. Thomam in Ecclesia primitiva, multos immediate ordinatos presbyteros, per inferiores ordines conscensione nunquam facta: Ecclesiamque transitum hunc per omnes ordines ad sacerdotium non alia fini constituisse, nisi ad homines humiliandos. Satis constastare ex Actis Apostolorum, Matthiam immediate ordinatum fuisse Apostolum, neque per ordines minores & subdiaconatum septem Diaconos transiisse. De se narrare S. Paulinum, cum apud animum suum constituisset sese cultui divino in Clero mancipare & humilitatis affectu per omnes gradus Ecclesiasticos ire, principio ab ostiario facto, dum Laicus adhuc tempus opportunum captaret, derepente Barcinone a populo raptum & tractum ad Episcopum presbyterum per saltum ordinatum, quod minime contigisset, nisi id temporis fuisset usitatum* &c. Simili modo Nectarius, cum nondum baptizatus esset, electus est in Episcopum Constantinopolitanum, ut habet Nicephorus *lib. 12. c. 12.* & Ambrosius Mediolanensis refert de se ipso *lib. 10. Epist. 82.* quod Episcopus factus fuerit, cum adhuc esset Catechumenus. Quicquid igitur hic disponitur de repetitione ordinis prætermissi, id ex nimia & enixa septem ordinum assertione profectum videtur. De praxi tamen pontificia videri potest Franciscus Duarenus *de sacr. Eccles. minist. c. 16.* Nos interim non improbamus, sed imo constitutionibus Saxonicis adstringimur, ut minus exercitatus diaconatus munere fungatur prius, quam pastoris partes suscipiat. Vid. Ordinat. Eccles. *pag. 89.* & adde, quæ remissive diximus supra *l. 1. tit. 7. §. igitur is, ad verb. qui in sacris ordinib. non sunt.* Z

II.

tionem, quia tunc poteſt Epiſcopus pro arbitrio diſpenſare, & qui non ordinatus ſe miſcuit divinis, nunquam poterit ordinari.

§. 10.

II. De moralitate promotionum ad ſacros ordines mihi videntur duo extrema eſſe vitanda. Primum; quaſi ſeptem illi ordines Cleri Pontificii ſint divini inſtituti, & quaſi Chriſtus (ut volunt Canoniſtæ, vide *ſupra notata ad* §. 1. *tit.23.)* per omnes inferiores ordines tranſierit, adeoque quaſi contra inſtitutum divinum peccet, qui per ſaltum promoveatur. Secundum, ne quis putet, promotionem per ſaltum eſſe rem ita indifferentem, aut laudabilem, ut leges Eccleſiaſticæ ſint vituperandæ, quæ eandem prohibeant, aut eandem diſſuadeant. Sane uti in tota natura mutationes ſubitaneæ & quæ non fiunt per gradus, v. gr. diei & noctis, caloris & frigoris, item quatuor anni tempeſtatum &c. extraordinariæ ſunt, & regulariter plus damni quam commodi ex illis oritur; ita & cum natura humana tam phyſica quam morali & politica comparatum eſt. Habent ætates ſua tempora; habet etiam intellectus humanus ſua augmenta per gradus. Juvenes virili ſapientia præditi, in virili ætate conſtituti jam repueraſcunt. Idem de promotionibus ſubitaneis & per ſaltum videtur dicendum. Huc pertinet illud Poetæ. *Tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant.* Interim tamen, uti in politicis pleræque regulæ ſuas habent exceptiones, ita etiam quoad promotiones dicendum, quod ob ſingularia promovendi merita, is ad quem pertinet collatio dignitatum ſive politicarum ſive Eccleſiaſticarum, (& maxime apud Proteſtantes Princeps, vi juris circa ſacra) ad illas regulas de promotione per gradus non ita ſit adſtrictus, ut ex juſta cauſa circa eas non poſſit diſpenſare. T. *Moralitas promotionum per ſaltum.*

III. Id quoque jure noſtro Romano cautum, ut ad dignitates ſuperiores per gradus eatur *l. ut gradatim 11. pr. ff. de muner. & honor. l. Honor. 14. §. pen. ff. eod.* quod in Eccleſiaſticis male apud nos non obſervari, monet B. Autor *in Comment. Pand. ad. d. l. 11.* *Strykii doctrina de promotione per ſaltum.*

Uu cum

(p) *cap. 1. & seq. de eo qui furt. ordin. suscep.*

§. 10. Quod si (p) furtive (365) ad sacros ordines quis irrepserit, dispiciendum erit, an prælati sub anathemate præcesserit interminatio: tunc enim nulla ratio-

cum tam idem in Episcopo juris esse voluerit Justinianus *Novell. 6. c. 1. §. 2.* Ratio redditur *in c. 2. dist. 48.* quod casum appetat, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum &c. Lutheri solenne dictum fuit: Ich wolte daß keiner zu einen Prediger erwehlet würde / er wäre denn zuvor Schulmeister gewest. Jetzt wollen die Jung-Gesellen von Stund an Prediger werden / und fliehen der Schul-Arbeit ꝛc. quæ verba Lutheri recenset, & simul illam quæstionem; *An ex scholis superioribus quæ Academiæ dicuntur, adhuc discentem, an jam ex illis digressum & in schola inferiori aliquandiu docenda & gubernanda juventute exercitatum vocare sit convenientius & satius?* fusius tractat Paulus Tarnov. *de Minister. Eccles. lib. 1. cap. 23. Q. 1.* Cæterum quamvis saluberrime antiquitas statuerit, ut per gradus seu ordines quis ad Episcopatum promoveatur, abusus tamen & hic apud Pontificios conspicuus, qui vel simul vel exiguo intervallo conferunt omnes minores ordines, & in illis ipsis tamen nullas veras ministerii functiones exercent, quibus ad verbi & Sacramentorum ministerium præparari possent. Chemnit *Exam. Concil. Trident. P. 2. de Sacrament. Ordin. c. 2. p. m. 398.* S. p. 79. Confer. supra *not. 120. III. p. 99.*

ad §. 10.

Quid sit furtive ordinem suscipere?

(365) Furtive suscipere ordinem dicitur (1) quando quis sine ordinatione & consensu Episcopi vel sine examine in multitudinem ordinandorum irrepit. (2) quando admissus ad minores tantum ordines una & eadem die etiam subdiaconatum suscipit. (3) quando quis contra inhibitionem superioris eodem tempore ad duos sacros ordines suscipiendos sese ingerit. (4) quando per saltum ordinatur. Andr. Vallens. *tit. de eo qui furtiv. ord. suscep. n. 1.*

(366)

ratione (366) ad sacerdotalem poterit ordinem promoveri, nisi regulari habitu suscepto laudabilem aliquandiu duxerit vitam: (367) quo casu secum misericorditer dispensari poterit: alioquin nulla præcedente inhibitione, condigna satisfactione imposita, pro suo arbitrio cum illo poterit Episcopus dispensare. Quod si is, qui nullum adhuc penitus (368) attigit ordinem, (q) divinum aliquod officium exercuerit, & ab Ecclesia erit abjiciendus, & nunquam ordinandus.

(q) *cap. 1. & seq. de cleric. non ord. ministr.*

Qui nondum baptizatus ordinatus est, debet baptizari, & rursus ordinari.

§. II. De (r) eo qui non baptizatus ordines susceperit, valde dubitatum est: de quo post multam tandem discussionem obtentum & constitutum fuit, ut bapti-

(r) *c. 1. de presbyt. non bapt.*

(366) Ad quid ergo facit character impressus? Z. *Objectio.*

(367) Sed tum in Abbatis sui discedit potestatem, ut sine ejus voluntate ad Ecclesiastica officia non possit promoveri *c. ad aures 5. X. de temp. ordinat.* quis ergo deinceps dispensabit? Non sane Episcopus, quanquam id scriptum inveniatur in *c. 1. & 3. X. de eo qui furtiv. ord. susc.* Non enim, qui regularem habitum suscepit, Episcopi arbitrio amplius subest, præsertim si Abbas fuerit exemptus, quales plures inveniri dixi supra. Cæterum quid de monastica vita sentiendum, dicam infra *tit. 30.* Z. *Alia objectio.*

(368) Num ergo prohibendi erunt Laici, necessitatis tempore conferre baptismum? Ita vult *cap. 1. X. de cleric. non ordin. ministr.* At contrarium habetur *c. 19. & 20. de consecrat. dist. 4.* Et acerbum hoc nimis est, atque rigidum, ex Ecclesia illico ejicere eum, qui non ordinatus divinum aliquod officium exercuerit. Quid ergo, si quis Ostiarii partes involaverit & templi januas occluserit, aut Canto- *Arcanum tyrannidis Papalis.*

 ris

baptizetur, atque iterum ordinetur: & merito: cum enim baptismus (s) omnium sacramentorum (369) janua sit & fundamentum, superædificari non potuit, ubi fundamentum defuit. (370)

(s) gl. 2. d. c. 1.

Sacros ordines tantum Episcopus confert, minores interdum & alii: & Episcopus qui loco, non dignitati renunciavit, sacros ordines conferre potest: secus, si etiam dignitati, quia tunc solum minores confert.

§. 12. Illud postremo omittendum non est, quod inter minores & sacros ordines illa est differentia: quia majores ab Episcopis, (371) minores vero etiam ab aliis quandoque conferuntur. Unde de eo quæsitum est, (t) qui Episcopatui renunciasset, an & quales ordines conferre posset? in qua specie obtinuit

(t) c. 1. de ordin. ab episc.

ris munere functus fuerit, num excommunicandus fuerit ille? Argumentum certe hoc esset tyrannidis papalis. Z.

ad §. 11.

Baptismus an recte dicatur janua omnium sacramentorum.

(369) Est quidem baptismus janua Ecclesiæ & porta gratiæ, uti eum appellat Augustinus, per quam sc. cœli nobis aperiuntur, & Deus nos ad supernam vocat patriam, uti loquitur Chrysostomus *Homil. 13. in Matth.* Plura tamen cum non dentur in Novo Testamento Sacramenta, quam baptismus & Eucharistia, papismus est dicere, baptismum esse januam omnium sacramentorum, cum non nisi unius esse possit, nempe Eucharistiæ, quippe quæ non baptizatis non communicatur. Z.

Objectio.

(370) Nullus ergo tum imprimetur Character quem tamen individuum comitem & appropriatum effectum ordinationis statuunt Pontificii. Z.

ad §. 12.

(371) Vide quæ dixi supra *tit. de consecratione.* Z.

(372)

nuit diſtinctio, (372) ut ſi quidem loco tantum quis renunciaſſet, eos quos ante renunciationem poterat, rogatus conferre poſſit. Quod ſi non ſolum loco, verum etiam dignitati renunciavit, minores tantum quis ab eo recipere, & in illis deſervire, & ad majores, ſi reperiatur idoneus, poterit promoveri. Sane ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit, quia indignum ſe fecit, officii non habebit executionem: ubi autem non ſcienter, (niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia,) diſcretus Pontifex diſpenſare poterit.

QUI PROMOVERI NON POSSUNT.

TITULUS XXV.

Ponit quatuor cauſas ſive reſpectus, ob quos prohibentur homines ordinari.

§. 1.

QUoniam vero præcaveri debet, quod vel infirmari, vel vituperari poteſt, ſciendum eſt, quoſdam eſſe

(372) Rationem diſtinctionis petunt ex eo, quod jus dignitatis Epiſcopalis cohæreat perſonæ, jus adminiſtrationis vero cohæreat loco. Reſidere igitur dicunt poteſtatem conferendi ordines quoad habitum in dignitate, quoad exercitium vero in loco, & poſſe hinc Epiſcopum, qui renunciavit, quoad habitum illa quæ ſunt ordinis, non vero quoad exercitium, eo, quod careat objectis. Nihilominus, ſi ordinet, imprimere illum ordinando characterem, executionem tamen officii dare non poſſe. Joh. Bapt. Vivian. *in ration. ad tit. de ordin. ab Epiſc.* In noſtris Eccleſiis diſtinctio iſta nullam plane habet uſum, nec admitti poteſt; quod characterem ex ordinatione impreſſum præ- *Ratio diſtinctionis.*

esse qui non sunt (373) ad Ecclesiasticos ordines admittendi, quod fieri contingit quatuor ex causis: aut enim quis promoveri impeditur ratione subjectionis, aut ratione delicti jam patrati, aut suspicione futuri lapsus, aut ob corporis læsionem. (374)

Servus & libertus non possunt ordinari, & servus ordinatus sciente domino fit ex hoc liber & ingenuus.

§. 2.

---

supponat, quem tamen, ut omni fundamento destitutum, merito rejicimus.

TIT. XXV.

ad §. 1.

Ratio contentorum hoc titulo.

(373) Decet ministros Ecclesiæ præ cæteris ornatos esse virtutibus, graves moribus, inculpatos in conversatione, & si fieri potest, etiam corpore integros, nec mutilatos, idque tum, ne per eos sacra profanentur, tum ne scandalum auditoribus præbeatur, tum etiam, ne ludibrio sint plebi. Joh. Aloys. Ricc. *decis. Neapol. 133.* Nec tamen hinc statuendum est, dignitatem ministerii dependere a dignitate personæ administrantis. Z.

(374) De prima causa agitur *à* §. *2. ad* §. 7. de secunda inde *ad* §. *16.* de tertia *ad* §. *21.* de quarta inde ad finem. Sed vereor, ut omnes causæ, de quibus in hoc titulo agitur, possint ad illa genera quatuor referri. Nam quod secundum genus attinet delicti commissi, vox delicti hic extenditur etiam ad culpam §. *10.* Referuntur etiam in illa classe §. *13.* publice pœnitentes, cum tamen pœnitentia nec publica nec privata sit delictum. Et quamvis usura in §. *14.* ex doctrina juris Canonici sit species delicti, tamen ad libri 4. titulum ostendetur perspicue, quod crassa satis ignorantia doctrinæ moralis & prava interpretatio dictorum Scripturæ errorem hunc introduxerit. Quin & in eodem paragrapho 14. gestio negotii secularis non poterit ad crimina referri. Porro ad classem tertiam, suspicionem

Notatur Lancelottus.

vi-

§. 2. Ratione subjectionis (a) promoveri impediuntur servi: eos enim, nisi à dominis libertatem consecuti (375) fuerint, nullo debet ordine Episcopus (aa) insignire: liber enim esse debet, (376) qui divinæ aggregandus est militiæ. (377) Quapropter non solum ser- (a) cap. 1. & seq. extr. de servis non ordin. (aa) c. nulli c. nullus.

---

videlicet futuri lapsus, nescio qua ratione in §. 17. referatur, qui in ægritudine constitutus baptizatus fuerit, aut rebaptizatus, de quo est in eod. §. Sane Presbyterorum filii & bigami seu qui secundas nuptias celebrarunt, de quibus agitur in §. 18. 19 20. nec ad hanc tertiam classem, nec ad aliquam reliquarum referri poterunt. Denique in §. ult. furiosus nec ad corpore læsos, nec ad tria genera præcedentia poterit reduci. T.

ad §. 2.

(375) At eo ipso dum in Episcopum aliquis ordinabatur, libertatem consequebatur, ut patet ex *Novell. 123. c. 4.* Z. *Objectio.*

(376) At Concilium Aurelianense V. habitum anno 552 *cap.* 6. jubet servum invito domino ordinatum vel à domino revocari, vel servata benedictione honestum in ordine domino impendere obsequium, ita tamen, ut si herus per obsequia ordini sacro injuriam inferre videatur, ordinator duos servos ei restituat, & servum ordinatum Ecclesiæ retineat. Cæterum ideo fere prohibita fuit ordinatio servorum, non quod servus Clericus esse non posset, sed ne fides Christiana male audiret, ac si dominorum jura per eam intervertentur. Vid. Claud. Espencæus *lib. 2. digress. 18.* Z. Confer eundem *III. 4. 14. & 15.* *Limitatio.*

(377) Ita quidem est, non debebat cujuslibet conditionis homo excludi à studio pietatis & quatenus huic inserviunt Clerici à Clericatu, modo aliorum jus non intervertatur. Adeoque sub specie humilitatis etiam Clerus Pontificius cujuslibet conditionis homines liberos ad dignitates Ecclesiasticas admisit, sive nobiles sive plebejos & rusticos, sed tamen sub hac ficta humilitate occultatum fuisse arca- *Arcanum Politicum Cleri Pontificii.*

c. quique c. de rebus c. generales. dist. 54.

servi, sed nec, qui retento obsequio, (378) manumissi sunt, cum adhuc servitutem quandam servire videantur, sunt ad clericatus ordinem promovendi: quod si contra factum fuerit, tam ordinantis, quam ejus qui sacro præcinctus est cingulo, Canonicis pœnis coercen-

---

canum politicum Cleri, ut sub hoc prætextu summam confusionem statuum Politicorum introducere possent, & adeo omnes ordines turbare, distinctius ostendi *in specimine Jurisprud. Judicialis cap. 8. membr. 3. p. 96. seq.* Cæterum si quis canones antiquos evolvat & leges Politicas, deprehendet sæpius opus fuisse, ut inculcaretur Clero, ne servos alienos ordinarent, neve sollicitarent eos, ut monachi aut Clerici invitis Dominis fierent. Vide Thomassinum *de vet. & nov. Eccles. disciplin. P. 2. lib. 1. c. 66. seq.* ubi prolixe eas leges & canones recenset. Adde capitularia Regum Franciæ *ibique notas Baluzii in indice sub voce servus.* Potgiesserum *de statu servorum apud Germanos lib. 3. cap. 19. § 2.* Zieglerum *de Episcopis l. 2. c. 4. §. 13.* & ipsum Gratianum *tota dist. 94.* Quod rursus indicio est, jam antiquitus Clerum sub specie & larva promovendi honoris divini seposuisse præceptum de non concupiscendis rebus alienis, eamque persuasionem erroneam Cleri tam altas radices egisse in eorum cordibus & praxi quotidiana, ut vix potuerit reprimi, atque iterum abrogari. T.

Aliud arcanum

(378) I. Si operas tantum prohiberet jus Canonicum, quas Patrono debet libertus, nihil esset quod improbari posset. At profecto obsequia prohibere, quæ in amore, reverentia & pietate consistunt, bonis moribus videtur adversum, & minus justum. Z.

Iniquitas Juris Canonici.

II. Nescio, quo respexerit Zieglerus cum Lancelottus hic non doceat, libertos non debere præstare obsequia Patronis, sed saltem, ne libertus retento obsequio manumissus debeat in Clericum ordinari. T.

Respondetur.

ad

cenda est audacia. Si tamen servus, sciente domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus.

Manumissus ab Ecclesia, ut eidem serviat in divinis, non potest se transferre ad aliam Ecclesiam: secus si simpliciter fuerit manumissus.

§. 3. Quod si (*b*) quis Ecclesiæ servili conditione obnoxius, (379) ab eadem manumittatur, ut insignitus ordine clericali in ea perpetuo serviat in divinis, liber factus & ordinatus, ad aliam se transferre non poterit: sed si absolute manumissus fuerit, ad aliam transeundi non erit licentia deneganda.

(*b*) *c. eo. libentius de serv. non ordin.*

Monachi non ordinantur nisi de licentia Abbatis.

§. 4. Monachi (*c*) quoque, (380) nisi de sui fuerint Abbatis voluntate præpositi, ad Ecclesiastica non sunt officia promovenda.

(*c*) *c. 1. dist. 58. c. ad aures. de temp. ord.*

Li-

ad §. 3.

(379) I. Utrum Ecclesiam deceat habere servos, dicendum erit infr. *lib. 2. tit. 27. §. illud etiam* &c. Observandum autem hic, male præferri publicæ Ecclesiæ saluti jura manumissionis ex jure Romanorum assumpta. Utique enim si qualitercunque manumissus plus prodesse poterit alii, quam manumittenti Ecclesiæ non debet utilitas ista impediri propter factam manumissionem. Z. *Alia objectio.*

II. Sed nec hic notare velim jus Canonicum. Uti enim non prohibet simpliciter manumisso, ne transeat ad aliam Ecclesiam, ita non video, cur Ecclesia sub dicta conditione non debeat à manumisso præferri alii Ecclesiæ, cum etiam manumittentis Ecclesiæ utilitas promoveatur per manumissum. T. *Responsio.*

ad §. 4.

(380) A servis Autor transit ad monachos, qui & ipsi servi is *Monachi cur huc pertine-*

fere

Licentia concessa a superiore religioso, ut possit consentire provisioni de se factæ, non valet.

(d) clem. fin. de elect.

§. 5. Strictius (*d*) adhuc (381) agitur cum religiosis,

ant, & cur consensus Abbatis requiratur.

fere conditionis sunt, cum voluntatibus propriis, in ipsa ordinis susceptione renunciaverint, & semper promissam obedientiam penitus aliorum potestati & imperiis subdiderint *c. non dicatis 12. q. 1.* Non video autem, cur præcise Abbatis consensus necessarius sit, sicubi monachus in Episcopalem sedem fuerit elevandus, nisi forte ideo necessarium feceris, quia ea ratione transit monachus ex jurisdictione Abbatis, ut scil. id fiat Abbate non invito. Posset vero etiam cum in finem Abbatis consensus necessarius videri, ut monachus voluntatem suam, quam per professionem amisit, reciperet, cum alias non videatur commode posse in cathedram Episcopalem evehi. Id obiter noto, à Canonistis doceri, monachum factum Episcopum nec à delatione habitus, nec à tribus votis substantialibus liberum esse, quin & alligari adhuc omnibus religionis regulis & statutis, quæ officium Episcopale minime impediunt. Didac. Covarruv. *tom. 1. ad c. 1. de testam. n. 26.* De qua re, & quid de statu monachali in genere sentiendum sit dicam infr. *ad tit. ult. hujus libri.* Z.

ad §. 5.

Notatur Lancelottus.

(381) I. Non satis cohæret hic §. cum præcedente. Ut enim verba jacent, videntur distinguere religiosos à monachis, qui tamen coincidunt. Vid. Barthol. Carthagena *in exposit. tit. jur. Can. lib. 3. tit. 31. obs. 3.* Imo nomen Religiosi generale dicit Augustinus Barbosa *de jur. Eccles. lib. 1. c. 43. n. 17.* Quod omnes omnino comprehendat, qui sub regula aliqua communiter perpetuo vivunt. Sed ita generaliter nomen istud ab autore hic non videtur acceptum. Et ut puto, per religiosos intelligendi hic sunt Franciscani & Dominicani, qui se religiosos κατ' ἐξοχὴν, non monachos appellari volunt. Jacob Cujac. *ad c. 51. X. de testib.* Z.

Defenditur.

II. Imo vero longe aliter intelligo Lancelottum, ut hic sit sensus

sis, non solum circa ordines, sed etiam circa electionem, vel provisionem (382) quamlibet: si cui enim a superiore suo licentia concedatur, ut electioni, vel provisioni, si quam de ipso fieri contigerit, suum accommodare possit consensum, quia ambitionis vitio (383) viam parat talis licentia, nullius firmitatis existet.

Non potest quis ab extraneo Episcopo ordinari, nisi de licentia sui ordinarii: quam concedere poterit etiam vicarius & capitulum, si sedes vacet vel qui administrat.

§. 6.

---

sus. Jure noviore Canonico adhuc strictius agi cum monachis & Religiosis. Cum enim antea *per* §. *praced.* monachus potuerit ordinari, si Abbatis sui consensum habuerit, jure tamen noviore nec ordinari, nec eligi debeat, etiamsi consensum Abbatis impetraverit, ob latens vitium ambitionis. T.

(382) Provisionis appellatione veniunt omnes modi, per quos Ecclesiæ providetur, sc. nominatio, postulatio, electio, præsentatio, confirmatio, institutio & collatio, Aug. Barbosa *de appell. verb. jur. signif. num. 228.* Z. *Provisio, quid.*

(383) I. Ambitionem definit Aristoteles, quod sit vitium, quo honores mediocres nimium & præter rectam rationem expetimus. At si licentiam habeam aut libertati restituar (uti contingit in monachis per talem concessionem superioris) ut quæsitus ne refrager, vel ut munus, quod mihi plane inscio & non petenti offertur, acceptem, quæ hæc esse poterit ambitio? Z. *Notatur Lancelottus.*

II. Sed cur non possit etiam aliquis honores nimium & præter rectam rationem appetere, etiamsi licentiam extrinsice acceperit à superiore? Deinde de acceptatione muneris plane inscio & non petenti oblato non loquuntur verba concessionis. Tertio videtur Papa Clemens in *d. Clementina fin.* distinxisse, utrum monachus vocatus impetret consensum Abbatis; utrum ante vocationem im- *Defenditur.*

(e) c. 2. & seq. de temp. ord. in 6.

§. 6. Pari (e) ratione constitutum est, ne quis alienæ diœcesis virum (384) præter proprii superioris licentiam ordinare audeat: quam tamen Episcopo in remotis agente, dare poterit ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel sede vacante Capitulum, seu is ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere.

Itali Episcopi non debent ordinare Ultramontanum, nisi de licentia Papæ, vel sui ordinarii.

(f) cap. 1. de temp. ord. in 6.

§. 7. Et (f) hoc quidem non solum obtinet, Italis ordinari flagitantibus, verum exteris. Etenim illos nullus Italicus Episcopus ordinare debet, nisi vel a summo Pontifice specialem habeat licentiam: vel ab Episcopo, de cujus diœcesi traxerit originem ordinandus: vel in cujus diœcesi beneficiatus existit, per ejus patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit vel nequeat ordinare: & ii qui contravenerint, censuris canonicis coercentur, prout latius ex Clementis IV. constitutione apparet. (385)

Ho-

---

petret licentiam sive generalem, sive specialem. Et hunc posteriorem casum prohibet Pontifex, quia licentia hac impetrata facile monachi irritari possunt, ut variis artibus ambiant novas vocationes. Conf. Glossam, *ad h. §. 5.* T.

ad §. 6.

Aliud apud Potestantes

(384) Id quidem integrum est cuilibet Ecclesiæ ita constituere, quatenus sc. utile visum fuerit & proficuum. In nostris tamen Ecclesiis Saxonicis id non observatur, propter rationes, quæ habentur in *articul. general. n. 1.* Z.

ad §. 7.

Ratio Cle-

(385) I. Vid. *c. 1. de temp. ordinat. in 6.* Ego rationem consti-

Homicida voluntarius non potest promoveri, & promotus est deponendus: secus de necessario.

§. 8. Patrati delicti ratione quis ordinari prohibetur, ut cum homicidium, aut aliud capitale (386) crimen (*g*) facto, aut præcepto aut consilio perpetraverit: & per surreptionem promotus, dejiciendus erit, dicente Domino, (387) *si quis per industriam* (*h*) *aut per insidias hominem occiderit, ab altari meo evelles eum.* De

(*g*) *c. si quis viduam. 50. dist. & per totum & extr. de homic.*

(*h*) *c. 1. extr. de homic.*

stitutionis hujus Clementinæ non improbo, quia, inquit, sæpe contingit, quod nonnulli Clerici vinculo excommunicationis adstricti seu apostatæ, seu irregulares, vel alias ordinum sacrorum susceptione indigni suam patriam, in qua de his habetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciunt ad hujusmodi ordines promoveri &c. Sed enim tota hæc ratio facit tantum ad id, ne temere quis ordinetur, nisi probe explorata prius ejus conditione, non etiam, ut præcise alterius Episcopi licentia impetranda sit, adeo ut ordinari nequeat, nisi ille Episcopus consenserit. Z. *mentina an justa.*

II. In rebus politicis rationes non sunt quærendæ mathematicæ & necessario concludentes. Et sufficere hic poterit quod regulariter non melius explorari possit conditio peregrinorum, quam si superioris proprii impetretur licentia. T. *Defenditur.*

ad §. 8.

(386) Tutius esset, omnes istos per pœnam ordinariam ex oculis hominum removere, ne deinceps controversia moveri posset circa promotiones Ecclesiasticas. Z. *Tutius punirentur delinquentes.*

(387) I. Elegans si Diis placet, est hæc probatio. Loquitur enim ibi dominus non de clerico, sed de quocunque homicida, studiose & data opera crimen perpetrante & deinceps ad altare, tanquam ad asylum confugiente. Hunc enim asyli jure non gaudere, sed ab al- *Ratio aliena.*

De eo itaque homicida intelligendum eſt, qui voluntate committit homicidium. Cæterum ſi qui neceſſitate maxima arctati, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiſerint, nullam ex hoc irregularitatem (388) incurrunt.

Fortuitum homicidium commiſſum, dum dabatur opera rei illicitæ, impedit quem promoveri.

§. 9. Quod ſi, neque voluntarium fuerit, neque neceſſarium, ſed fortuitum, diſtinguendum eſt, num is cujus occaſione perpetratum fuerit, illicitæ rei daret

altari avelli debere dicit dominus. Vid. Selden. *de jur. nat. & gent. ſecund. doctrin. Hebræor. l. 4. c. 2.* Z.

Alia impertinens. II. Intelliguntur etiam crimina gravia manifeſta, non occulta, in his enim acta prius pœnitentia privata certo modo admittuntur delinquentes ad ordinationem, excepto homicidio *cap. fin. de temp. ordin.* Sed hujus exceptionis ratio eſt abſurda, petita ſcilicet à Davide qui Templum, quod vir eſſet ſanguinis ædificare non potuit, *can. ſi quis omnem C. 11. q. 7.* M. *p. 37.*

Objectio. (388) Sed aliud reſcripſit Nicolaus Papa, uti habetur *c. 7. diſt. 50. De his clericis*, inquit, *pro quibus conſuluiſtis, ſcilicet, qui ſe defendendo, paganum occiderunt: ſi poſtea per pœnitentiam emendati poſſint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorem conſcendere: ſcito nos nullam occaſionem dare, nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominum quolibet modo* (hæc verba attente conſiderat Claudius Eſpencæus *l. 2. digreſſ. c. 4.*) *occidendi. Veruntamen ſi contigerit, ut Clericus ſacerdotalis ordinis ſaltem paganum occiderit, multum ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit: ſatiusque eſt illi in hac vita domino ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum inferni demergi.* Cæterum utcunque con-

ret operam, an licitæ. (389) Si illicitæ rei (*i*) dans operam, utputa, vetito ludo incumbens, casu homicidium perpetraverit, vel bello etiam (390) contra infideles sese immiscens, volens Christiani nominis hostem interfecerit, nec (*k*) ad sacros ordines promovendus est, & promotus non solum ad superiores ascendere prohibendus est, verum etiam in suo ministrare: plane (*l*) ex dispensatione in inferiore ministrare sustinendus erit.

(*i*) *can. continebatur, de homicid.*

(*k*) *c. clericum qui & c. seq. dist. 50.*

(*l*) *d. c.*

Si *continebatur in fin.*

concedamus, non incurrere irregularitatem Clericum ex moderamine inculpatæ tutelæ occidentem, si tamen ille in defensione modum excesserit, & occiderit aut mutilaverit, irregularem eum fieri docet Petrus Binsfeldius *de injur. & damn. dat. cap. 1. qu. 5. conclus. 12.* Z.

ad §. 9.

(389) Utroque casu culposum fieri potest homicidium. Primo quidem simpliciter; secundo, si quis in re licita ac permissa non adhibuerit omnem diligentiam. Vid. Carpzov. *in prax. crim. part. 1. q. 27. n. 16.* Z. *Limitatio.*

(390) Hæc ex disciplina vetere, quam prolixe exponit Claudius Espencæus *lib. 2. digress. c. 6.* Et deplorat ibi statum Ecclesiæ hodiernum, quod dum Abbates, Episcopi, & ArchiEpiscopi, simul Comites hodie sint, Duces, atque Principes, ea potius ab illis suscipiantur, quæ ad ampliandam provinciam spectant, quam quæ Ecclesiæ possint esse utilia. *Sint*, inquit, *hæc per me licet omnia Ecclesiastici, & sive ex hæreditate, sive principum liberalitate merum imperium habeant, omnemque jurisdictionem sive ipsi, sive eorum nomine alii exerceant, - - - sed optandum, ea ne gubernatio a spirituali eos procuratione avertat; duplicem gerant personam, sed ne neglecta propria functione, profana, multo minus vel potius omnium minime cruenta & bellica tractent.* Et post *Mores hodierni recedentes a disciplina vetere.*

Si dans operam rei licitæ, ex negligentia homicidium commisit, irregularitatem incurrit: secus, si non ex negligentia, sed mero casu.

(m) c. continebatur; de homic. §. 10. Sed (m) & si licitæ rei opera dabatur, nec tamen debitam quis operi suo adhibuit diligentiam, ex quo homicidium sequutum est, ab omni ministerio alta-

post aliquam multa cum enumerasset, in priore Ecclesia non armis, sed precibus pugnatum fuisse, ita concludit: *Et tales quidem fuerunt in utroque Dei Populo sacerdotum inermium & pacificorum erga seculi dominos fideles & infideles, mites & barbaros victoriæ non minus gloriosæ, quam incruentæ, quibus non contenta posteritas veteris gentilismi ritu togas in saga mutavit. Postquam enim exlex semel necessitas Clero ad prælia non tantum animum, sed manum etiam exeruit, factum est, ut cum tempore omnia deterente eundem ludum exercerent, simul atque receptum est, ut profanas cum sacris ministeriis ditiones & tenerent & gererent. Nec tantum contra barbaros & incredulos, sed ejusdem quoque nunc sanguinis, nunc patriæ aut certe fidei principes, Domini nostri Dei pacis quidam minus pacifici vicarii bella inducerent & gererent, exemplo scandalis infinitis gravido & nulla scripturarum aut canonum autoritate probato.* Subjungit deinde historiam Pontificum Romanorum, qui bella vel ipsi gesserunt, vel hortatu suo aliis, ut gererent, autores fuerunt. Et certe Leonis IX. proterviam atque bellicosum animum gravi censura notavit Hermannus Contractus *in Chronic.* & post eum Petrus Damiani *in Epist. ad Firmum*, Vir Bellarmini judicio *de Scriptor. Eccles.* valde sanctus & devotus, sed qui propterea a Baronio *ad ann. 1053. n. 14* hæreseos nota inuritur. Sed & in privatas hominum neces sæpissime Pontificum Romanorum intervenire jussus, scribit Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 5. c. 9. n. 21.* Ipsos igitur eos irre-

taris excludendus erit: quod in eo responsum est, qui puerum (n) intuitu disciplinæ ita percussit, (391) ut ex percussione expiraverit, vel ex ea in aliam infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit expirasse. Præceptoris autem nimia sævitia culpæ assignatur. Diversum statuitur, si nulla culpa subsit: ut in eo accidit, quo campanas (o) pulsante, ut signo dato conveniret populus ad divina, tintinabulum cadens ita subjectum puerum percussit, ut ex vulnere decesserit: nam cum is

(n) c. presbyterum, de homic.

(o) c. Joannes sacerdos, de homic.

irregularitatem per ejusmodi crimina incurrere, & propterea gradu dejiciendos esse, ex Canonistarum principiis non inepte colligimus. Sed enim uti Papa bellum indicere & gerere potest, salva cathedra: ita & Cardinales, Episcopos & reliquum clerum militiam affectare & præliis interesse posse, salva purpura, salvis sedibus, salvo denique ordine, & hujus & superioris seculi historia multis exemplis comprobavit. Nam, ut in veteri versu est:

Præsul ut amptruat, inde & volgu redemptruat olli.

Nihil est igitur, quod tam acerbe insultet Cardinali Guisio Gabr. Barth. Gramondus *hist. Gall. l. 8. circ. fin.* Bene tamen, quod perversos istos Episcoporum mores reprehendit Baronius *ann. 888. n. 2. Videri potuit*, inquit, *plane monstrosum, quod tam Episcopi, quam Abbates armati ad bella procederent, in hostes irruerent, caderent ipsos & caderentur ab ipsis, tanquam sacrorum canonum violatores & muneris pastoralis & nominis desertores detestandi.* Z. Conf. supra *not. 180. in fine p. 154.*

ad §. 10.

(391) Præceptori licet discipulum etiam flagris castigare, (quanquam id displiceat Quintiliano *l. 1. cap. 4.*) dum tamen absit sævitia. Nec enim homicidæ pœnam effugit, qui nimium sæviens homicidio causam dederit. Z.

Præceptoris castigatio qualis esse debeat.

 ad

is culpæ penitus expers fuerit, nullam incurrisse noscitur irregularitatem, etiamsi de homicidio veniam postulaverit. Bonarum enim mentium est ibi etiam culpas agnoscere, ubi culpa non est.

Infantes, furiosi, dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem.

(p) clement. 1. de homic.

§. 11. Idem (*p*) constitutum est de infantibus, (392) furiosis, (393) & de dormientibus, (394) qui si hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

Clerici facientes querelam de suis malefactoribus, non fiant irregulares, etiamsi Judex mortem illis inferat.

§. 12.

---

ad §. 11.

Limitatio de infantibus. (392) Et infantiæ proximis, quamdiu scil. doli nondum fuerint capaces, quod prudentis judicis arbitrio relinquitur. Vid. Anton. Matthæus *de criminib. in prolegom. cap. 2. n. 2.* Coler. *decis. 162.* Z.

Ratio de furiosis. (393) Quia ob continuam mentis alienationem intellectu, sensu, affectu ac voluntate destituti dicuntur, ita ut si quod crimen committant, infelicitate fati excusentur. *l. 12. ff. ad L. Corn. de sicar.* Anton. Fab. *Cod. lib. 9. tit. 10. def. 1.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 325.* Z.

Et de dormientibus. (394) Quia eadem eorum est causa, quæ furiosorum & infantium, comparaturque diserte dormiens infanti in *l. 1. §. 3. ff. de acq. vel amitt. possess.* & furioso in *c. majores X. de baptism.* Unde mulierem dormientem, quæ infantem sibi adjacentem oppressit, extraordinaria tantum pœna puniri debere, statuunt doctores. Gomez *lib. 3. resol. c. 3. num. 19.* Quirin. Kubach *cent. 1. dec. 8. q. 5. & q. 6.*

§. 12. Idem & de clericis (q) qui de injuriis, sibi illatis apud Judicem conqueruntur, protestantes quod ad vindictam, seu sanguinis pœnam non intendunt. (395) Nam si Judex Justitia exigente mortem delinquentibus inferat, accusatoribus imputari non debet: alioqui si propter hujusmodi metum, quia scilicet Judex ad pœnam sanguinis posset procedere, conqueri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eos, & ipsorum bona passim invadendi.

(q) *cap 2. de homic. in 6.*

Publice pœnitentes non possunt promoveri, possunt tamen ex necessitate deputari in aliquo minorum ordinum.

§. 13.

& q. 6. ubi de noctambulonibus agit. Georg Mund. *de diffamat. c. 3. n. 76. seqq.* Z.

ad §. 12.

(395) Clericos neque præesse neque interesse vel quæstionibus vel judiciis vel suppliciis, neque consilium dare debere, constans est Canonistarum doctrina, adeo ut nec Chirurgiæ quidem artem eis exercere liceat, quatenus sc. vel adustionem vel incisionem eligere necesse fuerit. *c. sententiam 9. X. ne Clerici vel monachi* &c. Sed extat tamen decretum Hadriani Papæ *c. delatori 5. q. 6.* his verbis: *Delatori autem lingua capuletur, aut convicto caput amputetur.* Et *c. 1. X. de depos.* memorat Alexander III. Pontifex, se judicibus dedisse in mandatis, ut furem sub quæstionibus ad rationem ponant, etiam vinculis alligatum, ut pecuniam reddere compellatur. Annum ergo exemptus hic erit Papa, Ecclesiæ Romanæ caput, ut ipsi torturam & mortis supplicium decernere liceat, aliis Episcopis non liceat? Et quid vero illis Clericis facias, qui temporales ipsimet domini cum sint, merum in suos habent imperium? Hic vero, ut ne impunia maneant delicta, constitutione opus fuit Bonifacii VIII. qui

Doctrina juris Canonici male cohærens.

(r) *can. canones apud dist. 50.*

§. 13. Pœnitentes (r) quoque tam ad sacros ordines, quam etiam infimos promoveri non debent: (396) quod utique non de omni pœnitente intelligendum est, sed de eo tantum, quem publice ac solenniter pœnituit: (397) quæ pœnitentia semel tantum in

c. fin. ne clerici vel monachi, in 6. talibus sine periculo irregularitatis per alios facere permisit, quod ipsi facere prohibiti fuerant. Ita scil. Pontifices, prout cujusque rei fert occasio, modo irregulares facere, modo impedire ne fiant, constitutionibus suis possunt. Quod cum nunc placeret Hostiensi ad *c. clericis X. ne clerici vel monachi &c.* ita subjicit, *aut clericis concedendum jus, ubi jurisdictionem habent temporalem, per se dicere & justitiam facere ita, ut non fierent irregulares: aut talem temporalem jurisdictionem eis omnino esse subtrahendam.* Z.

ad §. 13.

Cur pœnitentes non admittantur.

(396) Promoti autem removeri debent. Conceditur enim & injungitur etiam Clericis pœnitentia, sed ita ut ea exacta laici omnino judicentur, neque unquam ad ordinem curationesque ejus ordinis, quas ante pœnitentiam obierant, exercendas revocentur. Sic enim Cyprianus *lib. 1. Epist. 4. & Epist. 7.* Assuritanæ plebi suadet, ne Fortunianum, qui idolis sacrificaverat, ad Episcopatum admittant. *Et lib. 4. epist. 2.* memorat, Trophimum pœnitentiam agentem admissum esse, ut laicus communicaret, non ut locum Sacerdotis usurparet. Quare autem promoveri pœnitentes in clerum, aut eidem reduniri non possint ex singulis pœnitentiæ gradibus rationes conquirit Gabriel Albaspinæus *l. 2. Obs. 34.* Potissima mihi videtur ratio, ut evitetur scandalum, quod inde sibi populus sumit, propter quod etiam renunciari posse Episcopatui dixit autor supr. §. 5. *de renunciat.* Z.

Cur tamen

(397) I. De hac pœnitentia dicendi locus erit *lib. 2. tit. 5.* Quod

in Ecclesia conceditur. (s) Placuit tamen Toletano Concilio, (t) si necessitas aut usus exegerit, inter ostiarios, vel lectores (398) hujusmodi pœnitentes posse collocari.

(s) c. si quis post. §. potest. d. 50.

(t) can. placuit. d. 50.

Qui exercuerunt officia secularia, si honesti sunt, post reddita ratiocinia possunt ordinari: secus est de usurariis.

§. 14. Iis (u) illi similes sunt, qui negotiis & officiis secularibus serviunt: (399) quorum tamen vita si post deposita onera, & reddita ratiocinia deprehensa fuerit inculpata, omnibus possunt muneribus honestari.

(u) c. unic. de obligat. ad ratioc. ord. vel non.

Quod si igitur Clerico pœnitentia tantum privata peragenda fuerat, quod factum non unis vicibus, non ejiciebatur Clero, nec ab officio removebatur. Z.

privatim pœnitentes.

II. Quia scilicet tum cessat ratio modo allata, quia si delictum est occultum, & pœnitentia etiam occulta, populus ex promotione talium pœnitentum non potest scandalum sumere. T.

(398) Quod scilicet illi sacra non attingerent. Vide Albasp. *d. l.* Z.

Cur excipiantur Ostiarii.

ad §. 14.

(399) I. Fieri enim posset, ut hujusmodi homines alienis negotiis implicati, ideo ad sacros ordines properarent, ut hac ratione laicorum jurisdictioni subtracti, non nisi coram judice Ecclesiastico conveniantur: non sine detrimento eorum, quibus sunt obligati, quibus propterea redditur persecutio difficilior. Quæ res reprehensioni obnoxiam faceret ipsam Ecclesiam; quæ tale genus hominum suscipiendo videretur fovere eorum nequitiam. Præterea condemnatio talium, propter male peractum officium eos notaret infamia, quæ redundaret in ipsam Ecclesiam. Ita Zoësius *ad tit. de obligatis ad ratioc. ord.* At enim non aliter quis notatur infamia, nisi pro-

Ratio cur negotiis secularibus immixti non promoveantur.

Notatur Zoesius.

(x) c. 2. dist. 33. (y) c. si quis clericorum dist. 47.

ri. Quod si quis usuras, (x) dum negociaretur, exercuisse compertus fuerit, non solum ordinandus non est, verum etiam ordinatus (400) deponendus. (y) Mens

propter dolum diserte fuerit condemnatus. Nec eo tamen casu in alium, quam ipsum illum condemnatum infamia redundat. Et quod de mutatione judicii differit Zoësius, vereor, ut locum invenire possit. Est enim generale hoc axioma, quod administratores apud judicem loci administrationis conveniri & ibi rationes reddere debeant. Et ab hoc axiomate non audet eximere clericum, administrationem rei secularis affectantem Munnoz de Escobar *de ratiocin. administr. c. 7. n. 25.* multo minus igitur excipietur ille, qui ante, quam ordinem suscepit, administrationem talem gessit. Z.

Excusatur & explicatur.

II. Sed quænam igitur alia est ratio, quod Jus Canonicum nolit admittere ad Clericatum negotiatores? inprimis cum Lancelottus dicat, hos similes esse publice pœnitentibus; Et cum Zoesius rationem suam non ipse excogitaverit sed desumserit ex *d. cap. un. de oblig. ad ratioc.* cujus verba expressa sunt: *si ante libertatem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, Ecclesia infamatur.* Id igitur videtur voluisse dicere. Si Clericus ob antea male gestum officium tutoris de dolo condemnatus infamis fieret, hæc infamia hactenus redundaret in Ecclesiam, quod ipsi, si non ignominiosum, certe parum honorificum esset, habere Episcopum vel alia in dignitate Clericali constitutum, qui a magistratu seculari esset infamia notatus, uti parum honorificum foret Ecclesiæ, si haberet Clericum, qui antea publica pœnitentia notatus fuisset Adde quod, cum secundum canones Clericis non permittatur ut se immisceant negotiis seculi, male audiret Ecclesia, si Laicum ab his negotiis nondum liberatum Clericum ordinaret. T.

Cur usurarius non possit promoveri.

(400) Quia videlicet usura est grave crimen, & quidem Ecclesiasticum, quia Patres Ecclesiæ id demum invenerunt contra rationem & contortis eam in rem textibus scripturæ. Et quia Cleri

Pon-

Mens enim avida, nec abstinere novit vetitis, nec gaudere concessis. (z)

(z) *can. virum, in fi. dist. 47.*

Simoniaci, seditiosi, & injuriarum ultores ordinari non possunt.

§. 15. Idem statuendum est (401) de eo, qui quasi dona Dei empturus, pecuniam ad imitationem Simonis (*a*) obtulerit. Idem & (402) de seditiosis, (*b*) & his qui propriarum injuriarum pertinaces fuerint ultores.

(*a*) *can. 2. in fi. dist. 33. & 1. q. 1. per totum.*

(*b*) *can seditionarios, dist. 46.*

Fur occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoveri.

§. 16. De (*c*) fure, an ad sacros ordines promoveri possit, quæri potest, & si quidem sponte furtum con-

(*c*) *c. ex literis de furt.*

Pontificii intererat ad subjugendos eo facilius Laicos, Patrum Ecclesiæ errores maxime palpabiles canonizare & articulos fidei inde efficere, inde etiam factum est, ut eos, qui usuras accepissent, non admitterent ad officia Cleri, contra v. gr. scortatores admitterent. Sed de crimine hoc usuræ plenius agetur ad peculiarem titulum de Usuris *lib 4.* T.

ad §. 15.

(401) Idem statuimus & nos, videlicet crimen Simoniæ (secundum explicationem juris Canonici) esse crimen ex errore Patrum ortum, postea eum in finem canonizato, ut eo facilius subjugari possent Laici, & ut Regibus jus eligendi aut confirmandi Episcopos auferri posset. Dicemus latius suo loco etiam ad peculiarem titulum Libri IV. T.

Cur Simoniacus?

(402) Abeat ergo cathedra sua Episcopus Romanus, cui solenne est Reges dejicere, & subditos in eos concitare, maximisque seditionibus integras provincias inter se collidere. Z.

Conclusio adversus S. Patrem.

ad

confessus, damnum passo satisfecerit, & pœnitentiam peregerit, si alioqui idoneus fuerit, nec super furto manifesta respersus sit infamia, (403) ad sacros ordines procul dubio promoveri poterit. (404)

Baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquam ordinantur.

§. 17. Sed etsi nullum quis delictum perpetrasse deprehendatur, quod illum a sacris excludere valeat mini-

ad §. 16.

Quid sit manifesta infamia. (403) I. Quid hic manifesta? An quæ per sententiam infertur? Ita videtur sedisse menti autoris. Alias enim non tantum damnatus sententia, sed etiam confessus crimen, & non confessus tantum aperte, sed & depectus, i. e. qui transactione se liberaverit, ne cum ipso agatur, infamiam incurrit. Marq. Freher. *de infam. lib. 3. c. 9. n. 8.* Add. Joh. Aloys. Ricc. *decis. 133.* Z.

Cur hic differat Jus Canonicum a Civile? II. In doctrina de infamia singulorum regnorum mores sunt sequendi. Neque enim omnia apud omnes sunt honesta vel turpia, & mores antiqui Romanorum parum conveniunt cum moribus hodiernis, potissimum Germanorum. Vid. *dissert. nostr. de existimatione, fama, & infamia* ac potissimum *corollaria differt. subjuncta*, item *notas ad Pandect. tit. de his qui notantur infamia.* T.

Explicatio c. ult. de furt. (404) Loquitur Pontifex in *c. ult. X. de furt.* de fure sacrilego, quem adeo a pœna liberat, ut ipsi etiam aditum ad sacros ordines patefaciat. Sane ex commodo Reip. & societatis humanæ est, ut scelera inquirantur, non occultentur & supprimantur, puniantur, non subleventur ex obtentu pœnitentiæ, *l. 65. ff. de furt. l. 3. C. de Episc. aud. l. 4. §. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. 2. Feud. 27. §. 2. & 9.* Sed ita tamen constitutionem suam limitat Pontifex, & tales conditiones requirit, ut tolerari ea utcunque possit. Z.

ad

ministeriis, adhuc tamen si vel de fide ejus, vel continentia (405) suspicio sit, promovendus non erit. Vt ecce, si quis in ægritudine (*d*) constitutus, baptizatus fuerit, quia fides ejus non ex voluntate, sed necessitate videtur esse, Presbyter ordinari non debet: nisi forte postea ipsius studium & fides emicuerit, aut hominum raritas hoc exegerit: Scienter autem (406) rebaptizatis, (*e*) ut ad clericatus gradum promoveantur, permittendum non erit.

(d) can. 1. & seq. dist. 57.

(e) can. confirmandum est in fin. dist. 50. c. qui his & c. seq. de consecr. dist. 4.

Filii Presbyterorum non possunt ordinari, nisi fiant regulares vel monachi, vel nisi sint nati ex legitimo matrimonio, vel sint valde morati.

§. 18.

---

ad §. 17.

(405) Ecquando vero quis certus esse poterit de ordinandi continentia? quippe quæ peculiare Dei donum est, paucissimis omnino concessum. Aut quis denique ordinandos jussit ejurare matrimonium, nisi AntiChristus? Neque enim bona temporalia ad salutem acquirendam a DEO non ordinata (ex quorum numero est absentia cupiditatis venereæ in statu viæ) possunt sperari infallibiliter, quia nullam habent absolutam promissionem. Multo minus per votum renunciari potest illi, quod incertum est, an DEUS velit supplere. Quomodo cibo & potui non potest renunciari spe mannæ cœlitus pluituræ. Z. *Notatur jus Canonicum.*

(406) Quia scil. hi ipsum totum Christianæ fidei principium & fundamentum concutiunt, & se iterato baptismate non purificant, sed incestant lavacri nomine polluentes, *l. 1. C. Ne sanct. baptism. iteret.* sive uti dicitur in *l. 5. C. Theodos. de hæret.* quia redempta venerabili lavacro corpora reparata morte tabificant, id auferendo quod geminant. Z. *Cur rebaptizati non ordinentur.*

(f) can. 1. dist. 56. & can. 1. de fil. presbyt. (g) d. can. 1. §. sed hoc. dist. 56.

§. 18. Presbyterorum (f) quoque filii (407) à sacris ministeriis arcendi sunt, nisi aut monachi (408) fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viventes, religiose probati fuerint conversari. Sed hoc (g) de iis intelligere nos oportet, ad quos adulterio, (409) natos paterna flagitia hæreditaria successione descendunt: unde

ad §. 18.

Notatur jus Canonicum de Presbyterorum filiis disponens.

(407) Scilicet in Presbyteratu vel in sacris ordinibus suscepti. Cum vero hæc Pontificiorum dogmata ex perperam facta prohibitione conjugii procedant, non est, quod illis inhæreamus, maxime cum in primitiva Ecclesia nulla talis cuiquam quæstio status mota fuerit. Id quod optime observat Gratianus *ad cap. pen. dist. 56. Cum ergo* inquit, *ex Sacerdotibus nati in summos Pontifices supra legantur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis conjugiis nati, quæ sacerdotibus ante prohibitionem ubique licita erant, & in orientali Ecclesia usque hodie eis licere probantur.* Z. *II. 4. 12.*

Cur Monachi eximantur.

(408) Quia tum omnem suam vitam penitus innovasse videntur, & omnis illico macula exemplo natalium restitutionis aboletur, si credere fas est Gabrieli Palæoto *lib. de nothis spuriisque c. 57. n. 4.* Z.

Quid hic nomine adulterii intelligatur.

(409) Videtur hic per *adulterium* intelligi quilibet concubitus illegitimus, quia statim sequitur *de natis ex legitimo matrimonio.* Verum quemadmodum ibi intelligitur *legitimum matrimonium* Clerici, antequam Clericus fieret, & modo diximus, per filios presbyterorum intelligi hic natos in Presbyteratu, videtur verosimilius esse, quod per *adulterium* hic intelligat Lancelottus *matrimonium illegitimum* (ex hypothesi juris Canonici) *Clerici* in sacro ordine constituti, videlicet ex alia hypothesi, quod inter Clerum & Ecclesiam sit matrimonium spirituale &c. T.

(410)

unde si vel ex legitimo nati sunt (410) matrimonio, (h) vel morum honestas eos commendabiles fecerit, exemplis & authoritatibus, (411) non solum sacerdotes fieri possunt, sed etiam summi sacerdotes. (412)

(h) *c. ad hæc de filiis presb.*

Bigamus, & qui uxorem duxit viduam, ejectam, vel meretricem, ordinari non possunt.

§. 19.

Remissio.

(410) De spuriis & aliis ex illegitimo concubitu natis dictum jam supra *not. III. p. 90.* T.

Arcanum dispensationum circa illegitimos.

(411) Dispensandi enim circa illegitimos, facultatem sibi integram esse voluit Pontifex Romanus, quam illi in Ecclesiis patrimonio suo subjectis non invidemus. Ut enim latius potestatis suæ fimbrias extendat, per ea quæ supra diximus, nullo jure admitti potest. Sed nec requisita ab ejus sectatoribus semper fuit talis dispensatio. Sane ægre id tulit, qui in Angliam tempore Henrici III. a Pontifice missus fuerat Legatus, cumque remotionem eorum omnium, qui ex illegitimo coitu nati, beneficia adepti fuerant Ecclesiastica, in plena Synodo minaretur, a Wigorniensi Episcopo, quanti ea res plena periculi esset, admonitus, ab incepto destitit. Uti legitur in antiquitatibus Britannicis *in vita S. Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis*. Sed nec difficulter in Curia Romana impetratur dispensatio, dummodo non deficiat pecunia, utpote primum & præcipuum movens, & quæ una plurimum in hac re valet. Obvia sunt in historiarum monumentis exempla. *Nec multum abest*, inquit Gabriel Palæotus *de nothis & spuriis cap. 57. in fin. cum vidimus & nos quendam hujusmodi genere totius Ecclesiæ gubernacula tenentem.* Nec desunt adhuc aliqui talibus editi natalibus, qui in sacrum Episcoporum Collegium & Cardinalium etiam quandoque adleguntur. Z. *II. 4. 11.*

(412) Quales referuntur *can. 2. dist. 56.* Add. Palæott. *d. l.* Z.

§. 19. Item (*i*) repellendi sunt, bigamus, (413) & qui

(*i*) *c. ex pœnitentibus. & seq. & can. si quis viduam dist. 50. c. 2. d. 33. cap. 1. & 3. & per totum tit. de big.*

ad §. 19.

Ex errore Patrum orta exclusio Bigamorum.

(413) I. Ortum hoc est ex pravo intellectu loci Paulini *1. Tim. III. 2.* cum tamen ibi Paulus non prohibeat secundas nuptias post mortem conjugis contractas, sed vel polygamiam simultaneam, vel quando quis repudiata adhuc vivente alteram duxit, vel quando quis concubinarum & scortorum Vir fuit, quæ ipsissima est interpretatio Theodoreti. Conf. Christoph. Justell. *ad Cod. can. Eccles. univers. p. 190. seq.* Et fuere quidem aliquando Patres Ecclesiæ antiquioris minus æqui nuptiis secundis, sed obtinere tamen eorum sententia ideo non potuit, quia Apostolus diserte Maritum dicit esse liberum a lege Uxoris defunctæ, ut aliam ducere possit, Rom. VII. & alibi a viduis secundas nuptias posse contrahi in domino, 1. Cor. VII. Ex solo igitur jure positivo & oneroso quidem atque libertati conscientiarum maxime adverso est, quod, qui secundas nuptias contrahunt, ita constringantur, & tanquam ignominia notati ab ordine Ecclesiastico excludantur. Z.

Specimina alia hujus erroris.

II. Confer de varia explicatione dicti Paulini ad Timotheum Hammondum ad *d. cap. III. v. 2. Epist. 1. ad Timoth.* Jam Athenagoras improbavit secundas nuptias. *Aut ut quisque natus est*, (inquit, *in apolog. pro Christianis p. 299.*) *ita maneat, aut unis nuptiis contentus sit, secundæ enim sunt speciosum adulterium*: Quisquis enim, *inquit*, dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit, *neque dimittere sinens eam, cujus virginitatem delibaris, neque alteram ducere.* Explicat equidem Hammondus Athenagoram ex verbis Christi ab ipso allegatis, quod loquatur saltem de eo, qui repudiata uxore prima secundas nuptias contraxerit, sed antecedentia & consequentia apud Athenagoram testantur, quod loquatur de omnibus nuptiis secundis, & quod adeo ad probandam suam sententiam inconvenienter applicaverit dictum Christi, quod & fate-

qui viduam,(414) vel ejectam,(415) vel meretricem, (416)

---

fatetur Dn. Rechenbergius *in notis ad Athenagoram d. p. 299.* & Abraham Scultetus *in Medulla Patrum Part. I. p. 64.* inter nævos Athenagoræ refert, quod secundum matrimonium vocet speciosum adulterium. Idem facit etiam Elias du Pin *Tom. I. Bibl. Patrum. p. 99.* Crassior est Philosophia autoris operis imperfecti in Matthæum, quod vulgo Johanni Chrysostomo adscribitur: *Hac ratione,* inquit, *& Apostoli præceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli est, secundum veritatis autem rationem honesta fornicatio est. Sed dum permittente Deo publice & licenter committitur, fit honesta fornicatio &c.* Vide *canonem 9. C. 31. q. 1.* Vides igitur, quam inepte Patres in doctrina de matrimonio conceptum fornicationis & adulterii prædicaverint de concubitu etiam ex doctrina Apostolica honesto, & quod omni doctrina sanæ philosophiæ tam rationalis vel moralis destituti, Apostolicæ tamen doctrinæ, flosculis oratoriis decepti, contradicere fuerint ausi. T.

(414) Etiam hoc a Judæis κακοζηλίᾳ quadam acceptum videtur, quippe apud quos Pontifici viduam & repudiatam atque meretricem ducere prohibitum erat. *Levit. XXI. 14.* quod tamen Judæi, (in hoc sc. æquiores & conjugio & sacerdotio) intelligunt de Pontifice, dum dignitate gaudet pontificia; nam si antequam in eam dignitatem evectus fuisset, viduam seu vitiatam duxisset, aut cum ea sponsalia inivisset, retinendam eam fuisse docent. Vid. Selden. *de Uxor. Hebr. lib. 1 cap. 7.* Ratio tamen Canonistarum hæc esse videtur, quia, qui ducit viduam, bigamiam ejus probat & bigamiæ occasionem præbet, atque facit, ut ea carnem suam dividat in plures. Quod tamen prohibitum non esse, sed imo ab Apostolo in Domino fieri posse, assertum, modo dixi. Z. *Canonistæ severiores Judæis.*

(415) i. e. repudiatam, quam qui duxit, mœchatur *Matth. XIX. 9.* Z. *Ejecta quæ?*

(416) vel ancillam (417) uxorem duxerit. Vidua est, cujus cognitæ maritus mortuus est: Vnde (k) is, qui ab alio quidem ductam, sed minime cognitam duxit uxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri, cum neuter carnem suam diviserit in plures. Ejecta est, quæ vivente marito ejicitur. Meretrix, (418) quæ multorum libidini patet, &

(k) *c. debitum. de biga. in fine.*

De Meretrice.

(416) At si caste ea in conjugio vixerit, non video, cur prohiberi debeat officio Ecclesiastico, qui talem habuerit in matrimonio. Ratio enim quod ea carnem suam diviserit in plures, vel ideo applicari hic nequit, quia in casu inverso, ubi vir pluribus concubinis adhærendo carnem suam in plures divisit, ille non incurrit irregularitatem, §. *seq. aliud juris &c.* Z.

De ancilla.

(417) Cum ancilla seu serva (talem enim intelligere videtur autor) nullum jure Romano erat matrimonium Injurium tamen id videtur in genus humanum, uti vel ex eo perspicere licet, quod serviles etiam cognationes nuptiis impedimento esse voluit. §. *10. instit. de nupt.* Cumque deinceps servitus omnis desierit, quid prohibet, eum officio fungi Ecclesiastico, qui ancillam habuit in matrimonio? imo vero cur prohibeatur, qui servam habuit? Z.

Quid juris circa stupratam non meretricem?

(418) I. Quæ igitur cum uno aut altero se miscuit, meretricis appellatione non continetur *l. palam ff. de rit. nupt.* Et hanc tamen qui duxerit, a sacro ministerio nihilominus arcetur, quandoquidem virginem in uxorem duxisse necesse est, qui ad sacros ordines adspirat *c. curandum & c. præcipimus dist. 34.* Z.

Emendatur Lancelottus.

II. Ergo quid sudamus in formandis & multiplicandis impedimentis ordinationum, aut cum ipso Zieglero in inquirenda ratione horum impedimentorum. Dicamus duobus verbis cum Gratiano post *can 12. dist. 34. Bigami & qui virgines non sunt sortiti uxores a sacris ordinibus prohibentur.* Ita enim res plana & sua sponte sequitur, cur is, qui viduam, aut ejectam, aut meretricem, aut stupratam duxerit, non possit ordinari, quia videlicet non duxit virginem

& cujus turpitudo publice venalis est. Quod non de iis intelligendum est, qui tales adhuc uxores retinent (nam in iis alia ratio est: quia scilicet conjugati non possunt in sacris esse constituti) (419) sed de iis quorum uxores defunctæ sunt.

Bigamus est, qui duas duxit uxores, & qui secundas nuptias tantum de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, si cum vidua de facto contraxit.

§. 20. Est autem bigamus, (*l*) (420) qui duas habuit uxores, sive baptizatus ambas, sive etiam ante baptismum, alteram. (421) Si (*m*) quis tamen laicus pri- *(l glo. pen. can. pe. dist. 26.*

(*m*) *c. nuper. & c. si. de bigam.*

nem, contra cur possit ordinari, qui ab alio ductam, sed non cognitam, duxit, quia videlicet duxit virginem. T.

(419) Quippini? cum nullibi jus divinum obliget sacerdotes ad coelibatum, sed conjugium his æque ac aliis permisit liberum. Et jam supra dixi, jugum hoc coelibatus sacerdotibus impositum esse intolerabile, provenire ex doctrina dæmoniorum, & repugnare tum divinæ conjugii institutioni, tum humanæ in universum naturæ. Z. *Pro Conjugio contra Canonistas.*

ad §. 20.

(420) Hoc est novissimi juris Pontificii partim ex ignorantia sensus veterum canonum, partim ex studio, dispensationum nundinationes longius extendendi. M. *p. 34.* *Arcanum Politicum de Bigamia prohibitione.*

(421) Ita etiam disputat Augustinus, talem non esse ad ministerium admittendum. Hieronymus vero *in tit. 1.* falso hoc refutans quærit quo privilegio illi, qui ante baptismum cum aliquot concubinis inquinati fuerunt, (Augustinum notans, qui ante baptismum duas habuit concubinas) ad ipsum Episcopatus solium ascendant. Et *in Epist. ad Ocean.* dicit: *Cauterius Hispaniæ Episcopus & ætate vetus & sacerdotio, unam antequam baptizaretur, alteram post lavacrum, priore mortua duxit uxorem, & arbitraris eum* con- *Augustinus ab Hieronymo notatus.*

primam duxerit, in sacris constitutus alteram, an sit inter bigamos reputandus, hæsitatum est. Ex facto autem responsum est, hunc quidem nec bigamum, esse, (422) nec maritum viduæ: (423) quia tamen, quantum in ipso fuit, secundas nuptias contraxit, & viduam duxit, tanquam de bigamo, fore constituendum.

Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ.

(n) *c. pen. de bigam.* §. 21. Aliud juris est (424) de concubinis, (*n*) quas si plures quis habuerit; irregularitatem bigamiæ non in-

---

contra Apostoli fecisse sententiam, qui in catalogo virtutum Episcopi unius uxoris virum præcipit ordinandum? Miror autem te unum protraxisse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus sit, non dico de presbyteris, non de inferiore gradu. Ad Episcopos venio, quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, ut Ariminensis synodi multitudo superetur. &c. Z.

Explicatur Lancelottus. (422) Quia scilicet matrimonium ab eo, qui in sacris constitutus est, contractum non consistit, eo quod secundum Canones pontificios (ex doctrina dæmoniorum *1. Tim. IV, 1. & 3.* concinnatos) contrahere non potuit. Z.

(423) Duo hic proponuntur casus, alter, utrum bigamus sit, qui laicus unam, in sacris constitutus alteram duxit. Alter: utrum bigamus sit, qui, dum in sacris constitutus esset, duxit viduam. Z.

ad §. 21.

Turpitudo Juris Canonici. (424) Hæc scilicet ostendunt, non temperantiæ & sanctitatis hac in re haberi rationem, & minoris fieri fornicationem multiplicem in Papatu, quam honestas & licitas nuptias. Quod vero hic ruspantur in Monogamia *sacramentum* ad significandam unitatem Ecclesiæ uni Christo subjectam ex *Can. Acutius dist. 26.* cujus sacra-

incurrit, sed cum eo, tanquam simpliciter fornicatus sit, (425) quoad executionem sacerdotalis officii, dispensari poterit.

Cor-

cramenti *defectum* putant esse in bigamo, qui divisit suam carnem in plures, non solum corruit, hac doctrina de pluribus concubinis, si attendatur dictum Pauli *1. Cor. VI, 16.* sed etiam evertitur dogmate Pontificio de Sacramento Matrimonii, quod tale est non minus in secundis nuptiis, quibus etiam duo sunt in una carne, quam in primis. Tum si propter *Sacramenti* istius *defectum* bigamus non potest ordinari, deberet igitur monogamus esse omnis, qui ordinatur ad ejusdem Sacramenti præsentiam & ut loquitur canon citatus, *ad ordinationis Ecclesiasticæ signaculum.* M. *p. 33.*

(425) Perversa prorsus ratio est, virtutes, quas Scriptura expresse in Episcopo requirit, quæque ad ædificationem Ecclesiæ faciunt, negligere, requirere autem alia, quæ non sunt præscripta nec utilia. Si quis enim Uxore defuncta aliam legitime duxerit, vel si viduam duxerit, is etiamsi reliquis donis ad ædificationem Ecclesiæ utilibus & necessariis ad miraculum usque a DEO ordinatus sit, a ministerio Ecclesiastico arcetur & removetur. Qui vero centum adulteriis vel mille stupris se prostituit, illi, si modo legitimum conjugium fugerit, etiamsi stipes vel asinus sit, nulla prorsus inhabilitas obstat, quo minus ad sacros ordines promoveri, imo ad apicem, non Episcopalem tantum, sed Pontificiam etiam, cum solenni acclamatione, dignus & justus est, evehi possit. Sed seposita habilitate aut inhabilitate subjecti, ipsa tota hæc doctrina, quod sacerdos fornicator minus peccet, quam sacerdos maritus, non verbo DEI tantum, sed etiam antiquis canonibus e diametro adversatur. Diserte enim dicitur *can. Apostol.* 7. quod is, qui post acceptum sacrum baptisma concubinam habuerit, non possit esse ex numero eorum, qui in ministerio sacro deserviunt. Sic Gratianus *c. 9. dist. 28.* adducit ex concilio Neocæsariensi ista verba; *Presbyter si Uxorem duxerit, ab ordine il-*

Eadem latius demonstrata.

lum

Corpore vitiatus, nisi modica sit læsio, ordinari non potest.

§. 22. Cavenda sunt autem iis, qui Ecclesiasticis mancipandi sunt officiis, non solum animi, verum etiam cor-

---

lum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici, & ad pœnitentiam inter Laicos redigi oportet. AB ORDINE, ait hic glossa, i. e. ab offi-" cio & non beneficio. Et secundum hoc magis punitur sacerdos qui" fornicatur, quam qui legitime contrahit: & hoc ideo, quia facit con-" tra sacrum ordinem, & etiam contra legem: & ideo minus peccat" ducendo uxorem, quia credit hoc sibi licere." Plane diversum hic sentit Glossa, quam circa initia reformationis Cardinalis Campegius, qui, ut autor est Sleidanus *lib. 4.* contendit, multo gravius esse peccatum, quod Sacerdotes fiant mariti, quam si plurimas domi meretrices alant; nam illos habere persuasum, quasi recte faciant, hos autem scire & peccatum agnoscere. Miror autem asserere debere JCtos Pontificios, accusari posse mulierem, quæ adulterium commisit cum Papa, licet Papa ipse accusari nequeat, ut post alios statuit Nicol. Boer. *decis. 72. n. 5.* & Pileus Modicensis *qu. 44.* Et elegans est dictus Pileus in rationibus suis pro sententia negativa, ubi inter alia sic scribit: *Sed adhuc est fortior ratio pro Rosella,* (quæ cum Romano Pontifice adulterium commisisse dicebatur.) *Non potest probari adultera, ergo nec damnari. Quod non possit conveniri, subtili ratione probatur: Impossibile est, Rosellam cum Pontifice adulterium commisisse, quod Pontifex idem non commiserit cum Rosella: Ergo non potest probari adulterium commisisse Rosellam cum Pontifice, quin probetur Pontificem commisisse cum Rosella: sed hoc probari est impossibile. Ergo & illud.* Quis vero Pileo non gratularetur, & aulæ simul Romanæ, de tam subtili invento? Purpuram meruisset, si nostro vixisset seculo. Et majorem adhuc gratiam sibi comparasset, si concubinarios simul omnes declinandi oppro-

corporis vitia. Vnde aliqua parte (o) læsi ad sacerdotium ascendere non valent. (426) Hoc tamen tunc obtinet, cum evidens & notabilis est læsio: cæterum, si

(o) *dist. 55. in sum. & per totum.*

probii rationem docuisset, ne Henrici Cuyckii Ruræmundensis Episcopi censuram & reprehensionem, quam in speculo concubinariorum exponit, audire necesse haberent, præsertim cum tanta ubique eorum sit frequentia, ut circa initium hujus seculi in tota Stiria, Carinthia, & Carniola sex tantum reperirentur, qui non essent concubinarii, Alfons. de Vargas *de stratagem. Jesuitar. cap. 20.* Z.

ad §. 22.

(426) I. Non quia læsi sunt, sed ne Ecclesiastica impediantur, ut habet *canon apostol. 78.* Utcunque ergo etiam evidens & notabilis fuerit læsio, si tamen expediri Ecclesiastica possint, & persona digna fuerit Episcopatu, per antiquos canones munere eo non prohibetur. Z.

Cur corpore vitiati excludantur.

II. De Corpore vitiatis speciales extant tituli in Decreto & Decretalibus, quod ad ordines promoveri haud quaquam debeant, etsi parte tantum aliqua digiti alicujus mutili fuerint, dummodo abscissio illa a volente aut non invito facta sit. *c. præcipimus dist. 34. c. illiteratos dist. 36. c. qui partem dist. 55.* Rationem reddit Gelasius *d. c. illiteratos* quia vitiosum nihil DEO prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt: Respicit ergo ad legem divinam Veteris Testamenti ceremonialem *Levit. XXI, 18. seq.* Sed quæ post natum Christum exolevit, nec ullam amplius habet vim obligandi. Quod etiam agnoverunt illi, qui Ammonium Monachum ad Episcopatum promovere cupiebant, cujus rei fidem facit Sozomenus *Lib. 6. c. 30. Cum vero aliquando capiendus esset, ut Episcopus ordinaretur, nec rogando persuadere posset iis, qui ad ipsum capiendum venerant, ut abirent, abscissa sibi auricula: abite inquit. Posthac enim, ne quidem si vellem, sacerdotalis lex me ordinari sinit. Integri enim corporis sacerdotem constitui oportet. Illi*

Alia hujus prohibitionis ratio.

 di-

(p) c. 1. & fin. de corpore vit.

si modica sit, (p) utputa qui exiguam partem digiti, vel unguem nolentes amiserint, ita ut sine scandalo possint celebrare, à sacerdotio repellendi non erunt.

Abscissi ex necessitate promoveri possunt: secus, si ex voluntate.

(q) c. si quis à medicis cum duob. seq. dist. 55. c. 3. & 6. de corp. vitiat.

§. 23. Idem juris est (q) de eo, cui vel vi, vel in cunabulis, vel de medicorum consilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata: quod si volentes, & carnali vitio repugnare forte cupientes, seipsos abscinderint, quia sui homicidæ sunt, ad clerum (427) perveni-

digressi, posteaquam intellexerunt, Judæis quidem hæc observanda esse, Ecclesiam vero non curare, dummodo sacerdos integer sit moribus, denuo redierunt eum comprehensuri. Tum ille juravit, se linguam quaque sibi præcisurum, si vim facere tentassent. Quibus illi minus perterriti abscesserunt. Hinc porro factum est, ut Ammonius iste Paretes, id est, auricula mutilus vocaretur. Legem ergo illam Judaicam Ecclesiæ Christianæ haudquaquam positam esse, nec excludi debere propterea ab ordine clericorum membro aliquo mutilum, recte tum temporis fuit statutum. Et proinde ex allegato Levitici textu allegoricam elicit interpretationem Gregorius Papa in pastorali apud Gratianum *c. hinc etenim dist. 49.* Etsi itaque, si commode fieri potest, tales sint præficiendi, qui corporis ratione non sint aliis contemtui; tamen si alias sint præclaris donis ad ministerium necessariis ornati, melius est, ut careat minister Ecclesiæ eleganti forma corporis, quam ut Ecclesia careat idoneo ministro. Z. *II. 4. 23.* Ergo vides rationes Canonici juris circa exclusionem corpore vitiatorum pro diversitate seculorum variasse. Confer mox §. *24.* & supra *annot. 112. p. 90. seq.* T.

ad §. 23.

Cur Castrati?

(427) I. In prisca Ecclesia viri continentes & dono continen-

venire non possunt. (r) Corpore enim vitiati, non casu, sed propria voluntate sunt intelligendi: (s) & sicut in illis veniam casus impetrat, ita vindictam in iis voluntas postulat.

(r) *c. si quis absciderit. d. dist. 55.*

Ocu-

(s) *can. pœnitentis. §. corp. d. dist. 55.*

---

nentiæ divinitus instructi magno in honore fuerunt. Eam gloriam, ut sunt humana ingenia ad æmulationem proclivia, affectarunt multi tali dono continentiæ non instructi. Alii itaque, cum libidini mederi non possent, semetipsos castrarunt, alii singulas, alii etiam plures fœmellas adsciverunt, non quidem ut uxores essent, vel carnali copula miscerentur, sed ut in solitariæ vitæ solatium sociarum, contubernalium, & sororum, sicut videri volebant, spiritualium vicem præstarent. De ultimis his alibi dicendi locus erit commodior. De illis pauca hic attexere non erit alienum. Habuerunt autem illi auctorem Origenem Adamantium, qui ex pravo intellectu verborum Christi *Matth. XIX. 12.* sibi ipsi virilia amputavit, Euseb. *lib. 6. c. 7.* Id factum imitati sunt Valesii in regione Philadelphica ultra Jordanem habitantes, qui autore Epiphanio *hæres. 58.* & se & hospites suos castrarunt, ut ita secum introducerent in regnum cœlorum. De Leontio, qui deinceps ab Arianis Episcopus Antiochenus factus fuit, simile refert Athanasius, quod ideo semetipsum exsecuerit, ut libere ipsi cum Eustolio, fœmina juvencula, versari imo & dormire liceret. Errorem igitur hunc invalescentem ut compesceret Ecclesia, Synodo Nicæna & Arelatensi canones fuere compositi in eam sententiam, quæ hoc paragrapho refertur. Nempe duo hic recensentur Eunuchorum genera: exsectorum à se se ipsis, & exsectorum ab aliis. Illi autem ab aliis exsecti duplices sunt: ὑπ᾽ ἰατρῶν propter morbum, & violenter. De thlibiis & thlasiis hic nihil, quemadmodum nec in canonibus, qui dicuntur Apostolici, in quibus tamen ratio redditur exclusionis, ac depositionis, quia sc. est sui ipsius homicida & DEI conditionis sive potius opificii, inimicus, *can. 22.* Z. *& horum exempla.*

Oculo privatus indistincte promoveri non potest, licet retineat ordines: secus si postea talis privatio contingat.

§. 24. Hæc autem distinctio non in omnibus membris sibi locum vendicat. Cui enim oculum (t) abstulit casus, licet voluntas desit, sacerdotium tamen

(t) *can. fin. dist.* 55.

Alia rationes de Castratis.

II. Nec sane excusari potest, qui tale aliquid in corpore suo committit, ut maxime bonum habeat finem, ad declinandas scil. carnis tentantis libidines & ex libidinibus provenientia peccata, tum quod remedium hoc nullibi præscriptum legatur, nec necessarium adeo sit ad animæ salutem, cum non membra ipsa, sed inhærens in eis malitia, & voluntatis humanæ prava licentia afferat homini perniciem, tum vero quod in membra & organa à Deo creata, exercita hac ratione sævitia in ipsum DEum creatorem injuriosa plane est & blasphema, tum denique quia talis exsectio non tollit id, quod tollere debet, & fine suo prorsus frustratur. Graviter æstum hunc castratorum exponit Basilius M. *libb. de vera virginitate*, inter alia hæc verbæ faciens: *Abscissio majorem in abscissi oculis concupiscentiæ flammam arguit, quod continere se posse diffidens id absciderit, quo libidinem flagrantem in opus exeruisset: imo cum sciret, se incontinentiæ daturum manus, cupidinis se organo privavit, ne corpore lascivire videretur, ignem tamen non abstulit, sed animo desiderioque luxuriat & assidue libidinatur. - - - Et hæc de his, quibus una cum testibus tota quoque genitalia resecta sunt. Nam quibus jam per ætatem ad Venerem aptis testiculi modo abscissi sunt, eos ajunt acrius, ardentius, & impatientius non ad eam solum rem ferri stimularique, sed tute quoque, quas voluerint, ut sibi videntur, corrumpere &c.* Nec tamen tam abscisse accipi debet canon Nicænus supra adductus, ut nulla omnino ratione & nec per dispensationem quidem promoveri debeat ad clericatum, qui se ipsum castravit. Quid enim

tamen consequi non potest. (428) Cæterum si sacerdota-

enim, si ex juvenili quadam præcipitantia & errore mentis seductus ad castrationem sui quis processit, sane si errorem ille suum agnoscat, & egregiis ad munus Ecclesiasticum donis præditus fuerit, quin ad ejus modi munus promoveri debeat, si præsertim alius æque idoneus haberi nequeat, nullus dubito. Nec enim jure divino morali prohibentur Eunuchi ab ministerio altaris. Quæ enim adduci solent ex Veteris testamenti tabulis, ad Israeliticum spectant populum, non ad Ecclesiam Christi. De Levitici *cap. XXI.* vidimus supra. Ejusdem notæ est locus Deut. *XXIII.* 1. quem Cardinalis Baronius pro exclusione Eunuchorum adducit *ad ann. 230. n. 5.* Nec enim is continet legem moralem, imo nec applicari poterit ad præsens negocium, si recte explicetur. Intrare enim in Ecclesiam Domini idem est, quod habere jus ducendi Israeliditem, uti exponunt Paulus Fagius *in Targum Onkelos*, Cornelius a Lapide *ad h. l.* Johan. Seldenus de *J. N. & G. juxta disc. Ebr. lib 5. c. 16.* Dum ergo prohibitio illa ab Ecclesia facta, dispensationi quin locus esse queat, dubium nullum est. *Z. II. 4. 26. & 27.* ubi & *§. 23. & 24.* nonnulla affert ad illustrationem notæ prioris facientia.

ad §. 24.

(428) Idem judicandum arbitror de eo, cui oculus erutus est, quem etsi Gelasius Papa apud Gratianum *c. fin. d. dist. 55.* sine ulla distinctione, utrum invito an volenti oculus ademtus fuerit, ab sacerdotio prorsus exclusum velit; non placuit tamen vigor iste usquequaque omnibus. *Nam illi* inquit Gelasius, *cui erutus est oculus non possunt secundum canones sacerdotii jura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, qui oculum invitus amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est: nec sacratissimi canones aliquem casum in amissione oculi ei qui sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis invenimus, sed hoc tantummodo ad prohibitionem fecisse videmus, ut qui caret oculo, sacerdotii officium adipisci non possit &c.* Quos hic intelligat cano-

De eo, cui oculus erutus. Oppugnatur doctrina Lancelotti.

dotali in ordine constituto tale quid acciderit, quod olim integer acceperit, non amittet.

Olim furiosus, vel aliter vexatus, non potest ordinari. Clerici qui aliquando fuerunt dæmoniaci, non possunt ad ulteriores ordines promoveri.

§. 25.

---

canones Gelasius, non satis certum est. Inter Canones vero Apostolicos septuagesimus septimus plane contrarium docet: *Si quis vel oculo orbatus vel femore oblæsus, Episcopatu autem dignus sit fiat. Non enim corporis damnum eum polluit, sed animæ inquinatio.* Ad quæ verba rectissime hunc in modum commentatur Zonaras; *Lex quidem per Mosem data Israelitis exigebat consecratos ipsorum ministros, integros esse corpore, notamque nullam habentes: ac nemo parte corporis aliqua deformatus, aut mutilatus admittebatur ad sacerdotium. Sed etiam post Sacerdotium, si cui Sacerdotum membri vel particulæ cujuspiam mutilatio contigisset, sacerdotio mulctabatur. At iis, qui consecrandi sunt apud nos, mutilatio corporis impedimento non annumeratur. Animam nempe requiritur habere puram sine vitio & sorde. Quod si quis uno forte est oculo, vel strabos habet oculos aut claudus est, aut aliam quam naturæ imperfectionem habet, ad Episcopale munus obeundum sibi non obstantem, dignus vero judicatur Episcopatu, non prohibetur ordinari.* Pari modo Theodorus Balsamon *in responsis ad interrogata Marci Patriarchæ Alexandrini*, quæ extant in jure Græco Romano à Johanne Leunclavio edito *sub interr. 23.* de monoculo & alias mutilato respondet, tales non prohiberi sacerdotio in Ecclesia Novi Testamenti. *DEI enim præconibus*, inquit, *placuit per mutilationem corporis à sacrificatione non prohiberi quenquam. Quodsi morbi debitum officio sacerdotii sit impedimento exercere desinet ægrotans, à dignitate tamen non alienabitur, quin potius miserandus erit &c.* Z. II. 4. 28.

ad

§. 25. Is (*u*) quoque, qui in furorem aliquando versus insanivit, (429) aut quolibet modo vexationis incursibus effertur, (430) aut quod prope furorem accidit, (431) in scena luserit, vel afflictione diabolica vexatus (*u*) *can. 2. & 3. dist. 33.*

ad §. 25.

(429) Durum hoc est, quod prohibitio facta propter morbum animi, durare debeat perpetuo, morbo licet profligato. Z. *Objectio.*

II. Facile tamen hic puto posse excusari jus Canonicum, quia sæpius, si non plerumque, accidit, ut qui semel furore laborarunt, etiamsi intervalla longiora post curationem habuerint, soleant tamen iterum eodem morbo affligi. T. *Responsio.*

(430) Sed quinam incursus & cujus vexationis hic intelliguntur? Res patebit *ex can. 3. dist. 33.* cujus verba cum verbis canonis præcedentis parum prudenter miscuit Lancelottus. Verba *d. can. 3.* hæc sunt. *Communiter diffinimus, ut nullus de iis, qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant altaribus ministrare, vel indiscusse se ingerant sacramentis divinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus dediti, sine hujusmodi passionibus in terram probantur elisi: qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officii sui ordine, & loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab incursu dæmonum liberati.* Nisi me omnia fallunt, Papa hoc loco per eos, qui in terram arrepti, a dæmonibus eliduntur intelligit epilepticos, per reliquos illos, qui subinde & ex improviso patiuntur animi deliquia. T. *Notatur Lancelottus & explicatur.*

(431) Hoc est inventum Lancelotti, in quo liceat judicium desiderare. Id quidem dicere solemus: *nemo sobrius saltat*, at quod illi, qui in scena ludunt, furentibus sint similes, nemo sanæ mentis homo facile dixerit. Nec dixit id Pontifex in *can. 2.* dist. *33.* unde hanc de ludente in scena prohibitionem desumsit Lancelottus. Igitur rationes solidiores, cur, qui in scena luserint, non admittendi sint *Iterum notatur Lancelottus.*

(x) can. clerici. d. dist. 33. xatus fuerit, ordinari non poterit. Clerici etiam (x) qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, (437) ad superiorem gradum ascendere non possunt.

DE PRÆBENDIS, ET ALIIS BENEFICIIS.

TITULUS XXVI.

Connexa & dependentia sunt simul tractanda.

§. I.

POst hæc videamus de præbendis, & illarum concessione: quæ pars Juris extra propositam quidem materiam fortasse videri poterit: loquimur enim in præ-

---

ad sacros ordines, petendæ erunt ex iis, quæ supra prolixius de moralitate comœdiarum adducta sunt *annot. 188. p. 167. seq.* T.

Lancelotti novus defectus judicii. Obsessi à dæmonibus quinam apud Canonistas. (437) Sed quomodo differunt obsessi à dœmonibus a vexatis afflictione diabolica, quorum paulo ante mentionem fecerat. Sane differre ex intentione Lancelotti debere, innuit particula ETIAM, qua utitur. Sed revera non differunt. Hæc enim verba Lancelottus desumsit *ex can. 4. dicta dist.* neque sensit, Nicolaum Papam per obsessos a dæmonibus eosdem intellexisse, quos Gregorius Papa in *canone 2.* dixerat vexatos afflictione diabolica. Cæterum, etsi non negemus, dari aut datos esse obsessos à dæmonibus, notum tamen est ex variis historiis, & patet etiam ex *annot. 430.* apud Canonistas pro obsessis haberi vel epilepticos, vel aliis insolitis morbis laborantes, vel etiam ad decipiendum populum pro talibus venditari sycophantas, qui obsessionem diabolicam simulant. Vide autorem *de l'histoire des diables de Loudun.* Conf. supra, *annot. 331.* T.

TIT.

præſenti de jure perſonarum. Sed cum (433) ſupra de dignitatibus Eccleſiaſticis, quibus præbendæ videntur annexæ,(434) locuti fuerimus, non ſine cauſa, ſequenti loco poteſt hæc Juris materia tractari.

Qui

TIT. XXVI.

ad § 1.

(433) Hæc ratio non eſt ſufficiens, quia alias etiam de juribus reliquis dignitatibus Eccleſiaſticis annexis, quæ tamen omnino pertinent ad librum ſequentem, agere debuiſſet. Melius forte feciſſet Lancelottus, ſi dixiſſet, ſe ideo in primo libro ſtatim agere voluiſſe de præbendis, quia omnis cura Cleri Pontificii ſita eſt in acquiſitione præbendarum, neglecto vero officio, vel curæ vicariorum perpetuorum relicto. T. *Notatur Lancelottus.*

(434) I. Olim non erant annexæ. *Prælaturæ & ſacerdotia,* inquit Annæus Robertus *rer. judicatar. lib. 1. c. 7. & quæ nunc vocamus beneficia, olim martyria erant, quin & primis Eccleſiæ temporibus ordinarii beneficiorum proventus & annui dignitatum Eccleſiaſticarum reditus non alii fuerunt, quam perſecutiones, flagella, fidiculæ, cruces, ſupplicia, membrorum lacerationes. At nunc Eccleſiæ prælati cæleſtes illos proventus abnuunt, & pro tormentis, cruce & culeo, delicati martyres, magno Eccleſiaſticorum beneficiorum reditu ſuperbiunt, & pingui fructuum abundantia ſaginantur. - - - - Sacerdotia & prælaturæ, dum viguit incorrupta Eccleſiæ antiquitas, nec annuos nec ſtatos reditus habebant. Unde conveniens videbatur, ut plebs Chriſtiana ſacerdotes ſuos in unaquaque Eccleſia alere teneretur. Magnam & ſollicitam adhiberi operam hoc ſeculo videmus ab iis, qui fructuum & redituum occaſione beneficia venantur. - - - - Vanæ ſunt & ſuperfluæ hoc tempore illæ canonum Conſtitutiones, quibus ſub gravi pœna interdicitur, ne quis ad ſacerdotia, ſacros ordines aut dignitates Eccleſiaſticas invitus promoveatur. Neque enim cor-* *Origo præbendarum.*

 vos

vos aut cæteras aves, quæ laceratione corporum aluntur, tam rapido volatu ad cadavera per aerem ferri videmus, quam ægrotante Clerico beneficii opimi possessore corvos beneficiarios cernimus aut ad extorquendam a languente resignationem & spolia adhuc spiranti detrahenda, aut desperata resignatione ad Regis aulam curiamve Romanam incredibili celeritate advolare. Hactenus Robertus. Quibus addo, quæ erudite observat Petrus Suavis *in Exam. Concil. Trid. lib. 6. Canonici*, inquit, *olim his uno è quatuor modis gaudebant. Vel enim omnes una solum mensa sumptu communi instar monachorum regularium alebat, vel sua cuique seorsim portio præbebatur, præbenda inde denominata, vel post præstitum a singulis Ecclesiæ debitum ministerium, dimensum suum in annona aut pecunia numerata capere consueverant. Disciplina ea vivendi in commune exiguo tempore viguit, plerisque divisionem vel in præbendas vel in quotidianas distributiones singulis faciendas flagitantibus, tum aliis, qui vel ob invaletudinem vel ob exercitium aliquod spirituale sacris officiis interesse non possent, excusari cupientibus. Neque erat difficile aliquid causari, cur sacris non intervenirent, unde in re divina parum frequentes præbendæ tamen fructum perciperent. Ubi vero non nisi opere peracto sua cuique mensura tribuebatur, non adeo proclive erat excusationem obtendere, adeoque disciplina sanctior & in frequentandis officiis divinis assiduitas in secundo genere, quam in primo deligentius culta, factumque inde, ut Viri pii ex eo tempore Ecclesiis quidpiam donantes aut legantes id in quotidianas distributiones conferri præciperent, experimentisque comprobatum, quo majores essent distributiones, hoc Canonicos ad Ecclesias itasse frequentius*, &c. Z.

Libri Sarpii & à Costa de beneficiis & reditibus Ecclesiasticis.

II. De origine & progressu præbendarum & beneficiorum latius egit idem Petrus Suavis seu potius Paulus Sarpius in peculiari tractatu de beneficiis, idiomate Italico conscripto, quod in Gallicum idioma transtulit Amelotus Houssajus & eruditis notis illustravit. Prodiit equidem anno 1684. Hieronymi a Costa Historia de origine & progressu redituum Ecclesiasticorum libellus in lingua Gallica

lica conſcriptus, quem autor in dedicatione dicit ſe ea occaſione confeciſſe, quod Abbas neſcio quis ab eo petierit judicium de Pauli Sarpii modo memorato libello; ſed fere librum iſtum Sarpii tantum non totum deſcripſit. Cum autem Sarpius, ut notum, Romano-Catholicæ religioni fuerit addictus, licebit in poſterum notabiliora ex ejus libro excerpere, ut appareat, etiam cordatiores ex ipſis Pontificiis arcana dominationis papalis jam ante plurimos annos detexiſſe, an forte pudorem eo ipſo excutere poſſimus iis, qui inter nos reliquias illas craſſiores Papatus tantum non exoſculantur. Et cum plurima ibidem contineantur, quæ etiam hactenus notata valde illuſtrant, liceat ea paucis, quamvis paulo tardius, (cum jam illa ſint impreſſa) annotare. Ita quæ ſupra ad *titulum 5.* de origine eminentiæ Papalis ſuper reliquos Patriarchas *n. 47. p. 36. & ad §. 5 not. 62. ſeq. usque ad finem tituli p. 50. ſeq.* de arcanis Papalibus & tortura locorum Scripturæ adducta ſunt, valde illuſtrabuntur ex toto illo tractatu Sarpii; potiſſimum vero ex dictis §. *16. 17. 21. 22. 23. 24. 30. 31. 52.* Ita quæ ad *tit. 7. §. 8.* ex Zieglero *not. 106. p. 80. ſeq.* prolixius excerpſimus de jure Imperatoribus circa electiones Epiſcoporum competente, & quibus artibus Pontifices iſtud regale illis extorſerint, confirmabuntur per notata à Sarpio §. *9. 18. 22. 23. 24.* Quæ porro ad *tit. 15. §. 1. not. 223. p. 207.* ex eodem Zieglero de origine vicariorum annotata ſunt, iis jungi merentur dicta à Sarpio §. *32. n. 6.* Dictis *nota 232. ad tit. 16. §. 1. p. 213. ſeq.* de origine & progreſſu Coadjutorum addatur Sarpius §. *46.* Denique *ad §. 5. tit. 18. not. 256. p. 235.* obſervatum eſt, doctrinam Canoniſtarum de reſignationibus male cohærere, quam obſervationem confirmant dicta à Sarpio §. *40. & 44. n. 3.* Ut ad præſentem titulum redeam, de origine præbendarum ſequentia annotavit Sarpius *prioribus decem paragraphis.* Cum adhuc Salvator in hoc mundo doceret, ſtatim bona Eccleſiaſtica exiſtebant, quorum fundus ſaltem conſiſtebat in oblationibus piorum, miniſter vero, qui ea adminiſtrabat, ad duplicem uſum eadem erogabat, quorum unus deſtinabatur ad quotidianam neceſſitatem Chriſti & Apoſtolorum, alter ad Eleemoſynas pro pauperibus. Adminiſtrationis illius miniſterium Judæ concreditum erat, peſſime tamen illud exercenti, & fur-

Remiſſionis ad Sarpium, hactenus paſſim notata illuſtrantem.

Distinctior explicatio originis præbendarum.

tim multa in usus proprios eroganti. Post ascensionem Christi in cœlos Apostoli exemplum ejus secuti in Ecclesia Hierosolymitana pecunia pariter utebantur, partim ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ, partim ad alendos pauperes. Non habebant autem alia bona, quam quæ similiter offerrentur a fidelibus, bona immobilia etiam vendentibus in usum Ecclesiæ, ac ita bona omnia communia habentibus, in usus singulorum distribuenda. Sed hæc communio tantum in usu erat in Ecclesia Hierosolymitana, nec diu etiam durabat. Ipsa administratio vero bonorum Ecclesiasticorum post ascensionem Christi exercebatur ab ipsis Apostolis, sed nec hæc diu durabat. Cum enim murmurarent nonnulli, quasi despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum, atque distributio non fieret ex æquo & bono, & Apostoli cognoscerent, quod non possent simul operam dare distributioni eleemosynarum & prædicationi Evangelii, hoc sibi retento, curam administrationis bonorum temporalium concedebant aliis eum in finem electis, id est Diaconis, qui modus plane diversus est a moribus subsequentium temporum, ubi dignitatis majoris Clerici tantum de regimine bonorum temporalium sunt solliciti, relicta prædicatione Evangelii monachis aut Clericis minorum ordinum. Iste vero modus administrandi bona Ecclesiæ circiter per duo secula fuit continuatus, ut Ministri Ecclesiæ & pauperes sustentarentur ex communi ærario, quod tamen nonnisi ex liberrima oblatione fidelium constaret, certantium inter se, præ nimia charitate, ut splendida & magnifica dona offerrent singuli, ac ita Ecclesiæ ærarium augerent. In tantum, ut Ecclesiæ Christianorum tempore persecutionum magnis divitiis abundarent, ac post mortem Commodi sæpius Ethnici ærarium auferrent Christianis, ac in seculo tertio Decius Laurentium, thesauros Ecclesiæ ipsi prodere nolentem interficeret. Sed jam illo tempore Clerici incipiebant non contenti esse, ut quotidianis necessitatibus succurrerent ex ærario communi, sed volebant proprias ædes habere, ac separatas pecunias in usum menstruum & ultra anticipare, conniventibus superioribus, nec sentientibus, quod hoc modo valde recederent a primæva perfectione. Imo ipsi etiam Episcopi incipiebant, non amplius distribuere consuetas

elee-

eleemosynas, sed retinere in usus privatos bona distribuenda, ac ita ditescere, & mutuo sub usuris dare pecunias ad sustentationem pauperum destinatas. Unde jam Cyprianus conquestus est, ob hos & similes abusus DEum permisisse illam persecutionem Decii. Interim & hoc notandum, istis temporibus Ecclesiam Christianam nondum possedisse bona immobilia, partim quod crederent, diem extremum valde appropinquare, & omnia bona temporalia consideranda esse a Christianis tanquam cito transitura, & oneri futura illis, quorum desideria omnia tenderent ad vitam futuri seculi, partim etiam, quod secundum leges Romanas nullum Collegium, cui id non esset specialiter permissum, posset acquirere bona immobilia, neque per conventionem inter vivos, neque per testamentum *l. 8. C. de hæred. instit.* etsi Epistolæ Pontificum suppositititiæ referant, quasi Apostoli vendiderint bona immobilia, quæ in Judæa possiderent, quarum tamen fides est nullius momenti. Sed cum post captivitatem Valeriani status imperii Romani esset valde turbulentus, leges illæ non observabantur stricte, sed bona immobilia passim legabantur Ecclesiæ, donec Diocletianus & Maximianus anno 302. eadem fisco addicerent. Sed Constantinus paulo post, *l. 4. Cod. Theod. de Episc. & Cleric.* iterum permisit, ut liceret Ecclesiis Christianorum acquirere quæcunque bona immobilia ex testamentis vel donationibus. Incorporabantur igitur illa bona immobilia ærario Ecclesiæ, destinato unice ad sustentationem pauperum. Cum autem hoc pacto valde augerentur bona Ecclesiæ, Clerus maxima aviditate studebat novis acquisitionibus, inepte sibi persuadens, ac si felicitas Ecclesiæ Christianæ consisteret in divitiis. Unde male credebant, honorem DEI promoveri, si bona auferrentur liberis legitimis, & legarentur Ecclesiæ, atque sic omnem impenderant operam, ut viduis, virginibus ac aliis personis imbecillioris judicii persuaderent, ut exclusis heredibus ab intestato Ecclesiæ omnia sua bona relinquerent. Ergo opus erat, ut Imperatores anno 370. *l. 20. Cod. Theodos. de Episc. & Eccles.* constitutione publicata interdicerent, non quidem Ecclesiæ, acquisitionem bonorum, sed Clericis, ne adirent domos viduarum, aut pupillorum; neve de ejus mulieris, cui se priva-

tim

tim ſub prætextu religionis adjunxerint, liberalitate quacunque, vel extremo judicio, neque per ſe, nec per ſubjectam perſonam aliquid perciperent. Quod Edictum ipſe Hieronymus non diffitetur, fuiſſe utile, ad corrigendos corruptos Cleri mores in *Epiſt. ad Euſtochium. Audio in ſenes & anus absque liberis quorundam turpe ſervitium. Ipſi apponunt matulam, obſident lectum, purulentiam Stomachi & phlegmata pulmonis manu propria ſuſcipiunt.* Paulo poſt anno 390. alia lege prohibitum fuit, ne viduæ ſervitio Eccleſiæ ſe dicantes donarent aut legarent Eccleſiæ bonæ immobilia, & ut nihil de monilibus & ſupellectili, nihil de auro & argento & aliis pretioſis mobilibus, ei relinquerent. *l. 27. Cod. Theod. eod. tit.* Imo ipſe Auguſtinus aperte confeſſus eſt, melius eſſe, ſi quis bona ſua relinqueret heredibus ab inteſtato, quam ut ea transferret ad Eccleſiam, & recuſavit legata ſuæ Eccleſiæ relicta, libere confeſſus, miniſterium Eccleſiaſticum non conſiſtere in diſpenſatione frequenti ſed prudente. Deteſtabatur etiam modum acquirendi, ſuo tempore ab Eccleſia inventum, acquiſitionem nimirum bonorum immobilium ex reſidua pecunia annuorum Eccleſiæ redituum, neque volebat unquam hunc abuſum in ſua Eccleſia tolerare, dicebatque aperte in homiliis, quod ſi in ipſo ſtetiſſet, maluiſſet vivere ex quotidianis oblationibus piorum ſecundum mores primitivæ Eccleſiæ, quam curam gerere divitiarum Eccleſiaſticarum, ſæpius eum impedientem in miniſterio ſpirituali Epiſcopo proprio, addens, quod paratiſſimus ſit ad renunciandum omnibus bonis, ſi modo miniſtri Eccleſiæ haberent, unde viverent ex decimis vel aliis eleemoſynis, ita ut non diſtrahantur ab officio ſuo per curam bonorum temporalium. Sed neque Epiſcopi adhortationibus, neque Imperatores legibus coercere poterant avaritiam Cleri, & enormia incrementa bonorum Eccleſiaſticorum. Modus tamen adminiſtrandi & diſtribuendi priſtinus durabat ſine alteratione notabili usque ad annum 420. nimirum, ut eleemoſynæ & reditus bonorum immobilium communes eſſent, & ſub diſtributione Diaconorum & Subdiaconorum, vel Oeconomorum, qui expendebant eosdem in uſus neceſſarios miniſtrorum Eccleſiæ & pauperum. Sed cum poſtea Italia a barbaris ſubjugaretur, ac

Qui in altari laborat, de altari debet & vivere.

§. 2. Præbenda nihil eſt (435) aliud, quam Jus percipi-

ac tandem ſub Imperio Gothorum eſſet, ac imperium Orientale ab Occidentali ſeparetur, Eccleſia quidem Orientalis cœpit continuare mores vivendi ex bonis communibus, ſed in Occidente Epiſcopi cœperunt adminiſtrare bona Eccleſiaſtica ut domini abſoluti, unde maxima confuſio in diſpenſatione bonorum Eccleſiæ oriebatur, ita ut multæ Eccleſiæ ingentia inde damna paterentur ex neglectu ſuſtentationis pauperum. Quare circiter circa annum 470. decretum fuit in Eccleſia Occidentali, ut quatuor fierent portiones, quarum una ſit Epiſcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda, *Cap. vobis. 23. & c. quatuor 27. C. 12. q. 2.* (qua de re infra *lib. 2. tit. 25.* pluribus videbimus.) Ergo ab anno 500. Epiſcopi Occidentales quarta illa portione pro lubitu gaudentes, magis de rebus temporalibus quam ſpiritualibus erant ſolliciti, ſæpe defraudantes fabricam & pauperes in quarta ſua. Quod quartam Cleri attinet, initio illa inter ipſos ſingulos non fuit ſubdiviſa, Epiſcopo operam dante, ut exinde ſingulis aliquid aſſignaretur ſecundum proportionem meritorum ſuorum, ſed ſucceſſu temporis Clerus ſibi ipſi vindicabat jus diſtribuendi ſine autoritate vel conſenſu Epiſcopi, atque inter ſe ſingulis ſuas portiones proprias communi conſenſu aſſignabant, ita ut ab hoc tempore receſſum fuerit plane à primæva bonorum Eccleſiaſticorum communione. Quamvis id non ſubito & decreto publico factum fuerit, ſed moribus pedetentim ſit introductum. Iſtæ igitur portiones Præbendæ & beneficia ſunt vocata. T.

ad §. 2.

(435) I. Unde id nomen derivetur, & num dici debeat in ſingulari *Præbenda, dæ*, aut in plurali *Præbenda, orum*, videre eſt apud Tholoſanum *lib. 15 Synt. jur. cap. 25. n. 1. & ſeqq.* ubi & variæ Præbendarum diſtinctiones extant, in Laicales & Spirituales, Sim- *Præbenda unde & quotuplex.*

 plices

plices & Canoniales, &c. Quin distingvunt Canonistæ inter *Canoniam* & *Præbendam*, ut inter matrem & filiam, ut ex Hostiensi observat Scioppius in *Astro suo inextincto*, pro Benedictinis contra Jesuitas *pag. 113*. M. *p. 118. seq.*

Præbenda Synonyma & homonyma.

II. Dicitur ita, quod præbeat reditus, ad commodam sustentationem. Præbendæ vero vocabulum tunc adhibetur proprie, quando bona Ecclesiæ sunt divisa, & unicuique certa pars, unde reditus percipiat, assignata *c. Ex parte X. de Concess. præbend.* Quando vero bona Ecclesiæ sunt indivisa, tunc communius portio dicitur, vel cum epitheto; Portio Canonica, notante Barbos. Tract. *de Canon. & dignitat. cap. 13. n. 3.* Vocatur etiam Præbenda beneficium vel titulus, supposita tamen diversa præbendæ acceptione. Denotat enim partim beneficii titulum, Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. Jur. lib. 15. c. 23. n. 9.* partim ipsum beneficium, sic Præbendæ ac alia officia, generali beneficiorum nomine continentur *c. Tua 31. de verb. sign.* partim capitur pro effectu seu annexo tituli, seu facultate percipiendi reditus Ecclesiæ vid. *cap. Majoribus & c. Dilectio X. de Præb.* Card. Tusch. *Practic. Conclus. lit. P. Conclus. 469.* S. *p. 362. seq.*

Differentia Præbendæ & beneficii.

III. Præbenda est species beneficii. Nam beneficium latius patet non solum in sensu morali, quorsum pertinent libri Senecæ de beneficiis, sed & in sensu Juridico, ubi beneficium sumitur in jure Longobardico pro feudo, quia feuda quoad primævam originem sunt beneficia, a principibus concessa Vasallis ad varia seruitia militaria præstanda. Pari jure itaque, ut Sarpius notat *d. l. §. 10. p. 54.* portiones bonorum Ecclesiasticorum aut jus & titulus eas possidendi fuere etiam dicta beneficia, quia dabantur aut per Principem, uti Episcopatus, aut per Episcopum, cum permissione Principis dignitates Ecclesiasticas conferentem; Adde etiam, quod Clerici crederentur esse milites in sensu spirituali, quia debebant se exercere in militia spirituali, T.

(436)

cipiendi (436) proventus Ecclesiasticos, tanquam uni de

(436) I. Hac definitione posita præbenda non potest consistere sine Canonicatu, & proinde distinctio præbendæ in temporalem & spiritualem mera erit explicatio & enodatio vocabuli æquivoci. Temporalem enim præbendam appellant illam, quæ non est annexa canonicatui seu beneficio Ecclesiastico, sed consistit in mera temporalitate, & laico conceditur pro labore temporali. Barbosa *ad rubr. tit. de præbend. n. 8.* E contrario autem Canonicatus potest consistere sine Præbenda. Nam & olim Canonici fuerunt absque ullo Præbendarum distincto numero. Quod cum diffiteri nequeat Barbosa *de Canon. & dignitatib. c. 12. n. 22.* non debuisset eos nomine tantum, non re, vocare Canonicos. Nec enim ideo quis dicitur Canonicus, quod Præbendam habeat, sed quod habeat sedem in choro ad cantandum & legendum ac vocem in capitulo, ut ipse idem paulo ante sub *num. 9.* definit Barbosa. At enim Canonistæ hodierni, ut beneficium ipsum faciant rem sacram, ex officio sacro & ejus beneficio sive utili temporali, conflant nescio quid unum, & hoc conflatum vocant Ecclesiasticum beneficium, cumque olim utile istud temporale fuerit consecutivum & accessorium officii Ecclesiastici, inducta deinceps proprietate factum id est præcipuum & principale: ita ut beneficium à beneficio non Ecclesiasticus ordo aut munus & officium discernat, sed temporalis quæstus, copia aut inopia, & Canonicum non amplius faciat officium sed præbenda. Et quia, uti ante diximus, beneficium deinceps habitum fuit pro re sacra, utique illi, qui non in officiis sacris versantur, sed in rebus mere corporeis, ut pulsatione campanarum, villicatione aut patrocinio, utcunque ex bonis Ecclesiasticis tam reditibus quam oblationibus & decimis mercedem accipiant, non possunt dici habere beneficium Ecclesiasticum. Sic igitur retinuit quidem beneficium aliquem officii respectum, sed eum admodum tenuem & pene nullum. Quam vero inversus hic ordo sit, optime exponit M. A. de

Distinctio Præbendæ in temporalem & spiritualem notatur. Spiritualitas præbendarum spuria.

de collegio competens, & ex canonia (437) procedens. Cum

de Dominis *de Rep. Eccles. l. 9. c. 1. n. 27. Ecclesiastico Viro*, inquit *olim finis fuit Evangelium, sustentatio vero Ecclesiastica medium: nunc finis noster est sustentatio ex bonis Ecclesiæ, medium vero officium Ecclesiasticum.* Z.

II. Quæstio affinis præcedenti est, an bona Ecclesiastica possideantur jure divino an humano, de qua agit Paulus Sarpius *§. 21. p. 102. seq.* & principalis hujus quæstionis sedes est *in lib. 2. tit. 26. §. 2.* Quæ vero Zieglerus modo annotavit de falsa spiritualitate præbendarum, non melius intelliguntur, quam si falsa doctrina Juris Canonici in distinctione rerum admissa & arcanum Politicum sub hac distinctione latens fuerit ostensum, quod fiet suo loco *ad lib. 2. tit. 1.* T.

Canonicorum origo, progressus corruptio.

(437) I. Definiunt nonnulli Canoniam, (seu canonicatum) quod sit jus percipiendi fructus, reditus & obventiones rei Ecclesiasticæ, ex electione capituli vel collatione Patronorum acquisitum. Quæ definitio explicat quidem definitum, qualiter id hodie sese habet; sed qualiter olim id sese habuit, & habere ex prima institutione debet, adplicari ei hæc definitio plane nequit. Sane primam Canonicorum originem plerique omnes referunt ad tempora Augustini: *Factus enim is presbyter* (verba sunt Possidii *in vit. Augustin. c. 5.*) *monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum DEI servis vivere cœpit, secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime ut nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia & distribueretur unicuique, prout cuique opus erat. Quod jam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset, &c.* Factum istud Augustini imitantibus Episcopis aliis increbuit paulatim monachorum istud genus Episcopalibus sedibus adjacentium, quos ab observato singulari vivendi canone Canonicos aut regulares nominaverunt. Seculo nono sub temporibus stirpis Carolinæ nulla fere Episcopa-

Cum enim, ut lex divina præcipit, (a) qui altari ser- vit, (c) *cum secundum cod. tit.*

ſcopalis cathedra conſtituebatur, niſi adjuncto ſtatim canonicorum Collegio, cui ex præſcripto S. Auguſtini fuerat vivendum. In tali Collegio bonæ literæ & ſimul quoque ſacræ ſcripturæ docebantur, ab initio tamen vix aliis, quam clericæ vitæ addictis auſcultantibus. Neque tum ſeorſim cuique ſua aſſignata erat præbenda, ſed vivendi inſtituto nihilo a monachis fere differebant, viventes ſc. in uno clauſtro, habentesque commune dormitorium, refectorium, lectorium, & ſimilia, quo facit *c. neceſſaria 12. q. 1.* Sequioribus temporibus docendi iſta provincia non Canonicis amplius ipſis, ſed alii alicui extraneo & quidem mercede conſtituta imponebatur, uti patet ex integro titulo *X. de magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.* Et ipſi tandem Canonici diſciplinæ & regulæ, cui paruerant hactenus, pertæſi, ad liberiorem vitam diſciplinamque adſpirare cœperunt. Itaque dein luxui veſtium illi indulgere & diſſolutius vivere. Sed nec nomine contenti, quo regulares appellabantur, a regula nimirum & certa ſtataque vivendi norma ſibi præſcripta, Canonici ſeculares appellari voluerunt. Qua de re ita Albertus Cranzius *metrop. l. 4. c. 1. Fratres licentius de clauſtro egreſſi, mulierum conſortia primo petebant abſconſe, inde in majorem diſſolutionem abierunt. Paulatim ergo deferveſcente in clero religione apud Eccleſias ex monachis regulares canonici, & ex his ſeculares, ut nunc vocantur, Canonici prodierunt. Quid autem ex hac deinceps reſolutione ſit oriturum, quis novit? Interpretemur, oro, vocabulum. Si canon eſt regula, canonici ſunt regulares. Quid fiet de canonico ſeculari, niſi ut regularis ſit irregularis? aut, ſi id malumus, regularis ſine regula. Erat is devotionis fervor ſub ſanctis patribus, ut inter fratres ipſi etiam Pontifices viſitarent, quod de hujus proximo legimus ſucceſſore Libentio. Jam ventum eſt ad regulares, ut canonici dicerentur & eſſent: utinamque ibi perduraſſent. Inferior inventus eſt gradus, canonicus ſecularis: h. e. monſtrum*

 ſine

vit, de altari debeat & vivere: dignum est, ut qui divinis

---

sine exemplo, regularis sine regula, canonicus sine canone &c. Nolo hic ingeminare querelam de ocio & luxu Canonicorum sæpe ante hac motam. Ex ipsis Pontificiis Hadr. Barlandus in dialogis ann. 1524. editis satis contemptim de iis loquitur; tacite etiam eos pungit Contzen *lib. 6. polit. c. 41.* Apertius & liberius Grotius *in not. ad Cassandrum tit. de Canonicis p. 48.* Huic igitur hominum generi definitio canoniæ seu Canonicatus superius adducta competit, quippe quorum totum officium in acceptione & fruitione redituum Ecclesiasticorum consistit. At ex mente saniorum Canonistarum Canonicatus est jus habendi sedem in choro ad cantandum & legendum, ac vocem in capitulo, Barbosa *ad rubr. tit. de præbend. n. 11.* Imo vero antiquioribus temporibus, tum presbyterorum, tum aliorum inferiorum ministrorum eidem Ecclesiæ necessariorum, eique inservientium Collegium vocabatur Collegium seu capitulum Canonicorum. Marc. Anton. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 2. c. 9. n. 6.* Cæterum appellationem canonicorum regularium a strictturis Ludovici Vivis ita vindicat Martinus ab Azpilcueta Navarrus *commentar. 1. de regular. n. 2.* quod regulares dicantur illi, qui non habent nec habere possunt patrimonia a communi Ecclesiæ patrimonio separata, cum reliqui, qui talia patrimonia habent, simpliciter dicantur Canonici. Sed enim sequioris ævi hæc est distinctio, dumque nunc cum additamento aliqui dicuntur Canonici, facile patet, a veteri canone eos discessisse, & hinc merito canonicos irregulares dici debere. Z.

Synopsis libri Nicolai Desnos de Canonico seculari & regulari.

II. Anno 1675. Parisiis editus fuit a Nicolao Desnos Canonico Regulari, tractatus, sub titulo *Canonicus secularis & regularis*, qui cum plenissime exhibeat doctrinam de Canonicorum origine & progressu, de differentia item Canonicorum a reliquis Clericis & a Monachis, Monachorum item a Clericis & Laicis, ac denique Canonicorum regularium & secularium; multum conducet ad intelligenda ea, quæ in sequentibus notis passim de his differentiis adnotabun-

tabuntur, ejus libri, cum rarior ſit, ſynopſin hic exhibere. In libro I. agit de Canonicis in genere. Canon ſumitur variis modis. (1) Denotat Catalogum, in quo inſcribebantur nomina eorum, qui ſacris inſerviebant. Uti magiſtratus etiam & ſenatores habebant ſuas notitias ſeu catalogos, quibus inſcribebantur, unde & patres conſcripti dicti ſunt; ſic Clerici in Canonem recenſiti vocabantur Canonici. *(cap. 2.)* (2) Ratio & norma divinæ pſalmodiæ & hymnodiæ celebrandæ & decantandæ apud Græcos Canonis nomen obtinuit. *(cap. 3.)* (3) Præbenda etiam canon fuit dicta, ſed canonici fuerunt ante Præbendas. *(cap. 4.)* (4) Canon denotat regulam vivendi præſcriptam Clericis a Sanctis patribus, a cujus obſervatione dictos fuiſſe Canonicos latius probatur autoritate Conciliorum, Patrum, Doctorum *(cap. 5.)* Cum ergo ſpuriæ ſint applicationes vocabuli Canonis in ſignificatione ſecunda & tertia, genuinæ vero in ſignificatione prima & quarta, patet utramque hanc genuinam denominationem quadrare ad canonicos regulares, ad ſeculares vero ſaltem primam. Unde & ſeculares ſunt ſaltem Canonici dimidiati, regulares autem complete perfecteque tales *(cap. 6.)* Duo vero neceſſaria fuerunt, ut Clerici poſſent vocari Canonici. (1) Ut cœtum aliquem ſeu corpus ac capitulum componerent, quod haberet facultatem tractandi negotia capitulariter, jus dicendi & ferendi ſententiam, item aulam capitularem, ſigillum commune, ſyndicum, theſaurum communem, & dignitates, quibus jurisdictio quædam ineſſet. (2) Ut corpus illud eſſet Clericale i. e. tale, ut nemo poſſet ei incorporari, niſi minimum tonſuram Clericalem recepiſſet. Differunt ergo Canonici a Monachis, quod ſocietates Monaſticæ non ſint Clericales ab inſtituto, unde non opus eſt, ut quis tonſura Clericali vel ſacerdotio inſigniatur ad hoc, ut ordinibus Monaſticis nomen det, aut ut apud illos Abbas vel Prælatus eligatur. Et licet congregatis Monachis indultum fuerit, celebrare divina myſteria, hoc tamen non competit eis ex officio, eaque non obeunt in habitu Clericali, ſed in cultu Monaſtico. Nec ſuffecit, ut quis cenſeretur Canonicus, quod eſſet membrum alicujus corporis ſeu communitatis prorſus Clericalis; id enim convenire poſſet ſeminariis Epiſcopalibus ac communitatibus, ſocietatibusque plurimorum

Libri primi.

Canonis ſignificationes quatuor.

Quinam ex his pertineant ad Canonicos.

Differentia Canonicorum à reliquis Clericis & à Monachis.

rum Clericorum nuper exortis, sed præterea requisitum fuit, ut collegio suo Clericali firmiter adhæreret, ut nonnisi maxima necessitate inde posset avelli, unde dicitur intitulari, alligari, incardinari, immatriculari. Tria igitur ad essentiam Canonicatus concurrunt: Collegium, tonsura Clericalis sive Ordo sacer ex instituto, & tandem firmitas seu perseverantia in statu. Unde Capellani & simplices beneficiati Cathedrales non censentur Canonici. (*c.* 7.) Apud Græcos familiaris fuit appellatio Canonicorum antiquissimis Patribus, Basilio, Cyrillo Hierosolymitano, Chrysostomo: apud Latinos errant, qui dicunt appellationem Canonici octo præcedentibus seculis non esse vetustiorem: errant qui Pelagio & Gregorio Magno anno 615. mentionem Canonicorum non faciunt antiquiorem, sed mentio fit jam in concilio 3. Aurelianensi & 15. Arvernensi circa annum 576 (*c.* 8.) Canonicus igitur (si originem respicias) est Clericus catalogo Cathedralis Ecclesiæ adscriptus sub & cum Episcopo in communi & de communi Ecclesiæ patrimonio vivens, stallum habens in choro & vocem in Capitulo. Horum originem alii deducunt ab Apostolis, ob vitam Apostolorum in communione. Sed ita non differrent Canonici a Monachis, nec sufficit si addas, Apostolos fuisse Clericos, nam non omnes Clerici regulares sunt Canonici. Igitur Canonicorum origo unice petenda est ab ortu & erectione Ecclesiarum Cathedralium, h. e. paulo post Constantini M. tempora (*c.* 9.) Instituti sunt non tantum (1) ad splendorem majorem Ecclesiarum, & ad augendam Majestatem militantis Ecclesiæ, sed & (2) ut essent cooperatores & adjutores Episcoporum, (3) ut in choro hymnis & canticis Dei nomen laudarent, (4) ut essent convictores Episcoporum, eorumque vitæ testes. (5) Ut Episcopo celebranti aut alia Episcopalia exercenti assisterent & inservirent, ut Levitæ Aaroni. (*cap.* 10.) Primis temporibus Canonicorum societas, ubi adhuc in communi vivebant, vocabatur congregatio, modo conventus, modo collegium. Tandem partitis inter sese facultatibus, & eorum mensa ab Episcopali separata, relictis prioribus vocabulis congregationi Monachorum & Ecclesiis Abbatialibus secularibus, sibi capituli nomen vindicarunt, quod factum passim circa undecimum seculum. (*c.* 11.) Eodem fere tempore Abbatiales Ecclesiæ Cano-

Antiquitas vocabuli Canonici.

Canonicorum definitio.

Origo

Scopus institutionis.

Origo Capituli

Ecclesia collegiata.

Canonicorum, Collegii nomen loco monasterii sibi indiderunt, & loco Abbatum Decanos sibi elegerunt, aut Præpositos. Hinc supina est oscitantia eorum, qui, ubi Abbatiam legunt, vel Monasterium, omnia statim monastica hariolantur, cum peritioribus notum sit, Abbates & Monasteria passim ad Canonicos olim pertinuisse. (*c. 12.*) Superiores Canonicorum ad quinque Classes reduci possunt, nempe Episcoporum, Abbatum, Magistrorum, Præpositorum, ac Decanorum. Prælatorum vox modo de solis Episcopis & Abbatibus prædicatur, modo etiam de Magistris & reliquis. Abbates præerant æque Canonicis ac Monachis, cum Abbatum vox paternitatem significet, sicut enim Episcopi in Cathedralibus, sic Abbates in Monasteriis præerant Ecclesiis. Imo & Cathedralium Canonicorum domus olim vocata fuit Monasterium. Nimirum Canonici, qui extra Episcopales domus degebant, Abbatibus suberant & obediebant, & earum domus non dicebatur Ecclesia collegiata, sed Monasterium. Cœpit autem collegiatarum Ecclesiarum haberi mentio, dum apud Abbatias secularitas est invecta. (*cap. 13.*) Liber 2. agit de Canonicis secularibus. Canonici seculares dicuntur, quod rejecta vita communi (i. e. in communione) peculiaribus bonis gaudentes inter seculares, & utriusque sexus personas commisceantur. Etsi in seculo moventur, non tamen in secularibus vivunt & non sunt de seculo. Seculum Dei est, secularia Diaboli. (*c. 3.*) Duplex vero est Canonicorum secularium genus, unum sine disciplina viventium, alterum omni virtutum genere præditorum. Utrumq; describitur latius ex Jacobo de Vitriaco in Historia Occidentali capite 30. (*c. 4.*) De Canonicorum secularium origine falsam doctrinam Antonii Belleti refert. (*c. 6.*) Nulla antiquior Epocha secularitatis apud Canonicos seu Clericos Cathedrales invenitur, quam ex Augustini sermone de Clericis, ubi mentio fit mansionis in domibus separatis ab Episcopo, & vitæ de proprio, in quibus duobus secularitas tum temporis consistebat. Atque tum secularitas illa tolerabatur saltem, sed in Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio, Edicto solenni proprietas bonorum & singularitas in mansionibus separatis Canonicis permissæ fuerunt. Causa hujus defectionis a regula hæc fuit. Nulla morum lues apud Clericos fuit dete-

Prælati.

Abbates Canonicorum.

Synopsis libri 2.

Canonici cur seculares dicti.

Eorum duplex genus.

Origo.

& occasio.

deterior, quam circa annum 950. qua ætate pessima consuetudo per Carolum Martellum olim introducta, qua Laici pleraque bona Ecclesiæ invaserant, in tantum recrudescere cœpit, ut non tantum Abbatias possiderent dono Regis, sed etiam titulum Abbatum sibi arrogarent, ratione cujus dignitatis etiam Canonicis præire, iisdem assidere in templis, ac etiam de eorum moribus & disciplina decernere præsumserunt. Duravit iste abusus usque ad Hugonem Capetum, qui bona Ecclesiæ restituit, talesque seculares Commendas aboleri voluit. Attamen secularitas Canonicorum inde nata perseveravit, imo quasi jus sibi & autoritatem vindicavit, dum postea plures Ecclesiæ collegiatæ seculares de novo dotatæ & fundatæ a Regibus fuere & Principibus. (*c.7.*). Differunt vero Canonici seculares hodierni ab illis secularibus antiquioribus (1) quod nolint appellari mutuo Fratres, ne videantur Monachi, (*c.8.*) (2) quod non utantur tam rigida disciplina, ut antiquiores, (*c.9.*) (3) quod non sint perseverantes in statu Clericali (*c.10.*) (4) quod non utantur communione vitæ & bonorum (*c.11.*) Quod autem Canonici antiqui vitam in communi & de communi instituerint, probat variis variorum testimoniis, (*c.12.13.*) & adducta Mauburni sententia de regula Aquisgranensi proprietatem bonorum Canonicis indulgente, inquirit etiam in rationem, cur concilium Aquisgranense relaxaverit Canonicis communionem facultatum (*c.16.17.*) Conveniunt autem regulares & seculares, quod Cathedrales Ecclesias occupent, quod eundem vestitum præcipuum servent, quod utrorumque Ecclesiæ sint seminaria Rectorum animarum, a quibus multi ubique dependent Parochiæ, quibus Pastores nominant &c. Denique conveniunt in omnibus privilegiis secularium, quæ regulæ non contradicunt. Differunt regulares a secularibus in votis solennibus, quæ regulares Deo nuncupant in vita communi ac de communi, in summa abdicatione seculi & intimo recessu a mundo, quamdiu ad salutem animarum procurandam ad beneficia curata non vocantur, quod latius verbis Matthæi Bossi, deducendo hanc differentiam generalem ad plures conclusiones speciales, declaratur (*c 18*) In libro 3. agit de Canonicis regularibus, Circa originem Canonicorum regularium rejicit sententias eorum qui Canonicos regulares deducunt a Levi-

Differentia Canon. Secul. hodiern. ab antiquis.

Convenientia & disconvenientia regularium & secularium.

Synopsis lib. 3. Canonicorum regularium origo.

Levitis & Nazaræis V. T. vel ab ipso Christo institutos esse tradunt, item Abbatis Joachimi, statuentis, ordinem Canonicorum regularium circa annum 1100. ortum fuisse in Galliis, a quodam Episcopo nomine Rufo (*c. 1.*) Rejicit etiam & refutat sententiam aliorum, qui Canonicos regulares ab Apostolis institutos esse volunt (*c. 2.*) Secundum Autoris sententiam institutum vitæ regularis in Ecclesia Alexandrina ab Athanasio a Monachis acceptum primo Clericis fuit adjunctum, & in Clerum introductum, indeque Romam delatum, & inde a Romana Ecclesia aliæ omnes Occidentales Ecclesiæ ejusmodi institutum fuere æmulatæ, initio Vercellensis sub S. Eusebio. Hunc æmulatus Augustinus in sua Hipponensi Ecclesia, regularibus institutis ab Athanasio & Eusebio in Clerum jam invectis vota insuper addidit & introduxit, unde originem ducunt, qui nunc Canonici regulares dicuntur. Nulla enim mentio votorum apud Clericos reperitur ante Augustinum, licet Regularibus institutis devinctos ante ipsum legamus (*c. 3.*) Postea probat latius (1) Canonicos Augustini fuisse veros Canonicos (*c. 4.*) (2) Canonicos regulares non dici battologice. Ita etiam dici *Abba pater* in variis locis N. T. (*c. 5.*) 3. Augustinum nec in baptismo, nec in Presbyteratu, nec in Episcopatu, nec unquam Monachismum assumsisse (*c. 6. ad c. 10.*) Eum in finem etiam Idea Monachismi depingitur, & a Clericali charactere distinguitur, quo dignoscatur status tum Augustini, tum sodalium in ejus Monasterio Presbyteriali (*c. 11*) Tum inquirit in vim vocis Monachi, (*c. 12.*) & Monachum definit, quod sit vir divino cultui, bonorum abdicatione & continentiæ proposito specialiter mancipatus, qui in sancto secessu degens propriæ saluti totus incumbit, ac curis omnibus exutus & exemtus uni Deo per amorem & contemplationem adhæret. Priora verba tenent locum generis, posteriora a verbis *sancto successu degens* constituunt monachum in esse monachali, & distinguunt partim a perfectione Clericali, partim a Laicali. Quarum illa curas & sollicitudines animarum & Ecclesiæ suscipit per actionem, hæc vero, Laicalis perfectio continentium, bonisque renuntiantium, rebus quidem temporalibus cedit, sed nondum curis Ecclesiasticis nuntium remisit, sed in meditullio constituta vacantem Deum expectat, cui vitæ generi se dedat, an contem-

Canonicos ab Augustino institutos, non fuisse Monachos.

Monachi definitio.

plationi & solitudini, id est Monachatui, an vitæ activæ & erga proximum occupatæ, id est Clericatui. Duo igitur infert conceptus formalis Monachatus, renunciationem negotiorum secularium, quam secessus exterior indicat, & abdicationem curæ & sollicitudinis Ecclesiæ, seu Clericalis & Pastoralis oneris. Nam licet Deum hæc cura respiciat, orationis tamen quietem sæpius disturbat; sicut Marthæ negotium, licet circa Christum occupatum, Mariæ tamen otium interturbare videbatur. (*c. 13.*) Tum ostenditur, propositum continentiæ, abdicationem rerum omnium ac mancipationem specialem cultui divino communem fuisse olim Monachis cum Laicis & Clericis (*c. 14.*) Primis Ecclesiæ temporibus Laici perfectionem Evangelicam sectantes cum aliis Laicis imperfectioris propositi commixti vivebant, sive privatim in ædibus suis morarentur, sive in collegiis. Sed cum maximam salutis aleam subeundam esse mediis in urbibus & plebis frequentia animadverterent, saluti consulendum duxerunt, alii fugiendo in solitudines, ut solitarii viverent, alii secedendo a turba, ita tamen ut plures in iisdem ædibus morarentur. Priores dicti sunt Monachi & fuere duplicis generis, Anachoretæ nempe & Eremitæ. Posteriorum tres classes fuerunt; (1) Laicorum plurium in urbe viventium, sed tamen a vulgi vita remotissimorum. (2) Cœnobitarum in desertis locis habitantium. (3) Cœnobitarum in urbibus, qui tamen erant actuosi & aliis utiles, qui a Basilio dicuntur Canonici. Per Basilium Monachorum nomem maxime vulgari cœpit. Ascetarum nomen relinquebatur Laicis perfectis, sive congregatis, sive seorsim agentibus, vel etiam aliquibus Clericis sanctiorem vitam sectantibus. Iis autem, qui solitarie degentes curis omnibus renunciabant (tam secularibus quam Ecclesiasticis) ut uni Deo servirent, & propriæ saluti unicam darent operam, Monachorum nomen tribuebatur, antiquatis terminis Eunuchismi, Syndonatus, Abstinentium. Tales fuere Antonius, Paulus, Hilarion, Pacomius (*c. 15.*) Istam differentiam specificam monachatus probant multa testimonia Patrum & Conciliorum, (*c. 16.*) Tributum tamen aliquando fuit nomen monachorum illis, qui duplici sollicitudini & secularium & Ecclesiasticorum negotiorum non renunciarent, ob duplicem causam. (1) quia Monachi nomen post

Et explicatio.

Ascetæ.

post Hieronymum maxime venerabile fuit, (2) quia Clerici religiosi in aliquibus conveniebant cum Monachis. Interim ista denominatio referenda est inter improprias (*c. 17.*) Hactenus dicta ad Augustini sodales applicantur, & ostenditur, convictores ejus in Presbyterio fuisse Laicos perfectos, sed non Monachos (*c. 18.*) & postea repetitis rationibus supra adductis probatur, Augustinum nunquam fuisse Monachum, (*c. 19.*) ac objectionibus respondetur. (*c. 20.*) Sequitur Elogium Augustini ex Erasmo & Possidio, maxime propter institutionem Clericorum religiosorum. Causam instituti explicat ipse Augustinus. *Perveni ad Episcopatum, vidi necesse habere Episcopum, humanitatem assiduam exhibere quibuscunque venientibus, seu transeuntibus. Quodsi non fecissem, Episcopus inhumanus dicerer, & ideo volui habere mecum in domo Episcopi Monasterium Clericorum.* Aliam causam addit Possidius, necessitatem videlicet & utilitatem Ecclesiæ. (*c. 21.*) Porro tractat quæstionem, an Augustinus regulam suis Clericis præscripserit, (*c. 22. 23.*) & contra Erasmum probat, Clericos Augustini vota emisisse, non solenniter quidem sed simpliciter, & quidem omnia tria, castitatis paupertatis & obedientiæ, non solum unicum expropriationis seu paupertatis, quæ paupertas tamen, qualis in Clericis Augustini fuerit, fusius ab eo explicatur (*c. 24. usque ad c. 30.*) Ivo Episcopus Carnotensis insigniter restauravit Canonicos Augustini, non tamen primitus instituit. (*c. 31. 32*) Fuit & S. Thomas Professor ordinis Canonici, (*c. 33.*) & adeo Canonici nostri temporis, qui D. Augustini dicuntur, censeri debent ab eo legitime instituti & ejus veri ac legitimi filii. (*c. 34.*) Propagatus postea fuit ordo Canonicorum variis modis per Cathedrales & Collegiales Ecclesias & varias congregationes. (*c. 35.*) Conveniunt autem Canonici regulares & Monachi, quod utrique tria vota religionis DEO solenniter nuncupent; quod utrisque advocati officio Jure Canonum interdicatur; *cap. ex parte de postulando*, quod prohibeantur leges & medicinam audire, *cap. super specula, ne Clerici & Monachi &c.* quod debeant quolibet mense confiteri, & prima dominica cujuslibet mensis ad sacram synaxin accedere; quod debeant in una domo habitare, mensæ communi assidere, sub eodem tecto dormire.

Augustini institutum.

Ejus Causa.

Vota Canon. August. qualia?

Progressus Canonicorum Regularium.

Iterum de convenientia & differentia Canonic. regularium & Monachorum.

Diffe-

Differunt, quod Monachi nomine non veniat Canonicus regularis in pœnis & odiis; quod Canonici regulares laxiori inserviant regulæ, nec ad ea omnia teneantur, ad quæ Monachi; quod Monachus non possit transire ad Canonicos regulares, Canonicus vero regularis ad Monachos; quod diverso utantur habitu; quod Canonicorum vita circa proximum occupari debeat, non monachorum, quorum est flere & orare. (*c. 36.*) Hæ singulæ differentiæ discutiuntur prolixius & ab objectionibus liberantur, ac adstruitur præeminentia Canonicorum regularium præ monachis. (*c. 37. ad c. 42.*). Finis Canonicorum regularium est cura animarum in parochiis. A parente Augustino munus paroeciale mutuo accepere, quippe qui ante Episcopatum Presbyter Rector animarum civitatis Hipponensis creatus fuerat. Hinc reputare debent, quomodo susceperit Augustinus regimen parœciale; quamque formidandum sit ejus exemplo. (*c. 34. ad 47.*) Primum medium conservandæ sanctitatis in Canonico regulari ab Augustini exemplo desumtum est fuga mulierum, maxime conviventium; secundum, societas commanentium Clericorum seu Canonicorum. Tertium medium pro retinendis in officio paroecialibus Canonicis est revocabilitas, seu, ut vocat, manualitas beneficiorum. Corollarii loco additur, quod Canonicus regularis beneficiarius, non possit testari de suis reditibus, uti secularis beneficiarius. (*c. 48. ad c. 54.*) Liber quartus 18. capitibus constans agit de variis vestibus Clericorum. De colore vestium talarium usitatiore apud antiquos Clericos; de cultu Augustini; de vestis albæ mysteriis; de veste linea extima Canonicorum & Episcoporum ac aliorum Clericorum; de usu vestis lineæ apud Philosophos, Sacerdotes & Judæos, & quomodo apud Clericos christianos invaluerit; de rocheta seu Camisia Romana; de byrris, almutiis, cappa, cucullis monasticis; denique an liceat Canonicis regularibus Prælatis aut beneficiatis uti cultu Clericorum secularium in suis Episcopiis aut beneficiis. Liber quintus capitibus septem tractat de Canonissis? an sint? an differant a monialibus? quæ earum origo, officia, nobilitas? quæ earum antiquitas? quomodo in regulari observantia continendæ? unde Canonissæ seculares? quibus modis earum tentata fuerit reformatio?

Can. reg. eminentia Finis.

Media conserv. sanctit.

Synopsis libri 4. De vestitu Canonicorum.

& 5. de Canonissis.

vinis ascribuntur obsequiis, (438) Ecclesiæ sustententur stipendiis. Et ideo institutum olim fuerat, (b) ut ordinationes eorum, qui sine certo titulo ordinati essent, (b) *c. 1. dist. 70.*

---

tio? Subjungitur Regula Augustini pro Canonicis Regularibus latine & Gallice. T.

III. Cum in multis adhuc locis apud Evangelicos collegia Canonicorum retenta, & iis Ecclesiastici reditus relicti sint, hoc pacto, ut pristinis, apud Pontificios quondam observatis, fungantur officiis; & vel ipsi vel per suos Vicarios horas Canonicas pro fundendis precibus observent, graviter controvertitur, an hoc salva conscientia fieri possit? Negat hoc acriter & bona illa aliis usibus Ecclesiasticis impendenda esse speciali tractatu evincere conatur Gisbert. Voet. in Tract. qui inscribitur *Theologisch Advys over't gebruyck van Kercklycke Gæderen, en een kort Verhael van den Oorspronck, Ordre, Ampt en Staet der Canonicken*, in quo tractatu plures omnium fere religionum Autores pro sua sententia adducit. In contrarium vid. Dn. Martinus Schookius *Tr. de Bon. Ecclesiast.* & in special. *Dissert. de Bonis Pseudo-Sacris th. 13. seq.* Conferantur Judicia varia Theologica, quæ recenset Dedekenn. *in Consil. Theolog. in append. ad Loc. de Minist. Eccles. Sect. 2.* Sc. *p. 288.* *De bonis Canonicorum apud Protestantes.*

IV. Adde Monzambanum *cap. 2. §. 14 p. 245. seq. & ibi notam b.* ubi alios autores huc pertinentes citavi. Item *cap. 8. §. 9. p. 616. seq. notam o & §. 10. p. 702 notam s* T.

(438) Sed enim canonici officia ministerii verbi & Sacramentorum ex suis amplissimis templis ad angustas & humiles parochiarum ædiculas, ubi unus vel duo omnia ministerii officia obire coguntur, rejecerunt, retinuerunt vero ipsi otiosos quidem titulos in ministerii officiis, non tamen inanes titulos, propter pingues præbendas illis annexas. Salse Erasmus *in Encom. Moriæ; Sacerdotes, qui sese vocant seculares, quasi mundo initiati, in regulares onus hoc* (pietatis studium) *devolvunt, regulares in monachos, monachi laxiores* *Canonicorum negligentia.*

ſent, in injuriam ordinantium inanes (439) eſſent. Paulatim tamen benignius agi cœptum. Conſtitutum eſt enim, (c) ut, ſi Epiſcopus aliquem ſine certo titulo, unde vitæ neceſſaria percipiat, ordinaverit, (440) tamdiu ipſe aut ejus ſucceſſor, ordinato neceſſaria ſubmini-

(c) *c. epiſcopus eod. tit.*

---

xiores in arctiores, omnes ſimul in mendicantes, mendicantes in Carthuſienſes, apud quos ſolos ſepulta latet pietas, & adeo latet, ut vix unquam liceat conſpicere. Z.

Periodeuta Clerici & Medici.

(439) Cauſa fuit, ne presbyterorum numerus major, quam uſus requireret, oneri eſſet Eccleſiæ, aut ſi honeſte vivendi ratio non ſuppeteret, hoc ipſo vileſceret presbyterii dignitas. Et hoc ita primum conſtitutum fuit in Concilio Chalcedonenſi. Nihilominus tamen adhuc poſt iſtud Concilium Juſtinianus Imp. meminit periodeutarum, *l. 42. C. de Epiſc. & Cler.* quos ita dictos ait Zonaros, *διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς, μὴ ἔχοντας καθέδραν οἰκείαν.* Erant ſcil. *περιοδευταὶ* in Eccleſia, circuitores, ſive viſitatores, qui veluti Epiſcopatorum vicarii regiones civitatibus ſubjectas viſitabant, ac circumibant, nullamque propriam ſedem habebant. Quemadmodum & medici *περιοδευταὶ* dicuntur, *l. 6. §. 1. ff. de excuſat. tutor.* qui circumeunt urbem cauſa ſanitatis hominibus reddendæ. Chriſtoph. Juſtell. *ad Cod. can. Eccleſ. univerſ. p. 216.* Z.

Clerici ſine titulo.

(400) Agit ea de re etiam Sarpius de beneficiis §. *13. & 14.* in hunc ſenſum. Cum viderent Epiſcopi homines, qui ipſis in adminiſtratione ſacrorum uſui eſſe poſſent; etiam beneficio nullo vacante, ne alio abirent, ordinabant interim illos ſine titulo & officio aut beneficio, donec beneficium aliquod vacaret. Hi vero Clerici ſine titulo aſſiſtebant beneficiatis, qui ipſis dabant munuſcula, unde vivere poſſent. Verum ſucceſſu temporis cum numerus ejuſmodi Clericorum ſine titulo ordinatorum valde augeretur, & charitas beneficiatorum erga eos ceſſaret, ob multas inde ortas confuſiones & ſcandala, legibus conſtitutum fuit, ut Epiſcopus, qui Clericos ſine titulo

miniſtret,(441) donec ei in aliqua Eccleſia convenientia clericalis militiæ ſtipendia aſſignentur.

Mandatum ſuſcipiens de ordinibus conferendis certis perſonis, non tenetur eisdem providere de beneficio, ſed mandans: ſecus, ſi ſit mandatum generale, vel ordinandi licentiam concedens.

§. 3. Quod ſi Epiſcopus (*d*) mandato alterius in aliena diœceſi ordines celebret, diſtinguendum eſt, an de

(*d*) *c. ſi episcopus eod. tit. in 6.*

tulo ordinaverat, alimenta iis præſtaret *cap. 4. de præbendis.* Sed abuſus iſte ejusmodi decretis tolli non potuit, quin iterum iterumque reviviſceret, idque potiſſimum ob duas rationes, partim ob multitudinem eorum, qui Clericorum numero adſcribi deſiderarent, ut immunitatibus Eccleſiaſticis & exemtione è jurisdictione Laicorum gauderent, partim ob ambitionem Epiſcoporum, plurimis Clericis imperare volentium. Neque hodienum iſte abuſus penitus extinctus eſt, ſed in plurimis regnis adhuc regnat, atque in cauſa eſt, ut populus reverentiam religioni debitam perdat. Neque ipſæ dignitates Epiſcopales ab hoc abuſu immunes manſere, cum multi Epiſcopi tales titulares eligerentur, qui per ironiam Nullatenentes vocarentur. Sed eorum tamen melior aliquo modo erat conditio, quam Clericorum inferioris ordinis ſine titulo ordinatorum. Hi enim beneficii nec titulum, nec rem habebant, at Epiſcopi nunquam ſine diœceſi ordinati ſunt, ſed ad minimum urbs aliqua ipſis aſſignabatur in partibus infidelium. Sed cum tamen hi titulum ſine re haberent, cogebantur ſervire diviti cuidam Prælato, qui vel non poterat, vel nolebat ipſe exercere functionem Epiſcopalem. Ante Concilium Tridentinum tamen major erat numerus talium Epiſcoporum, poſt illud vero eſt valde diminutus. T. *Epiſcopi titulares.*

(441) Sed unde? non certe ex bonis propriis, quorſum enim obligaretur ſucceſſor? Ergo intelligitur id fieri debere ex bonis Eccleſiæ. *Inſufficientia Juris Canonici.*

de certis perſonis mandatum ſuſceperit, an generale & expreſſo nomine. Primo enim caſu (442) mandans, ſecundo mandatum ſuſcipiens, inopi ordinato vitæ tenebitur neceſſaria miniſtrare: eis autem quibus a diœceſano datur licentia, ut à quo voluerit Epiſcopo, ad ſacros ordines promoveri poſſint, ad præmiſſa non qui ordinant, ſed qui licentiam tradunt, obligantur: niſi (e) tamen ordinatus de paterna hæreditate vitæ poſſit habere ſubſidium. (443)

(e) *can. Episcopus in fine eod. tit.*

Præbendæ conceduntur per collationem, & per inſtitutionem & ſingulis rebus ſingula ſunt imponenda nomina.

§. 4. Conceduntur autem præbendæ, vel beneficia duobus modis: per collationem, (444) & per inſti-

cleſiæ. Atqui damnum & dedecus Eccleſiæ inde emergens ſuo jam ſeculo animadvertit & acerbe notavit Juſtinianus *Novell. 3.* Z.

ad §. 3.

Ratio. (442) Quia tum culpa eſt penes ipſum mandantem; altero autem caſu penes mandatarium, qui mandatum indefinite acceptum interpretari debuiſſet de ordinandis iis, qui jam titulum habent. Z.

Notatur M. A. de Dominis. (443) Prolixus eſt Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccleſ. l. 9. c. 1.* in probatione thematis, Eccleſiaſticos, ſi voluiſſent bonis Eccleſiæ ſuſtentari, debuiſſe cedere ſuis, aut ſi voluiſſent propria retinere, omnino ſolitos fuiſſe ab Eccleſiaſticis bonis abſtinere. Ego, quid factum olim fuerit, ſuo loco relinquo; non arbitror tamen regulam hinc conſtruendam eſſe, clericum renunciare debere bonis ſuis patrimonialibus, aut ſi ea retinere velit, abſtinere debere bonis Eccleſiaſticis. Z.

ad §. 4.

Preces primariæ Imperatoris. (444) I. Ad collationem pertinet jus Imperatoris, quo integra eſt Cæſari in Eccleſiis primi vacantis beneficii conferendi poteſtas

ſtitutionem. Collatio (*f*) eſt libera quædam præbendæ conceſſio. Inſtitutio eſt præbendalis juris ad præſentationem patroni facta translatio: quæ licet & ipſa collatio poſſit appellari, commodius tamen eſt in præſenti ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui. (*f*) *c.* 1. *de reg. jur. in* 6.

DE COLLATIONIBVS.

TITVLVS XXVII.

Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, & ordinarium collatorem facit lex vel conſuetudo.

§. I.

Conferuntur (445) autem præbendæ, vel beneficia aut ab ordinario, aut ex mandato legati ſedis

ſtas. Primarias id vocant preces, quod conſuetudo eſſet Imperatorum, ut hilariter & prompte beneficia ſeu Eccleſias primo petentibus conferrent, ut ait Abbas Urſperg. *in vit. Otton. IV.* Atque id Imperatoribus ex privilegio & indultu Pontificis competere perperam contendunt Pontificii, cum potius in provinciis iis, in quibus jus religionis habent, Jure ſummi competat imperii. Z.

II. In diſſertatione *de cautelis circa naturam precum juridicarum* § *penult. & ult.* ad oculum oſtendi, quanta hodienum regnet confuſio in doctrina de primariis precibus, atque ſimul viam oſtendi evadendi iſtas maximas difficultates. Si doctrina iſta pertineret ad jus Canonicum, facile oſtendi poſſet, quod preces illæ primariæ non ſint antiquiores interregno illo diuturno poſt Fridericum II. & quod Abbas Urſpergenſis, ad quem provocat Zieglerus, nequaquam loquatur de precibus primariis. T.

TIT. XXVII.

ad §. I.

(445) Collatoris & Collationis nomen inſolitum eſſe in veteri Eccle- *Collationum origo.*

dis Apostolicæ, aut Pontificio rescripto Ordinarius collator is est, quem aut consuetudo approbavit, aut ju.

Ecclesia, & per mille a Christo nato annos atque ultra prorsus inauditum, ostendit Marcus Anton. de Dominis *l. 9. de rep. Eccles. c. 8.* Et certe cum antiquitus nec præbendæ nec beneficia eo modo, quo nunc ubique prostant, sese habuerint, uti *ad tit. anteced.* diximus, sine dubio etiam collationem eorum novum quid esse consequitur. Ordinati fuerunt Ecclesiæ ministri & deputati ad certum certæ Ecclesiæ officium, atque deinceps ex bonis Ecclesiasticis sustentabantur, beneficia autem talia, tamque opima tum nondum habebant. Adscribere hic lubet verba Petri de Marca *ex lib. 3. cap. 6. de concord. sacerd. & imp. num. 4.* postquam quæstionem formasset, qua ratione effectum sit, ut Jus Canonicum in tantam molem excreverit, inter alia sic scribit: *Ex alio deinde capite nova Ecclesiasticæ Politiæ facies oborta est, scilicet ex beneficiorum ab ordinationibus discretione. Antiquo jure, quod canone Concilii Chalcedonensis probatum erat, nullus ad Clerum adsciscebatur, quin ad certam Ecclesiam sub Episcopi, Presbyteri, Diaconi & cæterorum ordinum gradu adscriberetur, adeo ut manus impositionem sequeretur adscriptio in canonem seu laterculum & matriculam Ecclesiæ. Hoc obtinet adhuc in Episcopis, sed in cæteris gradibus ordinationes ἀπολελυμένως & absolute fiunt, & absque titulo Ecclesiæ, contra præscriptum Concilii Chalcedonensis. Constitutum quidem fuit in Concilio Lateranensi, ne Clerici ordinarentur absque titulo saltem patrimonii, scilicet, ne in opprobrium Cleri mendicare cogerentur: sed hoc Decreto non est restituta vetus disciplina, quæ Clericos per manuum impositionem suis Ecclesiis addicebat. Separatio ista & discretio ordinationis ab Ecclesiæ seu beneficii collatione & pinguissimorum redituum copia, novas in jus Canonicum regulas invexit antiquo juri prorsus incognitas, de beneficiis acquirendis, conservandis & amittendis, quæ fere utramque paginam novi juris faciunt.* Z.

Juris designavit authoritas: ut, Episcopus, Capitulum. (446)

Si Episcopus & capitulum habeant potestatem conferendi conjunctam, non potest unus sine altero, nisi in uno subsit impedimentum, conferre: & si Episcopus possit conferre, tamen de consilio capituli, etiam quod sit impeditus, capitulum non potest se in collatione intromittere, nisi Episcopus sit negligens in removendo impedimentum: & mortuo vel absente eo, cujus consilio interveniente est conferendum, non est ob id differenda collatio.

§. 2. Quam conferendi potestatem Episcopus & capitulum interdum habent communiter, interdum disjunctim: si communiter, (*a*) alter sine altero illam exercere non poterit, nisi vel mortis, vel suspensionis, vel majoris excommunicationis impedimentum in altero adesse contigerit. (447) Cum (*b*) vero ad solum Episcopum cum consilio sui capituli, vel assensu, præbendarum spectat collatio, eo de-

(a) can. 1. in prin. ne sede vac. in 6.

(b) d. can. 1. §. cum vero.

(446) De Episcopo dubium non est, quippe qui ordinat, & ad officium sive ministerium Ecclesiasticum ex antiquissima consuetudine deputat. Deputatio autem talem collationem includit. Unde qui potest ordinare, potest etiam beneficium conferre. De capitulo autem non frustra quis dubitaverit, eo quod potestas ordinandi ei non competat. Nec igitur quenquam poterit in Cleri Canonici numerum recipere, quod tamen hodie plerumque etiam invito quandoque Episcopo fieri solet. Quæ res unde ortum traxerit, vid. Marc. Anton. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 9. c. 8. n. 12.* Z. *In specie intuitu capituli.*

ad §. 2.

(447) Tum enim locum habet jus quoddam accrescendi, idque ideo, ne ministeria Ecclesiastica diutius vacent. Neque tum, qui in- *Ratio.*

defuncto, vel suspenso, nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis sit in mora, capitulum se non potest intromittere. (448) Ubi vero (*c*) collatio ad aliquem cum consilio Episcopi pertinet, si quid illi (449) humanitus contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficii collatio differenda. Idem juris est Episcopo adeo in remotis agente, ut brevi non possit illius haberi præsentia: quia in petendi, vel expectandi mora vacanti beneficio posset imminere periculum.

(*c*) *d. can. 1. §. ubi vero.*

Si Ecclesia steterit vacans per sex menses, ad capitulum beneficium devolvitur.

§. 3. Eadem ratione, ubi ad solum Episcopum spectat collatio, si per sex (450) menses (*d*) conferre distule-

(*d*) *c. 2. in fin. de conceß. præbend.*

---

inhabilis est, contradicere poterit, cum salus Ecclesiæ prævalere debeat, & supremam hic legem faciat. Z.

Differentia inter potentiam & potestatem.

(448) Qui enim tantum ad consilia admittitur, *δύναμιν* quidem habet eligendi idoneum, cui beneficium conferri possit, non tamen habet *ἐξουσίαν* conferendi. Sic enim etiam in legibus ferendis alius habere potest *δύναμιν* sive potentiam, alius *ἐξουσίαν* sive potestatem. Potentiam Vir prudens & legum formandarum peritus, potestatem ille, qui habet *τὸ κύριον*. Vir prudens igitur consiliis adhibetur, & legem etiam componit aut scribit, sed eam non fert aut proponit. Et sic etiam capitulum consilium dat, beneficium autem ipsum conferre nequit. Nisi, quod additur, Episcopus in mora sit, tum enim *ἐξουσία* Episcopo competens conceditur capitulo. Z.

(449) Scil. Episcopo, quia tunc consilium ab eo peti nequit, ut habet *c. un. ne. sed. vac. in 6.* Z.

ad §. 3.

Differentia juris vet. & novi.

(450) Antiquæ patrum sanctiones ultra tres menses Ecclesiam vacare prohibuerunt *c. obeuntibus 35. dist. 63.* ne scil. Ecclesia pasto-

ſtulerit, ad capitulum devolvitur. (451) Ex contrario, ſi ad ſolum capitulum pertinuerit, & infra præſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus cum religioſorum virorum (452) conſilio exequetur: quod ſi omnes forte neglexerint, Metropolitanus absque contradictione diſponet.

Regularibus prælatis non conferentibus intra ſex menſes, fit devolutio ad ordinarium.

§. 4. Idem ſtatuitur (*dd*) in regularibus prælatis: ſi enim quævis beneficia ad illorum diſpoſitionem ſpectantia intra conſtitutum tempus conferre negligant, locorum diœceſani in non exemptis (453) propria, (454) in exemptis vero Apoſtolica (455) authorita- *(dd) c. un. de ſuppl. negl. præl. in Clem. c. ſicut nobis ext. eod. tit.*

---

paſtore viduata diutius patiatur. Canonicorum tamen hodiernorum vacantes dignitates ut certo tempore præciſe ſuppleantur, nulla forte ratio ſuadet, cum Eccleſiæ nihil interſit, ſive abſint ſive adſint inertia ejusmodi terræ pondera. Z.

(451) Devolutiones iſtæ non ſunt reprehendendæ, præſertim ſi propter nimiam & ſupinam negligentiam collatoris ordinarii res protrahatur. Z. *Devolutionum utilitas.*

(452) Per viros religioſos Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccleſ. l. 3. c. 3. n. 46.* non in his quidem verbis autoris, qui ſine dubio ejus non fuit ſententiæ, ſed in canone, unde autor iſta depromſit, intelligit laicos pios & prudentes, quod Monachi eo tempore nondum vocati fuerint religioſi, neque excluſi antiquitus fuerint Laici ab electionibus miniſtrorum Eccleſiæ. Z. *Religioſi viri qui?*

ad §. 4.

(453) De exemtione Abbatum dixi ſupra *ad tit. 9. §. abbas. Z.* *Remiſſio.*

(454) Cur vero hic non, uti in cathedralibus Eccleſiis defectus Epiſcopi ſuppletur per capitulum, ita etiam in conventualibus defe- *Cur Conventuales non idem jus ha-*

ritate eorundem negligentiam juxta præſcriptum in Viennenſi conſilio modum ſupplebunt.

Tempus devolutionis currit ſolum non impeditis, & à die notitiæ.

§. 5. Tempus autem ſex menſium, (*e*) nec currit legitime impeditis, (456) & à die notitiæ, non à tempore vacationis erit computandum.

(*e*) *c. quia diverſ. de conc. præb. c. licet de ſuppl. negl. præl.*

De-

---

beant, quod capitulum habet? defectus prælati ſuppletur per conventum? Reſpondet Joh. Bapt. Vivianus *in ration. ad c. un. de ſuppl. negl. præl. in Clem.* quia non eſt tanta conjunctio inter cæteros prælatos & eorum conventus, quanta eſt inter Epiſcopum & ſuum capitulum. Ego vero non minorem, imo forte majorem exiſtimo eſſe conjunctionem Abbatis & monachorum, quam eſt Epiſcopi & capituli, ſi quidem ex conjunctione res decidenda fuerit. Monachi enim totam ſuam voluntatem prælato ſuo communicant, & quaſi in ſervitutem addicuntur, quod de capitulo dici nequit. Ratio igitur potius ex defectu & privatione voluntatis, quam ex conjunctione petenda eſſet, dum ſaltem reſignatio iſta voluntatis ſuperſtitione & prava ἐθελοθρησκεία non eſſet infecta. Z.

Cur non autoritate Epiſcopali? (455) Hoc eſt pontificia, ne, ſi Epiſcopali fieret autoritate, quam regulariter Epiſcopus haberet, exemptionis privilegia violentur. Difficile enim eſt, vel tantillum reſtituere de re, quæ inconſulto ablata eſt. Sed enim & Eccleſiæ & Reip. utilius eſſet, ſi exemptiones iſtæ revocarentur, & ordinaria Epiſcoporum reſtitueretur jurisdictio. Vid. Principum German. *gravam. XIII.* Z.

ad §. 5.

Ratio. (456) Quia enim negligentia punienda eſt, non poteſt negligens dici, qui impeditur aut qui ignorat. In omni enim præſcriptione, quæ ex negligentia alicujus inducitur, neceſſe eſt, ut initio po-

Devolutio non habet locum in Ecclesia non numerata, vel quando dignitas est suppressa.

§. 6. Hæc, *(ee)* autem demum obtinent, si in Ecclesia erat distinctio præbendarum,(457) & certus Canonicorum numerus. Cæterum, si neque distinctæ præbendæ, nec certus sit Canonicorum numerus, Lateranensi concilio de beneficiis ultra sex menses vacantibus locus non erit. Idem etiam obtinet, si per capitulum vacans dignitas legitime fuerit sublata.(458) *(ee) c. ex parte de concess. præb.*

Sede

ponantur ea, quæ negligentiam inducunt. Ignoranti autem & legitime impedito, nulla negligentia imputari debet, & per consequens non currit ei præscriptio: quare ubi nulla est negligentia, ibi præscriptio initium sumere nequit. Andr. Gail. *l. 2. obs. 105. n. 5. 6.* Z.

ad §. 6.

(457) Igitur non tam periculum Ecclesiæ dignitatem vacantem restitui jubet, quam ne præbenda sine Canonico maneat, adeoque non tam Canonici officium, quam lucrum attenditur. Disquiri autem hic posset, utrum incertus iste Canonicorum, sive (ut in principia sua rem resolvamus) ministrorum Ecclesiæ numerus tolerari debeat? Quia enim in avaritiam proclives sunt animi hominum, & hinc ex paucitate sua opimiores reditus sperare possunt Canonici, facile hinc fiet, ut vacantia ministeria supplere illi omnino desinant, & sic tandem Ecclesia ministeriis suis destituatur. Id quidem certum est in Ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, non posse dari vacationem alicujus præbendæ, quam rationem constitutionis hujus reddit Vivianus *ad c. 10. X. de concess. præb.* sed id vicissim negari nequit, dari tum vacationem ministerii, quod ante hac a pluribus, nunc a paucioribus sustinetur. Sed uti jam sæpe dixi, Canonistæ ministerium præbendæ applicant, non præbendam ministerio; perverso plane modo, & contra instituta majorum. Z. *Arcanum avaritia Capalis.*

(458) Fieri id potest, sicubi cedat in emolumentum Ecclesiæ, *Legitima*

 quem- *sublatio.*

Sede vacante capitulum non fungitur vice Episcopi in conferendo: & cessante causa, cessat & effectus

§. 7. Licet autem ob negligentiam Episcopi, conferendi potestas ad capitulum devolvatur, sede tamen vacante (*f*) in collationibus præbendarum Episcopi vice non fungitur: (459) cum eo casu nullius superioris possit argui negligentia.

(*f*) *c. 2. ne sede vacante.*

Circa collationem factam post devolutionem, dispensari potest.

§. 8. Is (*g*) quoque, qui nimium cessando conferendi jus amiserit, si post jus collationis devolutum, nihilominus viris idoneis de beneficio providere voluerit, (460) quanquam ob temporis lapsum collatio mero

(*g*) *c. literas de supplend. negl. prælat.*

quemadmodum & Justinianus Imp. in Ecclesia Constantinopolitana numerum Clericorum imminuit. *Novell. 3.* Z.

ad §. 7.

Objectio.

(459) Quippini? Sufficit enim collegium presbyterorum potestatem habere universalem circa regimen suæ Ecclesiæ, deficiente Episcopo. Conferre igitur etiam poterit beneficia, h. e. personas eligere & deputare ad munus Ecclesiasticum, & facere, ut more Ecclesiastico ordinentur a Metropolitano vel vicino Episcopo. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 9. c. 8. n. 12.* Cæterum, quid & quantum possit capitulum sede vacante, vid. Gail. *l. 1. obs. 30.* Joh. Aloys. Ricc. *decis. 880.* Z.

ad §. 8.

Nova objectio.

(460) Hoc non dicitur in textu, ex quo hic paragraphus desumptus est, *c. literas 4. extr. de suppl. negl. præl.* Sed præsupponitur ibi jam collatio facta, non obstante, quod jus conferendi amissum fuerit, & ambigitur hinc, utrum collatio illa teneat. Et respondet Pontifex, tolerari debere istam collationem, dum ea tantum ido-

mero jure non teneat, ex dispensatione tamen & benignitate tolerari poterit.

Legati missi, vel nati vigore suæ legationis, non conferunt nisi sibi specialiter concedatur: secus est in legatis de latere, qui conferunt, & sine mandato speciali, etiam invito patrono Ecclesiastico.

§. 9. Ex (*b*) legationis quoque munere conferendi competit facultas, quod tamen non indistincte obtinet, nam sive missi fuerint, (461) sive suarum prætextu

(*b*) *c. 1. de off. legati in 6.*

idoneis facta fuerit. Ratio est, quia facta multa tenent, quæ a principio fieri prohibentur. Non ergo ibi agitur de casu, quando quis jure suo privatus adhuc conferre vult de futuro, quanquam non negem, posse etiam tunc superiorem jure ad se devoluto non uti, & permittere, ut inferior, qui jure summo non posset, Ecclesiæ adhuc provideat. Z.

ad §. 9.

Legatorum Apostolicorum differentia.

(461) Nemo legatorum suorum classes tam accurate distinguit, quam Pontifex Romanus. Alios vocat legatos a latere, alios legatos natos, alios vero nuncios apostolicos, qui ipsi hoc loco missi dicuntur. Legati a latere non alii sunt, quam Cardinales, quos ex Urbe & Curia Rom. mittit vel ad certam provinciam administrandam, vel ad negocia cum Regibus, Principibus aut cum aliqua rep. tractanda. Non tamen omnes illi, qui ad reges & principes mittuntur, tales sunt; aliqui enim dicuntur legati de latere, alii cum potestate legati de latere, alii simpliciter legati. Legati nati appellantur antistites, qui ratione Ecclesiarum, quibus præsunt, legati apostolici munus & officium habent, & ideo nati dicuntur, quia statim ut Ecclesiis suis præficiuntur præsules, id muneris & officii nanciscuntur. Imo vero hæreditaria quandoque fuisse videtur dignitas legati nati. Sic quidam per Rogerium Siciliæ comitem atque ejus heredes legatos a latere constitutos,

textu Ecclesiarum aliqui legationis sibi vendicant authoritatem, ex ipsa legatione nullam habent conferendi potestatem, nisi hoc alicui specialiter indultum fuerit. His autem, quos Romani Pontificis latus & comitatus illustrat, legatione fungentibus sine speciali concessione, etiam Ecclesiastico patrono invito, (462) conferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogativa lætantur, sic eos authoritate fungi congruit ampliori.

Legatus de latere non confert cathedrales Ecclesias, nec regulares, nec dignitates post Pontificalem majores, nec

---

omnes Reges Siciliæ Legatos natos sedis apostolicæ esse contendunt. Vid. Baron. *ad ann. 1097.* quod jus Hadrianus Pontifex a Wilhelmo Siciliæ Rege Beneventi obsessus confirmare coactus fuit. Baronius *ad ann. 1156.* Nuncii denique Apostolici communi vocabulo dicuntur, qui Cardinales non sunt, sed antistites missi a Pontifice, tanquam legati. Solis igitur legatis a latere potestatem conferendi largitur jus Pontificium. Id obiter addo, in Gallia adstricte admodum haberi legatos Pontificios, & ante abitum suum edere teneri non regesta tantum seu acta eorum, quæ tempore legationis gesserunt, sed ipsum etiam sigillum. Vid. Joh. Papon. *lib. 1. tit. 5. arest. 6. & 7.* qui & porro *arest. 30.* refert decretum curiæ, uti sese Nuncius Papalis in persona sisteret, eo quod sibi electionem custodis Franciscanorum vindicasset. Quin nec ab initio quidem Legatus apostolicus legationis suæ munus expedire potest, nisi consensu Regis, & si quid ab illo tentatum fuerit adversus canones & vetustam consuetudinem, infringi id intercessione Regia solet, notante Petro de Marca *de concord. sacerdot. & imp. l. 6. c. 31.* Z.

Objectio. (462) At de hoc conqueruntur principes Germaniæ in Comitiis Norimbergensibus *gravam. 97.* idque aboleri volunt. Z.

(463)

nec potest eodem tempore in eadem Ecclesia plures reservationes facere.

§. 10. Sed tamen nec cathedrales, (*i*) nec regulares, aut collegiatas, (463) Ecclesias, nec Ecclesiarum cathedralium dignitates ad quas per electionem promoti primum post Episcopum obtinent locum, veluti Archidiaconatum, suæ dispensationi, aut provisioni reservare (464) possunt. Nec plures beneficiorum reservatio-

(i) c. deliberatione de off. legati in 6.

ad §. 10.

(463) De distinctione hac Ecclesiarum dicam infra *lib. 2. tit. 18. §. constituuntur.* Z. *Remissio.*

(464) De reservationibus tum ipsius Pontificis Romani, tum legatorum ejus, diu est, quod querelas instituit & fibulam injicere exoptavit Ecclesia. De avisamentis Constantiensibus, uti vulgo vocantur, jam nihil dicam, cum per ea nihil omnino impetraverit Natio Germanica. Avisamenta autem Moguntina, quæ Principes Germaniæ Moguntiæ coacti quatuor annis ante, quam concilium Basileense coiret, conscripserunt, feliciorem habuerunt exitum. Constituunt in iis Principes exorandum Pontificem, ut in singulare privilegium relevamen gravaminum concedat. Ecce privilegium petunt adversus id, quod Pontifices sibi præter omne jus fasque usurpaverant. Inter gravamina primum ita se habet: *Inprimis Pontifex annullet & irritet omnes & singulas reservationes tam generales, quam speciales, sive particulares Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, Monasteriorum, dignitatum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, quibus pro electione provideri consuevit, sive per extravagantes, &c.* Successit ea res ex voto in concilio Basileensi, cujus autoritatem, præsertim in iis, quæ beneficia Ecclesiastica concernunt, Pontificii reprobare semper non audent. Vid. Bellarm. *l. 1. de concil. c. 7.* In isto concilio publicato decreto abro-

Injustitia reservationum.

 gatæ

(ii) *c. præsenti §. cæterum de offic. leg. in 6.*

vationes (*ii*) (465) eodem tempore, in eadem cathedrali, vel collegiata Ecclesia, vel ad ejusdem collationem pertinentium faciet.

Re-

gatæ sunt reservationes, & Eugenius IV. Papa *quod electionibus obsisteret, reservationibus contrariis utendo* (sunt verba concilii) graviter increpitus & tandem, cum judicium concilii nullatenus admitteret, in eodem damnatus est. Sed Germania, seu id factum Æneæ Sylvii artibus, sive culpa Friderici III. Imperatoris, quod graviter conqueritur Carolus Molinæus, tam optata occasione excutiendi jugum Pontificium usa non est. Gallicana autem Ecclesia melius sibi consuiens edita pragmatica sanctione decretis Basileensis Concilii magno cum emolumento robur addidit. Vid. Petrus de Marca *de concord. sacerdot. & imp. l. 6. cap. 9.* Et ex hoc fundamento a Curiis supremis provisiones, dispensationes, & alia privilegia Papæ adversus jus tributa annullantur, & via appellationum tanquam ab abusu ad jus commune reducuntur. Vid. Joh. Papon. *lib. 19. tit. 2. arest. 3.* Quæ alias decreta facta fuerint, de non transferendis Romam pecuniis, refert idem Paponius *l. 1. tit. 5. arest. 28.* Addantur M. A. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 9. c. 8. n. 28.* Franc. Duaren. *de sacr. Eccles. minister. l. 5. c. 11.* Joh. Hoornbek *ad bull. Innocent X pag. 220.* Fatentur autem ipsimet Canonistæ, reservationes esse odiosas duobus ex capitibus, & quia per eas datur via ad vacatura, & quia præjudicant ordinariæ potestati. Z.

Earum origo paulo altius repetita.

(465) Distinctius originem & iniquitates reservationum exponit Sarpius §. *30. 177. seqq.* Nimirum cum Papa Regibus & Principibus aufferret jus investiendi Episcopos, Episcopi Papæ assistentes tum non sentiebant, quid damni inde ad ipsos esset redundaturum. Hactenus enim Papa saltem contulerat beneficia in Diœcesi Romana, neque se immiscuerat collationi in Diœcesibus aliis, nisi in hoc solo casu, si Prælatus quispiam alterius diœceseos Romæ moreretur, & in ejus consortio esset alius dignus ejusdem nationis. Nam tum

Papa

Reservationes legatorum expirant finita legatione.

§. 11. Illæ quoque,(*k*) quas jure fecerint, dummodo ad beneficiorum jam vacantium collationem non sit

(*k*) *d. c. præsenti.*

Papa statim nominabat hunc in locum defuncti, eumque cum literis dolorem contestantibus super morte defuncti & simul consolatoriis propter successorem, mittebat in suum locum. Capitulum autem & Monasterium voluntati huic Papali sine murmure tum acquiescebat, partim quod id rarius contingeret, partim quod id considerarent tanquam singularem favorem Papæ, partim quod nullam causam viderent repudiandi hominem suæ nationis, meritis pollentem. Interea totus ordo clericalis valde se credebat esse obstrictum sedi Papali, quod multis curis & cruentis bellis sibi solis vindicasset dispositionem solitariam de beneficiis, excluso populo & principe, adeoque omnem quærebat occasionem Papam sibi devinciendi. Papæ hæc sentientes commendabant ipsis sæpius, ut antea fecerant Imperatores, quosdam Clericos ad collationem præbendarum. Quamvis autem statim ab initio Reges & Principes sentiebant artes latentes Pontificum, introducentium homines exteros & peregrinos in ipsorum territoria, Clerus tamen saltem de exclusione Principum à collationibus sollicitus, istas commendationes admittebat, non timens, ut unquam ulla alia potestas, ipsis collationem esset ablatura. Cum autem aula Romana Pontificis lucrum ingens ex donariis eorum, qui Bullas ejusmodi Papales impetraverant, perciperet, commendationes illæ quotidie multiplicabantur, ut tandem Episcopi ordinarii collationibus suis tantum non penitus privarentur, atque adeo subinde commendationes istas Papales non amplius attenderent. Contra Pontifices ab eo tempore commendationibus jungebant jussiones, quibus ab initio obedientiam præstabant Episcopi, mox sæpius reiteratas iterum negligebant, conferentes beneficia iis, qui ipsis digniores viderentur. Ergo Pontifices commendationibus & mandatis adde-

ſit proceſſum eo ipſo, quod illorum finitur legatio, peni-

addebant nominationes executorum, qui beneficia commendatis conferrent, & Epiſcopos contumaces coercerent. Conquerebantur itaque & Principes & integræ, Epiſcoporum potiſſimum, nationes conquerebantur partim, quod Pontifices ipſis jus conferendi auferrent, partim quod iſtis commendationibus replerentur provinciæ exteris, ſæpe linguam gentis apud quam beneficia accipiebant non intelligentibus, nec aptis ad eam addiſcendam. Abuſibus iſtis auctis ſimulabant equidem Pontifices, quod eos abrogare vellent, prohibentes, ne quis beneficia, inprimis curata poſſideret in regionibus, quarum linguas non intelligerent, revera autem augebant abuſus, addita clauſula, quod ſibi poteſtatem diſpenſandi RESERVARENT, nam hoc pacto impetrantes ſaltem cogebantur majores impenſas facere ad diſpenſationes impetrandas, ac diſpenſationes ipſæ toties frequentabantur, ut prohibitio illa nihil prodeſſet Regibus & Epiſcopis. Atque hoc eſt primum genus reſervationum. Secundum & ejus originem deſcribit idem Sarpius §. *37. p. 247.* Perſuadere volebant Pontifices & potiſſimum Clementes quartus & quintus, quaſi Papa poſſet in collatione omnium beneficiorum concurrere cum Collatoribus ordinariis eosque prævenire. Sed iſta prætenſio non adeo magnam utilitatem afferebat autoritati & ærario Papali, niſi in regionibus Romæ valde vicinis, ut Curia Papalis de vacatione beneficiorum cito poſſit certior fieri, in remotioribus vero Ordinarii illam concurrentiam Papæ aut præventionem ſæpe eludebant, collatis mox beneficiis vacantibus in eos, qui ipſis placerent, antequam Papa de vacante beneficio quicquam ſciret. Ergo cogitabant Pontifices de remedio RESERVATORUM id eſt declarationum, antequam beneficia vacent, ut nemo ea in caſu vacantiæ deberet conferre ſub pœna nullitatis. Cum vero hoc, notante Gloſſa, valde odioſum eſſet, pedetentim id introductum fuit. RESERVATIO Abſoluta omnium beneficiorum vacantium in curia a Clemente IV. publicata *c. 2. de præ-*

Secundum genus reſervationum & earum origo.

penitus evanescent, nec executores dati amplius ea con-

præbend. in 6. (de qua vide Sarpium §. *35. p. 228. seq.*) cum paulo durior videretur, Gregorius X. *cap. Execrabilis de Præbend. in Extravag.* eam limitavit ad mensem unum, quo elapso permisit Collatoribus ordinariis provisiones consuetas. Clemens V. Gregorii successor *cap. 3. eod. tit. in Extravag.* addidit RESERVATA beneficiorum Ecclesiæ Burdigalensis & Monasterii Sanctæ Crucis Burdegalensis &c. Benedictus XII. Papa anno 1334 beneficia vacantia in Curia & alia plurima sibi RESERVABAT saltem quamdiu viveret, sic decipiens collatores ordinarios, ut huic reservato non valde resisterent, putantes, morte Pontificis id expiraturum esse. Sed successor Benedicti Clemens VI. mox illa reservata repetebat. Vid. Sarpium §. *38. p. 261. seq.* Tandem post Concilium Basileense Julius II. & Leo X. introducebant RESERVATIONES mentales seu in pectore, quæ ad notitiam nullius perveniebant, donec Ordinarius conferens beneficium, vel alius a Datario cognosceret, quod Papa illius collationem sibi mentaliter reservasset, fraude palpabili, quæ tamen per aliquot annos effectu non destituebatur, mox autem cessaret, cum Aula Pontificia sentiret quotidianas contradictiones & oppositiones Collatorum ordinariorum. Sarpius §. *44. p. 293.* Qui etiam *in historia Concilii Tridentini lib. 8.* notat, Johannem Suaresium Episcopum Coimbricensem in Lusitania, in dicto Concilio istas reservationes vocasse rapinas, atque putasse, utilius esse, ut Papæ Collationes omnium beneficiorum relinquerentur, quam, ut eiusmodi cogitationes non communicatæ nec declaratæ effectum haberent, de quibus justa esset suspicio, eas Papæ non antea venisse in mentem, quam post vacationem existentem. De controversiis Papæ in Anglia, Germania, & per Concilium Basileense intuitu horum reservatorum motis vide eundem Sarpium. *§. 38. 39 & 43.* T.

Tertium genus reservationum mentalium.

Controversia Papæ de his omnibus mota.

conferre poterunt. (466)

Taciturnitas habiti beneficii invalidat provisionem legati non ordinarii.

(kk) c. fin. de off. leg. in 6.

§. 12. Sed (*kk*) nec aliter beneficium obtinenti (467) ab Apostolicæ sedis legato facta collatio valebit, quam si de eo, quod tunc provisus obtinet, mentio facta

ad §. 11.

Ratio & Responsio ad objectionem.

(466) Quia finita legatione omnis finitur potestas ex legatione competens. Ægid. Bellemer. *conclus. 542.* Nec dicere poteris, morte non finiri mandatum, si res non sit integra *l. 17. §. ejus ff. de institor. act. l. 8. C. de O. & A. l. 27. §. morte ff. mandat.* morti autem optime comparari posse finem & interitum legationis, tum quia res nondum desiit esse integra, (præsupponitur namque ad beneficiorum jam vacantium collationem nondum esse processum) tum quia tota ea res, quæ in se odiosa est, ex ipsa qualitate legationis pendet. Dempta igitur ea, nihil restat, cui inniti possit executio. Z.

ad §. 12.

Contra beneficiorum pluralitatem.

(467) Regulariter nemo duo beneficia obtinere potest, eo quod impossibile sit, ut utrobique quis inservire possit. Nec proinde licet possidere unum beneficium & unam Vicariam, maxime perpetuam, nec duos vicariatus *c. 1. X. de offic. Vicar.* Duabus enim Ecclesiis nemo commode inservire potest, & dum utramque curare properat, neutri fidem reddere valebit. Petr. Gregor. *de benefic. c. 7. n. 1.* Dispensatio vero, quæ bono ordini plerumque adversa est, impossibilitatem istam sustulit, & possibile reddidit, quod ante hac impossibile creditum fuit, tollendo scil. necessitatem residentiæ, & inducendo, ut minister quis dicatur, & pro ministerio salarium accipiat, nec tamen ad ministrandum adstrictus sit. Z.

(468)

cta sit specialis, (l) licet in aliorum ordinariorum collationibus minime requiratur. (468)

(l) c. fin. de offic. ordin. in Clem.

Licet ante acceptionem beneficii quis nullum habeat in eo jus, tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, providere non potest, debet tamen primo proviso præfigi terminus ad acceptandum, quo lapso poterit beneficium alteri conferri, nisi primus etiam lapso termino acceptaverit.

§. 13. Illud autem tam in ordinario, quam etiam in legato statutum est, quod si cui beneficium contulerint, licet is (ll) donec collationem ratam non habuerit, nullum jus in ea acquisiverit, (469) in persona tamen alterius, primo non consentiente, (470) de beneficio

(ll) c. si tibi de præb. in 6.

---

(468) Rationem differentiæ reddunt istam, quod Ordinarii magis informati sint & certi in beneficiis, quæ ad dispensationem suam spectant, quam Legatus respectu totius provinciæ suæ, ac proinde in ordinariis subreptio non præsumitur, sicut in Legato, qui majoribus negotiis implicatus non potest omnes subditos notos habere. Z.

Ratio differentiæ inter Legatum & Ordinarios.

ad §. 13.

(469) Non aliter enim volunt jus in re acquiri, quam ubi, is cui collatum est beneficium, collationem istam acceptaverit & ratam habuerit, & ex hoc illico ipsius proprium dici beneficium. At enim male statuitur acquiri jus in re, ubi res ipsa non est in commercio. Nec enim decet ministeria sacra ita usibus hominum destinare, ut propria eorum dici possint. Sed uti sæpe dixi, ministeria apud Pontificios ex præbenda æstimantur, quæ ipsa facit, ut illa beneficia dicantur, & hinc facile hominum commerciis exponantur. Z.

Objectio.

(470) At qui absenti donationis causa rem aliquam mittit, pœnitere potest, ante absentis acceptationem, *l. 2. §. 6. & l. 10. ff. de donat.* Respondet post alios Didacus Covarruvias *l. 3. var. resolut. c. 16.*

Alia objectio.

ficio non libero ab ipsis facta provisio non subsistet: plane notificata collatione, & ad consentiendum termino competenti præstito, si primus non consenserit, eo lapso beneficium libere, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen (471) ipsum alii contulerint, non obstante lapsu termini suum primus collationi poterit accommodare consensum.

Per rescriptum Apostolicum præbenda confertur pure, in diem, & sub conditione & pura collatio est, cum alicui simpliciter de beneficio providetur.

§. 14.

c. 16. n. 1. verum id esse in donatione libera, & quia donator minime teneatur donare; diversum vero obtinere in collatione beneficiorum Ecclesiasticorum, quod teneatur collator ratione officii conferre beneficia. Etsi enim videatur collatio illa donatio quædam impropria respectu illius, cui fit, cum ei non teneatur præcise prælatus beneficium concedere, esse tamen collatorem hactenus obstrictum, ut alicui conferat, & talem obligationem in donatore non inveniri. Nos, uti dixi, sacerdotia & ministeria Ecclesiastica ad jura, quæ hominum commercia modificant, haudquaquam referimus, atque hinc ulli jus aliquod acquiri nullo modo concedimus. Nec tamen propterea irritandam putamus vocationem ministri ex eo solo, quod aliquis nunc existat alius, a quo majus expectari possit emolumentum. Z.

Notatur Lancelottus & explicatur. (471) Poterat his omnibus, sed & pluribus aliis in hoc titulo abstinere autor, si quidem institutiones tantum conscribere constitutum fuisset. Faciunt autem hæc verba, ut terminus præfixus, non intelligatur præclusivus, antequam alii beneficium collatum fuerit. Cum tamen regulariter, ubi terminus constituitur, non audiatur deinceps, qui terminum istum neglexerit. Joh. Bapt. Asinius *in prax.* §. *15. c. 3. n. 2.* Nec dicere poteris, non esse hic alium, cui jus elapso termino acquiri possit. Quid enim si sub conditione, si prior non ac-

§. 14. Per rescriptum Apostolicum (472) mandatur fieri collatio, aut pure, aut adjecto die, aut sub conditio-

acceptaverit, alteri alicui promissio facta fuerit? Sed & ipsius collatoris jus subest, ut libere deinceps alii conferre beneficium possit. Z. ad §. 14.

(472) I. Hæc ratio conferendorum ministeriorum Ecclesiasticorum veteribus plane fuit incognita, & ex αἰσχροκερδείᾳ curiæ Romanæ orta. Erudite autem observatum fuit tum ab Francisco Duareno, tum a Marco Antonio de Dominis, quibus artibus methodum eam primum introduxerint, & successu temporis perfecerint Pontifices Romani. Videri potest ille *lib. 5. de sacr. Eccles minist. c. 8.* hic *lib. 9. de Rep. Eccles. c. 8* Nonnulla Duareni adscribam: *Animadvertendum est*, inquit, *Romanos Pontifices parce admodum ac moderate ab initio potestate ea usos fuisse. Non enim imperiosis istis diplomatis terrebant statim Episcopos, & ad sibi parendum cogebant, sed ut leviter primum tentarent eorum patientiam, literis monere eos ac rogare solebant. Sed cum preces & monita gravate ab Episcopis reciperentur, ac plerumque ea contemnerent, mox in præcepta conversa sunt. Verum ne ea quidem satis nervorum habuere, cum beneficium interim collatum alii adimendum non videretur, sed contumacia tantum non obtemperantis plectenda. Itaque ratio tandem excogitata est, qua beneficiorum dispensatio ad Pontificis Romani potestatem & arbitrium omnino revocaretur: datis nempe per diplomata executoribus, qui aut Episcopos ad parendum cogerent, aut eis imperium detrectantibus ipsi conferrent. Sic precibus primum usi Pontifices Romani, deinde jussu ac minis, postremo vi aperta hanc sibi potestatem comparaverunt. - - - Ac fuit tempus, cum hic ritus observabatur, ut trinas literas ejusdem beneficii nomine ad Episcopos mitteret Pontifex, quarum unæ monita tantum, alteræ præcepta, postremæ legis actionem atque executionem complecterentur &c.*

Injustitia abusuum Papalium.

 Ean-

ditione. Pure, ut cum mandatur ſimpliciter, ut alicui de beneficio, aut præbenda provideatur. (473)

Col-

Eandem originem & ſucceſſum mandatorum Apoſtolicorum, quibus Ordinariorum poteſtas impedita fuit, refert Petrus Gregorius *in Syntagm. jur. lib. 17. c. 11. n. 1. 2 3.* ubi porro dicit, ſemel tantum cuilibet Pontifici tempore ſui Pontificatus licere hoc jure in qualibet Eccleſia uti, eo quod odioſa ſint talia mandata, & votum captandæ mortis inducere queant. Addam inſuper verba Claudii Eſpencæi, qui Epiſcoporum partes per Pontificem Romanum involari & infringi ingenue profitetur. Sic enim ſcribit *in Epiſt. ad Tit. cap. 1. pag. 483. In noſtrate Gallia nusquam pejus habent Eccleſiæ, nusquam iniquior bonorum ſacrorum uſus aut diſpenſatio, quam in patriis, quas vacant, obedientiæ, Epiſcopis earum a Papa, h. e. a Petri ſucceſſore, plenitudine poteſtatis non contento, Apoſtolorum ſucceſſoribus, fratribus ſuis & coëpiſcopis, nulla, vel certe admodum parva ſolicitudinis parte relicta, tam multis S. A. juribus ſummis h. e. injuriis ſummis, privilegiis h. e. abuſibus, conſuetudinibus h. e. corruptelis, expectativis nimirum, regreſſibus, mandatis, reſervationibus, præventionibus, & id genus inventiunculis gravari ſe quiritantur locorum ordinarii, ut præter pedum & mitram nihil eis pene reliquum ſit &c.* Z.

II. Repete jam ſupra notata *annot. 464. 465.* T.

Iniquitas proviſionum papalium.

(473) I. Iniquum certe eſt, obtrudere Eccleſiæ hominem quandoque ignotum, exterum, cuique nulla plane Eccleſiæ illius notitia. Et tamen id multis modis frequentatum ſemper fuit in Eccleſia Pontificia. De Johanne XXII. refert Henricus Rebdorff *in annalib.* his verbis: *Johannes XXII. prius vocatus Jacobus de Cathurio de Waſconia, multas gratias de Eccleſiaſticis beneficiis fecit, & ita pingues clauſulas formis gratiarum ſuarum appoſuit generaliter, quales antea ab aliquo Papa non emanaverunt & diſpoſitioni ſuæ tot prælaturas reſervavit, quod ante ipſum ita commu-*

Collatio Apostolici in diem facta, accedente decreto irritante ligat manus ordinarii.

§. 15.

---

muniter consuetum non erat. Hæc vero corruptela ita deinceps invaluit, ut Bremensi Archi-Episcopo defuncto, nemo esset in Ecclesia Bremensi, qui ad Pontificatum adspiraret, *scientibus cunctis*, ut ait Crantzius Metr. *lib. 9. c. 17. quod frustra niterentur, cum Apostolica provisione sedes implenda putaretur. Jam enim inoleverat*, ait idem Crantzius *lib. 9. c. 23. ut apostolica provisione darentur Episcopi, posthabita capitulorum legitima electione.* Cum igitur tam frequentes essent provisiones & gratiæ expectativæ, sæpius accidit, ut alium eligerent Episcopum capitulares Ecclesiæ cathedralis, alium Roma vel Avinione multis munitum bullis mitteret Pontifex. Quibus ipsis si locus daretur, publica quidem intemerata manebat tranquillitas, sed patiebatur Ecclesia, præsertim ubi ignoro ea, sæpe etiam minus digno, commissa fuisset. At ubi bullis ejusmodi nulla præstabatur obedientia, non in turbas tantum, sed in contentiones etiam, & in bellum sæpe eruperunt ejusmodi contradictiones, magno tum Ecclesiæ tum Reip. detrimento. Supra citatus Rebdorff *in anno 1333.* hæc refert: *In Alemannia magnum schisma est in clero & populo ex provisionibus sedis Apostolicæ ad Episcopatus, solennes prælaturas & alia beneficia, quæ idem Ludovicus in odium sedis Apostolicæ fortiter impedivit, multos etiam provisos a sede dejecit.* Episcopi ipsi, quibus providebatur, quo animo ad regendam Ecclesiam accesserint, vel ex unico eo constare potest, quod refert Crantzius, Nicolaum quendam provisione Apostolica Lubecensem Episcopum creatum, ubi comperisset, Lubecam ad temporale dominium illius Ecclesiæ non pertinere, graviter sibimet ipsi indignatum, quod non ante perquisivisset rerum qualitatem, ut non tanti laboris & sumptuum impendia fecisset. Z.

II. Repetendum ex *annot. 381.* provisionum vocem late accipi, ita ut reservationes Pontificias, commendationes, expectativas &c. *Provisionum significatus.*

sub

ſub ſe comprehendat. De expectativis quædam addemus *infra ad §. 20.* Merentur etiam cum præcedenti nota Ziegleri jungi ea, quæ *lib. 2. de Epiſcopis integro capite 7.* de proviſionibus Papalibus diſſeruit. Ignota prorſus fuit veteribus ratio hæc conſtituendi Epiſcopos, & ſeculo decimo tertio demum maxime invaluit. *Jam enim inoleverat* (inquit Cranzius *lib. 9. metrop. c. 23.* & loquitur de Verdenſi Eccleſia à Clemente V. proviſa) *ut Apoſtolica proviſione darentur Epiſcopi, poſthabita capitulorum legitima electione.* Natæ vero fuerunt proviſiones iſtiusmodi ſine dubio exinde, quod in ipſis electionibus Eccleſiarum Cathedralium plurimum tributum fuerit Pontifici Romano, atque is haud veritus ſit Metropolitanorum jura ſibi adſcribere. Quodſi enim diviſa eſſent eligentium ſuffragia, aut quid aliud incidiſſet, quod electioni aliquod vitium inferret, ad Metropolitani quidem judicium deciſio ejus rei pertinebat, ſed ita ut ad Romanam ſedem deinceps per modum appellationis recurretur. Quod ſi porro negligentes fuiſſent electores, aut ſcientes volentes elegiſſent indignum, aut formam electionis præſcriptam non obſervaſſent, eligendi poteſtate privabantur, & ad Pontificem Romanum ea poteſtas devolvebatur, *c. 17. de elect. in 6.* Acceſſit deinde quod Pontifex Romanus ſibi uni reſervaret jus admittendi ceſſiones Epiſcopatuum, diſponendi circa translationes Epiſcoporum, & conſtituendi Coadjutores cum futura ſucceſſione. Et ſic quod ab initio totius fuit Eccleſiæ, jus eligendi præpoſitos Canonici primum ſibi vindicarunt, & tandem etiam horum autoritate & poteſtate contempta rapuit Pontifex Romanus. Inde vero non opibus tantum, ſed & potentia etiam valde aucta eſt monarchia Papalis. Quia enim non niſi ex arbitrio & beneplacito Pontificis Romani conſtituebantur Epiſcopi, dependere illi ſolebant ex ejus nutu, & ſic mera erant mancipia, nec tam ſtudebant Eccleſiæ ſuæ, quam ut placerent autori & creatori ſuo. Ærarium autem curiæ Romanæ, quanta ex talibus proviſionibus acceperit incrementa, docere nos poteſt Gobelinus Perſona in *Coſmodromio ætat. 6. cap. 85.* ubi ſic ait. *Epiſcopatus plurimi, & per Alemanniam fere omnes iſtius Papæ* (Bonifacii ſcilicet IX.) *temporibus vacaverunt: multisque Eccleſiis per-*

Origo.

Incrementa inde ærarii Pontificii.

ſona

ſonæ indignæ vel inutiles præfectæ ſunt. **Et** *qui plus ſolvit Papæ, Epiſcopatum obtinuit: Unde pro expeditione circa talia opportuna multi expenderunt decies tantum, quantum ſolverunt Cameræ Apoſtolicæ prædeceſſores eorum, nam quidam impetrantes ArchiEpiſcopatus, XL. millia, alii LX. millia, nonnulli LXXX. millia florenorum Papæ ſolverunt.* Qui ipſi quando Cathedras occuparunt, id ſtuduere ſemper, ut impenſas factas quantocyus reciperent, & facultates ſuas tanto damno affectas novis imperatis collectis repararent. Nec quisquam adeo tam ſanctus exiſtere ſolet, qui dum Epiſcopatum precio ſibi comparavit, adminiſtrare eundem animo perdendi illud precium velit. Refert inde incommoda Ecclesiæ ex his proviſionibus ortæ, potiſſimum ex promotione peregrinorum lingua & moribus à gente, quam regendam accipiebant, valde diſcrepantium, & quæ propterea ab Eduardo III. Anglorum Rege contra hujusmodi proviſiones motæ ſint querelæ; refert item turbas in Eccleſiis datas, dum alius à Capitularibus Eccleſiæ vacantis electus, alius vero à Pontifice miſſus Cathedram occupavit, atque ex Beka & Heda memorat talem litem circa Epiſcopatum Ultrajectinum ortam. Cum vero ſæpe non admiſſi fuerint, qui ita provisi ex urbe Romana Eccleſias occupare voluerunt, producit ejus rei exemplum ex Gobelino Perſona de proviſo ad Eccleſiam Paderbornenſem non admiſſo. Maxime vero memorabilia ſunt verba Roberti Epiſcopi Lincolnienſis in Anglia, quibus anno 1253. Innocentium IV. Papam adortus eſt. *Noverit*, inquit, *diſcretio veſtra, quod mandatis Apoſtolicis affectione filiali devote & reverenter obedio: iis quoque, quæ mandatis Apoſtolicis adverſantur, paternum zelans honorem, adverſor & obſto. Ad utrumque enim teneor ex divino mandato. - - - Propter hoc, his quæ in prædicta litera continentur, unice, filialiter, & obedienter non obedio, contradico, rebello. - - - Breviter autem recolligens dico, Apoſtolicæ ſedis ſanctitas non poteſt, niſi quæ in ædificationem ſunt, & non in deſtructionem. Hæ autem, quas vocant proviſiones, non ſunt in ædificationem, ſed in manifeſtiſſimam deſtructionem. Non igitur eas poteſt beata ſedes Apoſtolica acceptare;*

Et incommoda Eccleſiæ.

Exempla varia Pontifici ſe opponentium, eumque increpantium.

§. 15. Dies adjicitur (474) collationi, ut cum præbenda confertur, quam quis intra mensem, (m) aut alio tempore à vacationis notitia duxerit acceptandam: quo casu, cum temporis appositio favorem afferat impetranti, si decretum irritans fuerit appositum, colla-

(m) *clem. un. §. secus, de concess. præb.*

quia caro & sanguis, quæ regnum DEI non possidebunt, eas revelavit, & non Pater Domini nostri JEsu Christi, qui est in cælis. Distinctius hanc litem Roberti cum Innocentio IV. & ejus eventum, item simile factum Archiepiscopi Eboracensis Alexandro IV. provisionibus se opponentis narrat Sarpius §. *35. p. 217. seq.* & ex Matthæo Parisiensi illustrat Amelottus Houssæus *in notis ibidem*, qui etiam in notis *ad §. 30. p. 185.* sequentem censuram, qua Eugenium III. Pontificem ob ejusmodi provisiones notaverat Bernhardus Charevallensis, adducit: *Nec mihi opponas,* inquit Bernhardus, *nunc Apostoli vocem, qua ait: cum essem liber ex omnibus, omnium servum me feci. Longe est istud à te. Num quid hac ille servitute hominibus inserviebat in acquisitione turpis quæstus? Numquid ad eum de toto orbe confluebant ambitiosi, avari, Simoniaci, sacrilegi, concubinarii, incestuosi, & quæque istiusmodi monstra hominum, ut ipsius Apostolica autoritate vel obtinerent honores Ecclesiasticos vel retinerent? Ergo servum te fecit homo, cui vivere Christus erat, & mori lucrum, ut plures lucrifaceret Christo, non ut lucra augeret avaritiæ.* T.

ad §. 15.

Notatur jus Canonicum.

(474) I. Postquam semel beneficia Ecclesiastica in commercio esse cœperunt, varia deinceps jura in negociis hominum observata illis applicata sunt. Dies adjicitur contractibus: pari modo & collationibus beneficiorum. Posset id tolerari, nisi omnia tam rigide ad normam negociorum civilium exigerentur. Exclusit Justinianus catalogo rerum, quæ in dominio esse possint, sacra, sancta & religiosa. Pon-

collatio per ordinarium alteri facta, intra præfixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appositio, reservatio, executoris inhibitio, & lis mota, beneficium affectum reddunt. (475)

Publi-

Pontifex reponit, & de hoc facinore multum sibi blanditur. Uter horum pietate præstet, non erit difficile definire. Z.

II. Mallem, ut ab hac censura abstinuisset Zieglerus. Nescio enim, quomodo ea conveniat cum *annot. 436.* ubi recte notabat, præbendas à Canonistis contra rationem referri inter res spirituales. Quod vero res divini juris hic urget, ad id jam respondi *in dissert. de natura bonorum secularisatorum* §. 2. *seq.* ad arcana politica sacerdotum Ethnicorum pertinere hypothesin, quod res nullius sint divini juris, & quod postea ista arcana in augmento potentiæ suæ usurpaverit Clerus Pontificius, maxime sub Regibus Francorum & Germanorum. Simul causas recensui, cur hæc arcana a primis reformatoribus apud Protestantes non statim fuerint detecta. Quod pietatem ergo attinet, quam Zieglerus urget, in eo quidem cum ipso consentio, quod pietas Canonistarum sit parum cohærens, dum præbendas dicunt esse res spirituales, & tamen res istas spirituales postea velint examinare ad normam rerum civilium & politicarum. Sed quod pietas vera & genuina jubeat, bona sacra, sancta, ac religiosa esse extra commercium intuitu Reipublicæ, in eo a Zieglero modeste dissentio. T. *Respondetur objectionibus Ziegleri.*

(475) Ut scilicet interim durante tali impedimento conferri alii alicui nequeat. Qua ratione autem beneficium fiat litigiosum, prolixe exponit Petrus Gregorius *de benef. c. 40.* ubi pleraque omnia, quæ in foro seculari inventa sunt, sacerdotiis applicat, & veluti mercatum Ecclesiasticum instituit. Nec vero tolerari debet in Ecclesia collatio beneficii, quod quis acceptandum duxerit, uti in hoc disponitur paragrapho. Sic enim indefinite qualecunque alicui destinatur ministerium, non attento, an idoneus ei fuerit: an minus. Et *Alia monita adversus Canonistas.*

 quis

Publice notum, præsumitur notum etiam privatis.

§. 16. Interpretamur autem quem prædictæ vacationis habere notitiam, (*) ex quo ipsa vacatio in loco, vel Ecclesia hujusmodi beneficii publice nota erit. (476) Imputet enim sibi, si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id quod per se, vel per alium scire potuit, ignoraverit. (477)

(*) *d. clem. un. in fine.*

Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarii.

§. 17. Sub conditione mandatur fieri collatio, ut, cum (n) alicui, si per executoris inquisitionem repertus fuerit vitæ laudabilis, (478) vel si consensus accesserit

(n) *d. clem. uni. in princip. de concess. præbend. c. si pro te de Rescript. in 6.*

---

quis vero tum non eligeret inter plura vacatura maxime opimum & longe optimum? Ut jam taceam, facile inquinari posse talem collationem per votum captandæ mortis, & accelerari ita expectationem futuræ successionis, id quod & civilibus & Ecclesiasticis constitutionibus, ut bonis moribus adversum severe semper fuit interdictum. Z.

ad §. 16.

Ignorantia affectata. (476) Notorium enim tollit ignorantiæ præsumtionem, quam si quis prætexere velit, tam crassa ea, supina & affectata erit, ut scientiæ comparetur. Z.

Allegatio propria turpitudinis. (477) Circa quod unusquisque præsumitur esse attentus & assiduus. Id igitur negligens & ignaviam suam prætendens, propriam allegat turpitudinem, quæ ipsi haudquaquam debet esse emolumento. Z.

ad §. 17.

Objectio de conditione (478) I. Proprie dicta hæc conditio non est. Primarium enim conditionis requisitum est, ut conferatur in tempus futurum, l. 39.

ſerit capituli, vel alia adjecta conditione, de beneficio provideri committitur: & eo caſu etiam appoſito irri-
tan-

39. ff. de R. C. Præſens autem & præteritum tempus non ſuſpendunt actum, *l. 37. ff. eod. l. 34. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. 3. §. 13. ff. de bon. lib.* nec morantur negotium, ſed aut ſtatim infirmant iſtud, aut omnino differunt, *§. 6. J. de V. O. l. 100. ff. eod.* utut rei veritas ignoretur, *l. 120. ff. de V. O.* Et propterea ſi quid in præteritum aut præſens tempus confertur, proprie dicta conditio non eſt, nec vim, ſed figuram tantum conditionis habet, uti loquitur Proculus *l. 69. ff. de her. inſt. l. 10. §. 1. ff. de condit. inſt.* Quandoquidem igitur non per executoris primum inquiſitionem aliquis ſit vitæ laudabilis, ſed ante eam talis extitit, non erit vere conditionalis hæc collatio. Z. *Præteriti temporis.*

II. Miror, & hanc objectionem excidiſſe Zieglero. Neque enim Lancelottus dicit: ſi commendatus *ſit* vel *fuerit* vitæ laudabilis, ſed ſi *repertus fuerit* vitæ laudabilis. At vero hæc conditio pertinet ad tempus futurum. Potuit enim commendatus fuiſſe vitæ laudabilis tempore impetratæ commendationis, qui tamen tempore inquiſitionis mores mutavit. Forte id urgeri potuiſſet adverſus Lancelottum, quod collatio talis ideo non ſit conditionalis, quia iſta conditio de vita laudabili, ſit conditio tacita, quæ in omnibus collationibus, etiam puris, debeat ſubintelligi, etiamſi non exprimatur. At conditiones tacitæ non faciunt promiſſa & legata conditionalia, etiamſi verbis exprimantur *l. 1. §. f. l. 19. §. 1. l. 99. l. 107. de C. & D. l. 73. de V. O.* Sed & hic facile prævideo, quid ad hanc objectionem Lancelottus ſit reſponſurus; ſcilicet aliud eſſe: *ſi commendatus vitæ laudabilis fuerit*; aliud, ut eſt in textu: *ſi per executoris inquiſitionem repertus fuerit vitæ laudabilis.* In poſteriori enim caſu executori dari poteſtatem inquirendi in mores commendati; quæ puræ commendationi non inſit tacite, cum tum præſumendum ſit potius, Pontificem in mores commendati inquiſiviſſe &c. T. *Reſponſio. Nova objectio. Reſponſio.*

tante decreto, non impletis adhuc conditionibus vacans beneficium per ordinarium, aut per executorem ad providendum de tali beneficio datum, libere conferri poterit. (479)

Obstat taciturnitas obtenti beneficii, etiam modici, nisi provisio sit facta motu proprio.

§. 18. Sed multum interest, motune proprio, (480) an ad alterius petitionem de beneficio provideri mande

Adhuc alia objectio.

(479) Minus juridice hoc videtur asseri. Hoc enim certum est, per decretum irritans ligari manus Ordinarii & aliorum inferiorum. Quanquam vero per provisionem conditionalem non omnino adstrictus sit Ordinarius, adstrictus tamen est sub conditione. Et frustra alias omnis fieret provisio conditionalis, cum ea non obstante integrum sit Ordinario beneficium conferre, cuicunque voluerit. Quemadmodum igitur in contractibus sub conditione celebratis non quidem illico præsens aut nata esse dici potest obligatio, potest tamen dici concepta in eum finem, ut negocium interim vivificetur & sustentetur, & ut contrahentium alter invito altero pœnitere nequeat, *l. 78. ff. de stip. serv.* Ita Episcopum quoque aut alium inferiorem per rescriptum Pontificis conditionale obligari tantisper verius videtur, donec de conditione vel existente vel deficiente constare possit, & sufficit in casum conditionis deficientis libertatem Episcopo restitui. Z.

ad §. 18.

Efficacia clausulæ: motu proprio.

(480) De clausula ista vid. Marta *de clausul. part. 1. cl. 73.* Aug. Barbos. *claus. 79.* Observant autem Doctores, Rescriptum aut privilegium etiam contra jus elicitum valere, si princeps in eo exprimat, se concedere id motu proprio & ex certa scientia. Notatque Johannes Petrus de Ferrariis, solere eam clausulam adponi in privilegiis & Rescriptis Papalibus contra Deum & justitiam & in animarum suarum perpetuum detrimentum ac infamiam sempiternam *tit. 15. prax. gloss. 9. n. 3.* Z.

(481)

detur. (*) Si enim proprio motu (†) longe pinguius erit mandatum; nam etiam de beneficiis, quæ impetrans obtinet nulla habita mentione, erit hujusmodi provisio valida, qualiacunque fuerint beneficia, (481) & in numero quantocunque (482) quæ habebat impetrans, cum sibi provisio facta fuerit. Quod si ad petitionem (483) gratia hujusmodi facta sit, quantumcunque modicum beneficium scienter taceatur, veluti surreptitia non valebit.

(*) Clem. si Rom. Pont. de præb.

(†) c. si mot. propr. §. secus de præb. in 6.

Collatio facta motu proprio, pluribus beneficiis in eadem Ecclesia simul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori: si beneficia sint æqualia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio vero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur: si sint æqualia, eligit, qui alias conferebat: & motu proprio tunc censetur gratia fieri, cum id exprimitur.

§. 19.

(481) Contrarium statuit Didacus Covarruvias *ad c. alma mater de excomm. in 6. part. 1. §. 7.* clausulam, *motu proprio*, non inducere dispensationem ad obtinendum duo beneficia, quæ simul non possunt obtineri. Z. *Dissensus Covarruviæ.*

(482) Valde absurdum est, uni duo munera committi in Ecclesia, nisi necessitas aut alia gravis causa id fieri cogat. Itaque canonibus quibusdam severe prohibitum legitur, ne quis in duabus Ecclesiis ordinetur. Quod si quando diversum quid institutum fuit, factum id non in gratiam personarum, uti hodie in Papatu fieri solet, sed in gratiam Ecclesiarum. Vid. Duaren. *de sacr. Eccles. minister. l. 8. cap. 4.* Z. Vide infra *ad §. 40.* *Contra pluralitatem beneficiorum.*

(483) Etiamsi tum rescripto addantur verba: *motu proprio*, quia tum adhuc nihilominus attendendæ sunt preces, quæ præmittuntur, *Ampliatio.*

tur,

(o) c. si pluribus de præb. in 6.

§. 19. Item si pluribus (*o*) in aliqua Ecclesia vacantibus dignitatibus, (484) vel præbendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitatem vel præbendam, si qua nulli debita in ipsa vacat Ecclesia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio plenissima, & ad illam dignitatem, seu præbendam erit habenda relatio, quæ inter illas majoris censeatur esse valoris: quod si forsan æquales sint, ad eam, quam is, cui confertur infra decem dies post habitam de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: si vero ad petitionem alterius gratia hujusmodi facta fuerit, ad illam erit habenda relatio, quæ minoris valoris extitit: (485) & si sit æqualitas, ad eam, quam is, ad quem

---

tur, an veritate nitantur. Joh. Bapt. Leonell. *de subrept. rescript q. 5. a. 1.* Z.

ad §. 19.

Arcanum avaritia papalis.

(484) Totus hic paragraphus ostendit, quid in muneribus Ecclesiasticis principaliter spectent papicolæ. Non scil. id, quod in Ecclesiæ commodum vergere possit, sed quod suam explere queat avaritiam, cum præbenda majoris valoris ea demum dicatur, quæ reditibus cæteras exsuperet. Sed & in isto nimius videtur autor, quod prolixior in hac materia existat, quam compendii aut Institutionum leges patiantur. Z.

Objectio.

(485) Cur ita? cum tamen alias concessiones principum latissimam patiantur interpretationem, Carol. Tapia *de constitut. Princip. p. 1. cap. 1. seq.* Respondet Vivianus *in Rational. ad c. 24. de præbend. in 6.* rescripta talia ad alterius instantiam data esse odiosa, cum in eis notetur ambitio impetrantis. At multo major est ambitio dantis, sicubi Papa confert motu proprio, eo quod ab eo tum committatur *ἀλλοτριοεπισκοπία.* Et quæ vero in modeste petente notari

quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus elegerit, postquam sibi hujusmodi gratia erit nota. Motu (p) autem proprio tunc solum gratia fieri censetur, cum hoc expresse cautum fuerit. (486)

(p) c. si metu. in fin. eod. tit. in 6.

Solus

tari poterit ambitio? cum nec illicita sit talis petitio, nec infrequens. Videtur autem Bonifacius VIII. qui autor est dictæ Decretalis in *c. 24. de prabend. in 6.* eam ad sua tantum rescripta restringere, ut ea ratione stylum curiæ suæ, & quatenus verba explicari velit, declararet, non ut jus faceret, quod successores etiam observare tenerentur. Z.

Motus proprius verus & simulatus.

(486) Alias enim per importunitatem petentis obtentam censetur, *l. quisquis 1. C. de petition. bon sublat lib. 10.* Rheinking *de regim. secul. l. 2. cl. 3. c. 8.* nisi sub schemate legis generalis concedatur, vel corpori juris inseratur, Tapia *ad l fin. C. de const. princ. p. 2. c. 9. n. 129.* Enenkel *de privileg. l. 1. c. 5. n. 12.* Dispescitur autem motus proprius ex sententia Dd. in verum & simulatum. Verus est, cum liberrima voluntate, sponte ad nullius petitionem Princeps aut Papa ad collationem movetur, *l. si quis 13. C. de offic. Rect. provinc. l. si imperialis 23. §. similes 4. C. nupt.* Et habent hæc privilegia & rescripta id peculiare, quod nullo obreptionis aut simili crimine vitientur, *l. 1. C. de petit. bon. sublat. lib. 10.* Excipit tamen Enenkelius *l. 1. c. 5. n. 10.* casum, quo motu proprio concessum est, quod concedens vel non potuit vel non voluit, *l. pen. C. de offic. Rector. provinc. l. imperialis 23. §. similes vero tale 4. Cod. de nupt.* Motus proprius affectatus est, cum revera ad preces supplicantis rescriptum datur, veruntamen literis inseritur, sponte factum esse, & nullas preces intervenisse. Eundem quidem effectum habet hoc modo concessum privilegium aut jus, ejusdemque dignitatis & notæ æstimatur cum prioris modi collatione, nisi quod ex sententia Dd. obreptionis exceptio semper contra illud locum habeat. *l. pen. C. de off. Rect. prov.* Menoch. *de A. J. Q. l. 2. cent. 3. cas. 201. n. 79.* Z.

Iii (487)

Solus Papa tribuit ius in beneficiis vacaturis.

§. 20. Sed five motu proprio, five ad alterius petitionem per rescriptum Apostolicum fiat provisio,(*) cæteris longe præstat. Nam cum ex Lateranensi concilio(†) ministeria & beneficia Ecclesiæ tribui, aut promitti non debeant, antequam vacent, Romanus Pontifex etiam (487) in ipsis jus potest tribuere vacaturis. (488)

(*) *c.2. ubi gloss. de præb. in 6.*
(†) *c. 2. de conc. præb.*

Ponit

ad §. 20.

Injustitia expectativarum Papalium.

(487) *Sed æquius erat,* inquit, Franciscus Duarenus *l. 6. de sacr. Eccles. minist. c. 1. ac longe decentius, eum non imperio tantum, sed etiam exemplo cæteros Episcopos in officio continere. Nam in tanto fastigio collocatus, si leges, canones, ac majorum instituta contemnat, exemplo magis quam peccato nocet Reip. Christianæ.* Et certe antiqui canones gravissima hac ratione nituntur, quod omnis amputanda sit occasio affectandæ captandæque mortis alienæ. Unde nec ea quidem promissio beneficii locum habet, quæ, concepta est sermone generali, quando scil. quis tunc beneficium se daturum promittit, cum ejus dandi se facultas obtulerit, *c. 2. de concess. præb. in 6.* Rectius igitur censuerunt alii, prohibitionem de non promittendis officiis vacaturis non tantum ad inferiores prælatos pertinere, sed etiam ad ipsum Pontificem; quod & ipse nulla omnino forma, neque generaliter, neque indefinite beneficium incertum vacaturum, multo minus hoc aut illud promittere queat. Vid. Didacus Spino a Caceres *in specul. testam. gloss. 4. pr. n. 102. seq.* Z. repete *supra annot. 473. I.*

Earum origo.

(488) Supra *annot. 465.* ex Sarpii § *30.* docuimus, quod primum genus reservationum Papalium inventum sit ad decipiendos Principes & Clericos, de abusu commendationum & mandatorum Papalium circa conferendas dignitates Ecclesiasticas conquerentes.

Eadem

Ponit gradus quosdam circa potestatem conferendi inter ordinarium legatum, & summum Pontificem.

§. 21. Est ergo inter ordinarium Legatum, ac summum Pontificem circa collationis potestatem, quasi per

Eadem ex intentione & fraude videntur ortæ esse expectativæ. Sic enim continuat Sarpius *d. §. 30. p. 183. seq.* postquam retulisset, Pontifices quidem prohibuisse, ne quis beneficia curata possideret in regionibus exteris, quarum linguam ignoraret, sed reservasse tamen sibi potestatem dispensandi: Istis dispensationibus potissimum utebantur Pontifices in concessis ante casum vacantiæ expectativis. Quod sic intelligo, Si dispensassent ab initio post illam prohibitionem circa commendationem extraneorum post vacationem, nimis sensibilis fuisset fraus. Inveniebantur ergo vel magis frequentabantur expectativæ, ut eo prætextu uti posset Pontifex, se, cum expectativam daret, non sperasse, quod primum beneficium vacaturum præcise in illo loco exiturum sit, cujus linguam ignoret expectativam impetrans. Quicquid vero sit, de origine expectativarum, de progressu reservationum, provisionum, expectativarum, dispensationum sic pergit Sarpius *d. l.* Etsi autoritas & potestas illa maxima, quam Aula Pontificia usurpabat omnibus bonis valde displiceret, placebat tamen ea maximopere plurimis ex Clero, & aliis ad beneficia adspirantibus, & propter defectum requisitorum Canonicorum incapacibus. His nemo Episcoporum ex reverentia Canonum audebat conferre beneficia; Sed quod non audebant Episcopi, absque hæsitatione faciebant Pontifices, secure dispensantes adversus Canones & omnes constitutiones Ecclesiasticas, adhibendo formulas & clausulas: *de plenitudine potestatis*; item *non obstantibus*, quæ hodie in omnibus bullis beneficiorum inveniuntur, cum antea per plura secula erant plane incognitæ. Atque hanc audaciam ipsi Papæ objecit Robertus Episcopus Lincolniensis in Epistola ad Innocentium IV. (unde jam supra *annot. 473. II.* quædam excerpsimus: *Non est literæ tenor Apo-*

Progressus expectativarum, reservationum, provisionum, dispensationum.

 stoli-

(q) *can. omnes basilicæ 16. q. 7.*

per gradus ascensus quidam. Nam ad Episcopum (q) omnium quidem basilicarum, quæ in ejus territorio

(489)

stolicæ sanctitati consonus, sed absonus plurimum & discors. Primo, quia de illius literæ & ei consimilium superaccumulato: non obstante *scatet cataclysmus inconstantiæ, audaciæ & procacitatis, inverecundiæ, mentiendi, fallendi, diffidenter alicui credendi, & ex his consequentium vitiorum, quorum non est numerus, Christianæ religionis puritatem & socialis conversationis hominum tranquillitatem commovens & perturbans.* Vide Houssæum *in not. ad §. 35. p. 221. seq.* Ipsi Pontifices non poterant negare (sic continuante Sarpio *p. 186.)* concessionem expectativarum inventam esse ad vexandas Ecclesias; quemadmodum etiam Gregorius IX. *in cap. mandatum X. de rescript.* id aperte fatetur, & ob eam caussam expectativis clausulam, *si pro alio ibidem non scripsimus*, inseruit, qua istud jus introduxit, ut Papa possit in singulis Ecclesiis saltem unam expectativam concedere. Postea etiam usu introductum est, ut successores Pontificum primo Pontificatus anno expectativas antecessorum revocarent, ut ab ipsis datæ locum invenire possent; & ut illi qui istas impetraverant ab ipsis novas expectativas emerent. Nonnunquam etiam revocabant expectativas, quas ipsi dederant, ut videlicet impetrantes sub aliquo prætextu iterum pecunia emungerentur. Cæterum ratione beneficiorum electivorum, nimirum Episcopatuum & Abbatiarum, olim non dabantur expectativæ; certe Reges olim & Principes nunquam eas dederant. Sed aula Romana alia media inveniebat, quibus ad se subinde traheret collationem harum Prælaturarum, multas videlicet conditiones præscribendo ante electionem, & in ipsa electione necessario observandas, & multas qualitates in eligendo requirendo. Quodsi ergo eligentes aliquam ex his conditionibus non observarent, privabantur ea vice jure eligendi, & Papa alium substituebat. Lite etiam super validitate electionis inter ipsos eligentes orta, & una parte Romam appellante Pontifex

Origo expectativarum intuitu Episcopatuum & Abbatiorum.

fe-

(489) positæ sunt, collatio regulariter pertinet: vacaturam tamen præbendam suæ dispositioni reservare non potest, (490) & longe minus in eadem alicui jus tribuere. (*) Legatus autem non modo vacantes intra suæ legationis terminos Ecclesias conferre, verum etiam vacaturas (juxta ea quæ supra diximus) reservare poterit, licet eidem in vacaturis alicui jus tribuendi nulla sit (491) facultas. (†) At Apostolicus (492) & ubi- (*) *c. præs. de Off. Leg. in 6.* (†) *c. licet Eccles. d. t. in 6.*

sæpius pronunciabat adversus utramque partem, & Episcopatum aut Abbatium tertio conferebat. Præterea cum Papa cognosceret, Episcopatum vel Abbatiam pinguem vacare, statim mandatum mittebat ad eligentes, ut sine ipso in electione non procederent, sub prætextu, quod ipse vellet prospicere, ne turbæ in electione oriantur, vel quicquam contra bonum ordinem fiat. Mittebat vero hominem callidum, qui electionem dirigeret, eique præsideret, qui facile technis suis eligentes eo disponere poterat, ut eligerent eum, qui interesse Ecclesiæ Romanæ præ reliquis esset observaturus. Igitur non mirandum, quod his expectativarum abusibus æque ut abusibus reservationum se opponerent Principes & populi; ac de iis abrogandis urgerent Papam Romanum; de qua lite agit idem Sarpius *§. 38. 39. 43.* T.

(489) i. e. diœcesi, quæ καταχρηστικῶς dicitur territorium, *cap. omnes basilicæ 16. q 7. c. monasteria 18. q. 2.* Z. *Territorium quid.*

(490) Ne concurrat cum Legato & Papa, horumque reservationes intervertat. Per reservationem enim hoc obtinetur, ut alii, quam reservans voluerit, conferri beneficium non possit. Z. *Ratio.*

(491) Mandata enim, quibus hoc jus tribuitur, odiosiora sunt reservationibus & majorem captandæ mortis alienæ præbent occasionem. Reservatio enim non impedit, quo minus vacans postea beneficium, ab eo, qui reservavit, cuivis pro ipsius arbitrio conferatur. Z. *Ratio.*

(492) Scil. successor, per quem κατ᾽ ἐξοχὴν intelligunt Pon- *Apostolicus*

 tifi-

ubique vacantes donare & vacaturas suæ provisioni reservare,(r) & in vacaturis jus tribuere potest, cum in ipso plenitudo resideat potestatis. (493)

(r) c. 2. in gl. de præb. in 6.

Si

---

quis & cur dicatur?

tificem Romanum. Sed enim a bonitate Apostolica Pontifices Romanos commendare non audet Guicciardinus *in histor. Ital. lib. 16.* Laudat ibi Leonem X. & commendat, ut principem optimum, addit autem; *Non loquor de bonitate apostolica, quoniam corrupto hoc seculo Paparum probata est bonitas, quando aliorum hominum non superet malignitatem.* Apostolici igitur titulus Pontifici Romano falso tribuitur, cum ab Apostolis, eorumque vita plane sit alienus, & ex se apostolicum ostendat omnino nihil. Cæterum appellatio Apostolici non Episcopo tantum Romano olim tributa fuit, sed aliis etiam Episcopis, uti ostendit Casaub. *exerc. 14. n. 4.* donec tandem ἀντωνυμικῶς Pontifici Romano adhæsit. Z.

plenitudo potestatis an Pontifici competat.

(493) Tyrannica & vi metuve principibus extorta. Plenitudo autem illa qualis sit, & in quo Petri Apostoli potestas reliquorum Apostolorum Potestatem transgressa fuerit, ut & in illa reliquis Episcopis potior sit pontifex Romanus, intricate & perplexe explicant Pontificii. Dicunt Petro datam esse potestatem præceptivam seu regiminis, Apostolis autem tantum executivam seu gubernationis. Thom. Stapleton. *princ. doctr. l. 6. cap. 7.* Id ridiculum esse & insulsum ostendit Joh. Rainoldus *in colloq. cum Hart. cap. 3. sect. 1.* præsertim cum a Stapletono negari nequeat, omnes Apostolos æqualem potestatem a Christo accepisse. Ego insuper, in quo gubernationis & regiminis differentia consistat, nullibi reperio. Cæterum cum de principe seculari dubitet Fernandus Vasquius *l. 1. c. 26. n. 22.* utrum apte dicatur, eum aliquo casu plenitudine potestatis uti, multo magis dubitare licebit de Pontifice Romano, cum ea haudquaquam porrigi debeat ad iniqua, nec ea pro libidine uti possit, ut hinc magis ordinaria dicenda sit potestas, si quid agat Pontifex, quod sibi licet,

Si clericus, cum mandatur provideri ei de beneficio vacaturo, negligat petere præbendam, non poterit postea aliam petere, nisi fuerit in canonicum receptus.

§. 22. Quo (s) tamen casu summus Pontifex de vacatura præbenda alicui provideri mandat, si is, in cujus gratiam mandatum obtentum est, præbendam, quando vacat, negligenter omittit, non poterit postmodum prætextu dicti mandati, nisi antea in canonicum fuerit receptus, aliam in ipsa Ecclesia vacaturam petere. (494) *(s) c. si Clericus de præb. in 6.*

Habens expectativam, potest acceptare beneficium vacaturum primum, vel secundum, vel ulterius, certum tamen acceptare non potest.

§. 23. Poterit (t) tamen is, cui certis super hoc executoribus deputatis ab Apostolica sede hujusmodi gratia concessa fuerit, non solum primum in genere vacaturum beneficium, vel præbendam: verum etiam, si rationabilis causa subsit, (495) secundum & ulterius acce- *(t) c. ne captandæ de concess. præb. in 6.*

---

licet. Quod si secus fecerit, erit extra terminos plenitudinis potestatis legitimæ & in terminis plenitudinis potestatis diabolicæ & tempestatis. Petr. Ant. de Petra *de potest. princ. c. 24. n. 58.* Z.

(494) Si igitur Papa confert alicui jus canoniæ, (qui propter eà dicitur fieri Canonicus autoritate Apostolica) & mandat Canonicis, ut conferant præbendam primo vacaturam, & ille fuit negligens in ea petenda, potest adhuc aliam petere, quia gratia non est extincta. Canonicatus ergo præcedens sustinet & conservat gratiam ex ea forte ratione, quod Canonicatus non debeat esse sine præbenda. Z. *Ratio limitationis.*

(495) Deficiente ergo tali causa, locum habet id, quod in antecedente §. fuit constitutum. Rationabilis autem causa subesse putatur, *Rationabilis causa quæ.*

acceptare: certum tamen & expressum, priusquam vacet, acceptare non poterit, ne captandæ alienæ mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis Apostolicæ tribuatur, (496) quod si de certo acceptatio secuta fuerit, nullam obtinebit roboris firmitatem ut Bonifacianæ constitutionis tenore latius continetur.

Præscripto Apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maxime circa literatas personas.

(c) *c. de multis. de præb. extr. Joann. un. eod. tit. & ext. comm. execrabilis.*

§. 24. Inde (*u*) etiam licet beneficiatæ personæ de alio beneficio, nisi primo illud, quod obtinet, omnino dimittat, (497) provideri non possit, nisi aut Cardina-

---

tatur, si collatio beneficii primo vocantis non teneat, aut si non possit effectum sortiri, Petr. Gregor. *in syntagm. jur. l. 17. c. 11. n. 13.* tum enim non extinguitur mandatum Apostolicum. Z.

Generalis ratio contra expectativas.

(496) At hæc eadem ratio potest mandatis talibus in genere objici. Potest enim mandatarius captare & accelerare mortem ejus, cujus præbendam maxime expetit, utcunque eam nondum vacantem non acceptaverit. Id enim certum est, ex præbendis vacaturis maxime appeti eam, quæ omnium est pinguissima & lucrosa. Agnovit id Didacus Spino a Caceres *in spec. testam. gloss. 4. n. 101. seq.* ubi *n. 106. in fin.* diserte concludit, prohibitionem conciliorum de non promittendis beneficiis vacaturis non solum ad inferiores prælatos pertinere, sed ad ipsum etiam Pontificem, ut nulla forma neque generaliter, neque incerte beneficium viventis promitti possit. Z.

Contra pluralitatem beneficiorum.

(497) Quia vix potest quis uni officio, ut decet, præesse. Et sic uni personæ duo officia Ecclesiastica simul committi non debent, eo quod singula assiduitatem requirant. In quam rem plurimæ extant constitutiones Ecclesiasticæ, quas ponderat Didacus Spino a Caceres *in specul. testam. gloss. 3. n. 75.* Z.

(498)

dinales sint, (498) aut Regum filii: (499) per tale tamen

(498) I. Olim presbyteri titulati sive ministerio certæ Ecclesiæ addicti, cujuscunque parochiæ fuerint, pro Cardinalibus habebantur. Ita enim Gregorius Cardinalem parochialem, proprium in Ecclesia peculiari incardinatum, ejus ministerio affixum interpretatus est, *l. 1. epist. 51. l. 2. epist. 24. & 25.* Eorum vero Cardinalium, qui nunc sunt, originem refert Marcus Zuerius Boxhornius *in histor. univers. ad ann. 101.* ad Notarios, inter quos septem Urbis regiones divisit Clemens Papa, ut gesta martyrum sollicite & curiose, unusquisque per regionem suam diligenter perquirerent. Id vero, uti divinatorium est, ita eadem facilitate, qua asseritur, negari potest. Quin videtur nomen illud rei jam tum existenti applicatum, neque ab initio certam aliquam & specialem dignitatem denotasse; sed uti prolixe id docet Jacobus Gothofredus *ad l. 7. Cod. Theodos. de susceptor.* Cardinales dicti fuerunt illi, qui matrici Ecclesiæ operam navabant, & illi immoti atque fixi adhærebant. Quemadmodum & ille aliquando, qui obsequiis Principis ejusque lateri adhærebat, aliquando Princeps Cardinalis dictus fuit. Ejusmodi Cardinales Ecclesiæ usque ad seculum undecimum infra Episcopos quoscunque sederunt, imo presbyteris, diaconis & subdiaconis Episcoporum suorum legatis honore cesserunt. David Blondell. *apol. de Episc. & presb. sect. 3. pag. 226.* Sub Benedicto IX. (quem ut ignavum & nullius precii, Platina & Stella, probrosum & infamem Volaterranus, hominem nefarium perstringit Baronius) Cardinalium nomen in precio esse cœpit. Genebrard. *Chronogr. lib. 4.* Balæus *lib. 5. n. 87.* De iis deinceps Leo IX. *epist. 1. c. 5. & 32.* ita meminit: *Sicut cardo immobilis permanens, ducit & reducit ostium, sic Petrus & sui successores liberum de omni Ecclesia habent judicium, cum nemo debeat eorum dimovere statum, (quia summa sedes à nemine judicatur) unde clerici ejus Cardinales dicuntur, cardini utique illi, quo cætera moventur, vicinius adhærentes* &c. Succeffit Nicolaus

Origo & progressus Cardinalitia dignitatis.

men rescriptum, maxime circa literatas personas, super

colaus II. qui in Concilio Lateranensi de Romani Pontificis electione constitutionem edidit, qua Cardinalibus Episcopis in eodem eligendo primas detulit partes. Statutum enim, ut obeunte Romanæ Ecclesiæ universalis Pontifice, inprimis Cardinales Episcopi diligentissime simul de electione tractarent, ipsi deinde cæteros Cardinales adhiberent, sicque reliquus clerus & populus ad consensum novæ electionis accederet. Fuit eo tempore circa electionem Pontificis adhuc salvum & integrum jus Imperatoris. Tandem vero excluso tum Imperatore, tum populo Romano, ad solos Cardinales tota res rediit, novusque non Episcoporum modo, sed presbyterorum etiam atque diaconorum Cardinalium exortus est principatus. Ita enim primos a se creatos Cardinales affatus legitur Pius II. Papa *sacrar. ceremoniar. Rom. Eccles. lib. 1. sect. 8. c. 3. Maxima, dilectissimi Filii, & excellentissima dignitate donati estis: ad Collegium apostolicum vocati, consiliarii nostri & conjudices orbis terrarum eritis:* (unde pleræque olim constitutiones de consensu Cardinalium promulgatæ sunt. Hodie vero eo jure utitur Pontifex Romanus, ut eos quidem in consilium adhibeat, sed eorum adsensu non indigeat, uti ex Baronio & Azorio notat Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. l. 1. c. 9. n. 7. 8.*) *inter causam & causam, inter sanguinem & sanguinem, inter lepram & lepram discernere vos oportebit: successores Apostolorum circa thronum sedebitis. Vos Senatores Urbis & Regum similes eritis veri mundi cardines, super quos militantis ostium Ecclesiæ volvendum ac regendum est.* Eos deinceps tantus incessit fastus, ut non alio nisi regio honore se jactarent, ipsa Curia Romana sermone quotidiano eos Regibus æquiparante. Unde nec apparatus aut reditus iis nimius videtur, nisi qui regium exsuperet. Nec sine jactura ea pro levi Romæ habita fuit, quod in comitiis Gallicis ad Esiæ pontem continuatis, controversia de honoratiori loco inter Cardinales & principes regii sanguinis orta,

orta, à sanctiori Concilio pro his contra illos esset pronunciatum. Petr. Suav. *hist. concil. Trid. lib. 5.* Digna sunt, quæ legantur, verba Nicolai Clemangi Archidiaconi Bajocensis ex *lib. de corrupt Eccles. stat. Cardinalium,* inquit, *qui Papæ assident, spiritus, verba tumentia, gestus tam insolentes, ut si artifex quisque vellet superbiæ simulacrum effingere, nulla congruentius ratione id facere posset, quam Cardinalis effigiem oculis intuentium objectando, ex sortis tamen infimæ clericatu in hanc elationem cum sedis Apostolicæ incremento pervenerunt: quippe quibus id olim erat negocii, ut efferendis mortuis, sepulturæque mandandis inservirent. Nunc vero phylacteria sua in tantum dilataverunt, ut non modo Episcopos (quos Episcopellos solent passim vocare) sed patriarchas, primates, sed Archipræsules velut infra se positos despiciant, imo se jam ab illis supplicibus propemodum adorari sinant, quin etiam Reges ipsos æquiparare contendant.* Hos igitur, quia tanto in culmine & fastigio resident, excipit autor, ab lege ea, qua beneficiatus novo beneficio auctus, pristinum istud suum dimittere obligatus est. Et tamen præsules Hispani etiam Cardinales legi huic subjectos volunt in Concilio Tridentino apud Petr. Suav. *in histor. lib. 2.* Sed enim exceptio hæc autoris Canonistarum vulgari juvatur declaratione, qua volunt, Cardinales nullis verbis generalibus comprehendi, nisi sigillatim nominentur, quod quam ambitiosum aut adulatorium sit, nemo non videt. Z.

II. Quæ de origine & progressu Cardinalitiæ dignitatis modo notavit Zieglerus, iis addi possunt Sarpius §. *12. p. 63. seq.* Levinus Nicolaus Moltkenius *in præfatione ad conclave Alexandri VII. sub rubrica: de Cardinalium origine & autoritate.* Arcana politica Papalis Monarchiæ sub instituto Cardinalitiæ potestatis & Nepotismi latentia, vide apud Pufendorffium de Monarchia Pontificis §. *31.* & quæ ibi notavi. Pertinet etiam huc *Histoire des Conclaves depuis Clement. V. jusqu' a present, a Cologne.* 1694. T. *Remissiones.*

per hac pluralitate dispensari poterit. (500)

Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non constat, primo possessor, deinde major prærogativa præfertur.

(x) c. si à sede. de præb. in 6. §. 25. Idem si à sede (x) Apostolica, aut legato, & ab ordinario eodem die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primo facta collatio, non appareat, nemine possidente, is erit cæteris præferendus, cujus conferens ampliore gaudet prærogativa. (501) Hac (y) ratione

(y) c. hi qui eod. tit. in 6.

Potentes ambiunt dignitates Ecclesiasticas. (499) Nobilissimas & præpotentes familias ad Ecclesiasticas dignitates adspirasse, vel illustris ille Arnolphus Metensis Episcopus, è cujus familia Carolus M. ortum trahit, exemplo nobis esse potest, ut nihil nunc dicam de illa querela Procerum apud Theganum *in vita Ludovici Pii*, plebejos ad Episcopatus promoveri indignantium. Videtur autem factum id ab initio ideo, quod utile visum fuisset Ecclesiæ, ut ei præessent Viri fortes & potentia validi, qui hostibus ejus cum terrore resistere possent. Z.

Dispensatio justa quæ? (500) Ut recte se habeat dispensatio, justa causa necesse est ut subsit. Sola enim Pontificis dispensatio pro justa causa non habetur, nec per solam dispensationem obtinuit. Imo ipsa tum dispensatio inutilis est. Causa autem qua dispensatio talis justificari potest, est vel generis nobilitas, vel literarum peritia. Ita Didacus Spino à Caceres *in specul testam. gloss. 3. n. 76.* Sed enim generis nobilitas nihil omnino facit ad obeundum officium Ecclesiasticum. Sed nec erudito quidem duplex officium permittendum erit, nisi utrique ille sufficiens fuerit. Z.

ad §. 26.

Abusus potestatis Papalis. (501) Supra dixi, quantas ea res turbas identidem dederit in Ecclesia, sicubi ab Ordinario alius, alius à Pontifice aut legato ejus electus fuerit. Hic vero dolendum adhuc istud est, quod in concursu duorum non præferatur is, qui dignior fuerit, sed cujus collator majores habet prærogativas. Ita sc. non tam Ecclesiæ commodum

quam

tione & iis,qui in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti,(502) debent in præbendarum assecutione cæteris, sive legatorum, sive aliorum quorumque authoritate antea fuerint admissi, anteferri.

Qui dicatur receptus authoritate Apostolica.

§. 26. Auctoritate (z) autem Apostolica receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui specialiter in ea re auctoritas Apostolica concessa fuerit, recipitur. Sed & si mandatum legati ratum habet (a) Rom. Pontifex, atque id auctoritate sua muniat,(503) ex eo receptus non legati, sed Apostolica intelligitur auctoritate receptus: atque ideo est in assecutio-

(z) *c. hi qui de præb. in 6.*

(a) *c. si eum super. d. tit. in 6.*

quam autoritas prælatorum attenditur, contra mentem Christi & Apostolorum. Z.

(502) Autoritate sc. apostolica, quod supplendum est. Ratio est, quia Legatorum reservatio non impedit collationem Pontificis, Papa enim illis privilegia adversus se valitura concessisse non intelligitur. Atque ideo reservationes legatorum semper explicandæ sunt, salva autoritate & reservatione Pontificia. Z. *Explicatio.*

ad §. 27.

(503) Unde etiam ratihabitione sua confirmare potest dominus, quæ à falso procuratore gesta sunt. *l. 56. de judic.* Ubi enim actus propter solum consensus defectum non subsistit, illo superveniente retro validatur *l. fin. C. ad SCt. Maced.* Sed ex his ipsis exemplis intelligi potest, in ratihabitionibus retrotractionem tum fere locum habere, quando actus ipse citra ratihabitionem subsistere nequit, cui & istud addendum est, non retrotrahi ratihabitionem aut confirmationem, quando agitur de iure tertii. Sic enim consensus Domini non retrotrahitur ad hypothecam Titio à Sejo constitutam, ut Cajo, qui tempore intermedio consensum in similem hypothecam impetravit, inde præjudicium inferatur. Pone ergo hic etiam, Titi- *Explicatio & dubium.*

 um

cutione præbendæ omnibus post eum receptis in Ecclesia dicta præferendus.

Expressio ejus quod tacite inest, nihil operatur, nisi per alium modum, quam quo tacite inest fuerit facta expressio.

§. 27. Aliud Juris est, si iis ad quos alias pertinet Canonicorum receptio, facultas concedatur ab Apostolico, ut aliquem recipiant in Canonicum ejusdem Ecclesiæ ordinationibus forte certum numerum Canonicorum præfigentibus non obstantibus:(*)hoc enim casu non Apostolica sed recipientium (504) censetur auctoritate receptus: nisi quod eum auctoritate Apostolica recipiant, in literis caveatur expresse. Quod si ad eos alias talis receptio non pertinebat, Apostolica dicetur auctoritate receptus. Alias vero, si literæ impetratæ certi numeri Canonicorum nullam fecerint mentionem, quod illarum occasione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem. (505)

(*) *c. 4. de rescr. in 6.*

um à Legato mandatum provisionale accepisse, Cajum vero ab ipso Pontifice, sed posterius, Titii deinde mandatum à Pontifice confirmari, numquid præferendus tum erit Cajo Titius, & num statuenda hinc erit retrotractio? Non arbitror, eo quod Cajo præjudicare nequeat actus posterior, Titii autem mandatum ante Caji interventionem ex sola Legati autoritate robur suum habeat. Sed ita mores sunt in Ecclesia Romana, ut in gratiam sui Pontificis sursum deorsum omnia vertant. Z.

ad §. 27.

Objectio. (504) Sed profecto apostolica id magis videtur autoritate fieri, cum supernumerarios sine dubio inviti sæpe recipiant capitulares, nec reciperent, nisi autoritate Pontificia adigerentur. Z.

Dubium. (505) Qui sic? num ergo, qui ita Ecclesiæ addicitur, inter Laicos

Papa non onerat aliquem pluribus provisionibus, nisi id exprimat.

§. 28. Illud etiam omittendum non est, non solere Apostolicum (506) eundem collatorem pluribus onerare provisionibus, nisi id velle se suis literis expresse fuerit complexus.

Mandati Apostolici fines sunt diligenter custodiendi, nec extenduntur, nisi ad casus expressos, etiam de consensu, & in præjudicium provisi.

§. 29. Sunt (*b*) autem Apostolici mandati fines diligenter custodiendi, ideoque non debent ad casus alios, quam expressos, extendi. Vnde cum injungitur, ut alicui de præbenda certi valoris provideatur, in præbenda minoris valoris, etiam impetrante volente, mandatum impleri non poterit. (507)

(*b*) *cap. cui de non sacerdotali §. idem de præb. in 6.*

Man-

cos adhuc erit connumerandus? At profecto mentio numeri Canonicorum non est de partibus essentialibus canoniæ, ut ea omissa Canonia plane frustra collata dici queat. Z.

ad §. 28.

Regula de provisionibus Pontificum.

(506) Hoc suo tempore non habere locum, sed gravari sæpissime ordinarios conqueritur Abbas *in c. mandatum X. de rescript.* Regulariter vero ordinarium non potest gravare Pontifex etiam uno mandato, nisi habeat collationem decem beneficiorum: habentem autem collationem quinquaginta & ultra, in duobus duntaxat, sed & limitate, ut in eadem Ecclesia cathedrali vel collegiata unum collatorem pro tempore in duabus præbendis non gravet. Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. l. 17. c. 11. num. 6.* Z.

ad §. 29.

Responsio ad objectionem.

(507) I. At summa minor inest majori, & per consequens, cum quis minorem summam spondet, quam de qua interrogatus est, non

totum

Mandatum faciens mentionem de collatione, non potest trahi ad præsentationem, vel institutionem.

(c) c. cum in illis. §. cum autem. de preb. in 6.

§. 30. Idem (c) observari oportet, si cui de beneficio, quod ad alicujus collationem spectat provideri mandatur: hoc enim casu de eo, quod ad ejusdem præsentationem, vel institutionem pertinet, provideri mini-

in totum vitiatur stipulatio, sed valet in summam istam minorem *l. 1. §. 4. ff. de V. O.* & qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur, ut minoris, si possit, emeretur, *§. 6. inst. de mand.* Verum, cum odiosa sint ejusmodi mandata Papalia, stricte ea, & prout litera jacet, sunt explicanda. Ita enim jus est, ut in odiosis, quod expressum non est, nunquam attendatur. Quemadmodum & alias in contractibus onerosis, veluti in emptione aut locatione, si quis quinque promittat requirenti decem, summa minor non validat contractum, sed talis promissor in totum habetur pro dissentiente *l. si decem 52. ff. locat* Gomez *2. resol. c. 10. n. 4.* Joh. Goedd. *de contr. stipul. c. 4. n. 71.* Z.

Explicatur Lancelottus.

II. Recte intelligenda sunt verba, *etiam impetrante volente.* Nimirum Titius acceperat mandatum provisionale à Papa, ut ipsi ab Ordinario provideretur in primo beneficio vocaturo majoris cujusdam ibi determinati valoris. Vacat beneficium minoris valoris. Petit hoc Titius ab Episcopo, & dicit se velle contentum esse eo. Hic igitur jam duo casus sunt distinguendi. Si Episcopus consentiat, eique hoc conferat, puto eum mandatum Pontificis adimplevisse. Si vero dissentiat, non puto eum cogi posse, etiamsi Titius urgeat, quod hoc minore beneficio velit esse contentus. Quamvis vero Pontifex & cum eo Lancelottus in verbis finalibus hic *(impleri non poterit)* videatur loqui de primo casu ac nobis contradicere, credo tamen eum ex ratione decisionis ex-

minime poterit,(508) nec etiam è converſo.(509)

Caſus reſignationis non includitur, nec verificatur in caſu mortis.

§. 31. Eodem ſpectat,(*d*) ſi quis ab Apoſtolica ſede mandatum ſuſcipiat, ut ab aliquo beneficii reſignatione recepta, idem beneficium alteri conferat. Si enim is, qui reſignaturus erat, rebus eximatur humanis, mandato locus non erit,(510) cum non per reſignationem vacaverit, ſed per mortem.

(*d*) *ca. ſuſceptum. de reſcr. in 6.*

Caſus

explicandum eſſe potius de caſu ſecundo, ac idem eſſe ac ſi dixiſſet; mandatum *impleri non debet* (ſcil. neceſſario ab ordinario.) T.

ad §. 30.

(508) Non enim mutandum eſt genus negocii, quemadmodum habens mandatum ad vendendas merces, non adimplet illud, ſi permutet merces, utcunque utrobique dominii titulus translativus interveniat. Rota Genuenſ. *deciſ. 9.* Et generaliter hoc obſervare debet mandatarius, ut obſervet fines non tantum circa ſubſtantiam actus mandati, ſed etiam circa omnes ejus qualitates. Petr. Paul. Pariſ. *conſil. 47. n. 42. 43.* Quo ipſo ſufficienter tueri ſe poterit mandatarius in re ſibi odioſa & damnoſa, ne latius extendatur mandantis, cui reſiſti non poteſt, injuſta uſurpatio. Z. *Ratio.*

(509) In Hiſpaniæ Regno non admittuntur reſervationes Pontificis, quas facit de beneficiis ad jus patronatus Laicorum pertinentibus, uti notat Didacus Spino à Caceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. n. 44. 45.* Z. *Obſervatio de moribus Hiſpaniæ.*

ad §. 31.

(510) Tradunt Doctores, ſi mandatum in forma ſua adimpleri impoſſibile ſit, poſſe mandatarium pro re nata fines mandati excedere. Gail. *de pac. publ. l. 1. c. 4. n. 29.* Rota Genuenſ. *deciſ. 64. n. 2.* & per æquipollens implere, *l. ult. §. ult. ff. mandat.* Mantica *lucubrat.* *Reſponſio ad objectionem.*

Casus futuræ vacationis non verificatur in casu novæ creationis.

§. 32. Idem obtinet, si literæ Apostolicæ super conferendo beneficio proxime vacaturo fuerint impetratæ. (†) Nam ad illud, quod post illarum impetrationem fuerit creatum, non extenditur. (511)

(†) *Clem. fin. de re-script.*

Appellatione beneficii non venit pensio.

§. 33. Et (*e*) si quis literas super obtinendis beneficiis usque ad certam summam impetraverit, eidem non in pensione, (512) sed in beneficiis Ecclesiasticis (513)

(*e*) *c. quamvis de præbend. in 6.*

---

brat. Vatican. lib. 7. tit. 15. n. 40. Qui enim facit æquipollens, videtur in finibus mandati perstitisse, *d. l. ult.* cum nihil intersit mandantis quomodocunque mandatum perficiatur, *l. 12. §. 3. ff. mand.* Sed & media ad istum finem ducentia mandatarius pro usu negocii potest eligere, quasi hæc ipsa ex bona fide insint mandato. Roman. *consil. 94. n. 8. & 9.* At vero utcunque in casu hic posito consulatur illi, cui provisum fuit, sive resignet alter præbendam, sive morte præventus eam vacuam relinquat, non tamen utrobique locum invenit mandatum in alterutrum tantum casum conceptum. Mandata enim ejusmodi odiosa sunt, vel quia derogant potestati Ordinarii, vel, uti Canonistæ volunt, quia ambitiosa sunt ex parte impetrantis, *c. quamvis 4. de præbend. in 6.* & ideo strictissime accipienda. Z.

ad §. 32.

Ratio. (511) Quia, quod noviter creatum est, dici nequit, quod vacet. Etsi aliquando contrarium statuerit Jacobus Simoneta, quem refert & refutat Petrus Gregorius *de benefic. c. 17. n. 1.* Et ubique scil. mandata talia stricte & præcise observanda sunt, ne & odium & ambitio latiores faciat progressus. Z.

ad §. 33.

Pensionum origo & intelligendo. (512) I. Pensionem definiunt, quod sit certa portio ex aliquo beneficio vel mensa ex causa ad tempus, non autem in perpetuum sepa-

ſeparata,pendens à proprietate beneficii,à quo extrahitur. Auguſtin, Barboſ. *de jur. Eccleſ. l. 3. c. 11. n. 3.* ubi deinceps de differentia portionis & beneficii prolixe agit. Et fatetur idem *n. 53.* antiquioribus Eccleſiæ temporibus non adeo in uſu fuiſſe tales penſiones,cum nec præbendæ quidem aut beneficia iis temporibus in uſu fuerint. Sane quæ primitus inſtitutæ fuerunt penſiones, vel meritorum de Eccleſia,vel inopiæ , vel infirmæ valetudinis videntur habuiſſe cauſam, neque tum improbari tales poſſunt; At quæ deinceps in Papatu invaluere, dum ſcil. quis absque juſta & legitima cauſa reſignat,& ideo tantum,ut ſe liberet à reſidentia, & onera vitet perſonalia,miniſtrandique labores effugiat, penſiones autem interim ſibi reſervat, ut genio indulgere & ventrem curare queat, iſtæ ſane penſiones ſunt mera ſacrilegia & turpes rapinæ. Vid. prolixe Marcus Antonius de Dominis *de Rep. Eccleſ. l. 9. c. 11. n. 18. ſeqq.* Annæus Robertus *l. 1. rer. judicatar. c. 7.* Et agnoſcit Petrus Gregorius *de benefic. c. 29. n. 2.* diviſionem beneficiorum , quæ fit per penſiones , prohibitam eſſe, eo, quod ſimoniacum ſit,prioratus & alias Eccleſias annua diſtractione vendere. Ideoque ut penſiones vitio ſimoniæ purgentur, autoritatem requirit vel ſummi Pontificis, ſi nulla allegetur cauſa,vel ſuperioris in genere,Papa tamen inferioris, ſi cauſa aliqua ſubſit. Z.

Diſtinctior explicatio notæ præcedentis ex Sarpio.

II. De Penſionum origine & arcano Politico Papatus ſub ea latente ita diſſerit Sarpius §. *50. p. 320. ſeq.* Videbatur equidem, quod Concilium Tridentinum abolitione Unionum, Commendarum, Regreſſuum,& Coadjutorum ſuſtulerit ſi non in totum,tamen quoad maximam partem abuſus Curiæ Papalis. Sed hæc majorem abuſum mox invenit introducendo penſiones. Et obſervarunt homines probi,Curiam Romanam ſublato uno abuſu ſemper excogitaſſe alium magis ipſi proficuum. Sciendum interim penſionum non eſſe demum inventum plane novum, ſed modos eas explicandi & frequentiam eorum eſſe novam. Cum bona Eccleſiaſtica nondum eſſent ſingulis propria ſed communia, penſiones ignorabantur. Cum ſingulis tribuerentur beneficia, conferebantur tota & ſine diminutione. Poſtquam vero Clerus de beneficiis litigare incepit,tum ſi jura par-

tium litigantium essent dubia, & una pars alteri cederet jus suum, permittebatur ut cedenti relinqueretur certa portio redituum sub titulo pensionis. (Houssæus notat: quod jam Glossa *ad cap. nisi essent 21. de præbendis* observaverit, ab his initiis occasionem sumsisse Clerum introducendi sequentes pensionum abusus.) Similiter si duo beneficiarii ex justa causa cum permissione Episcopi permutarent sua beneficia, permittebatur ei, qui meliorem præbendam alteri cedebat, sibi reservare pensionem *c. 6. de rerum permutat.* Ulterius si quis cum consensu Prælati alteri beneficium resignaret, relinquebatur ipsi pensio ad dies vitæ *c. ex parte 12. de offic. jud. deleg.* Hi tres modi pensionum introducti circa annum 1200. & in Gallia isti tres modi adhuc hodie admittuntur ut legitimi, rejectis reliquis pensionum inventis, videlicet quæ absque istis circumstantiis conceduntur tantum alteri, ut habeat, unde vivat, aut in præmium meritorum erga sedem Apostolicam, vel Servitiorum Ecclesiæ aut Prælato præstitorum, aut quod pensionarii sint homines eruditi, vel pii, vel ex Gratia Romani Pontificis; item quæ dantur infantibus bonæ spei; quamvis omnes hi casus pro legitimis habeantur à Canonistis. Qui eo dilabuntur, ut doceant, Papam posse concedere pensionem sine ulla causa ex quocunque beneficio cuicunque, pro lubitu, & accipientem esse securum in conscientia. Cum igitur olim quis tenere posset duo beneficia curata, unum tanquam titulum, alterum per modum Commendæ, aut utrumque per modum unionis, sed sub onere sustentandi Presbyterum in uno officium facientem, hodie ejus loco quis curat alteri dari beneficium cum titulo, reservata sibi pensione, id quod magis commodum est reservanti, cum antea beneficiarius teneretur respondere de neglectu aut aliis factis substituti, atque ita onus sustineret vigilandi super hujus actionibus. Sed reservata sibi pensione ea de re securus est, & nihilominus eodem lucro gaudet. Simili modo, si quis clam Coadjutorem admitteret, aut resignaret sub conditione regressus, debebat simul curam gerere beneficii ob interesse, quod illud recipere posset. Sed hodie resignans reservata pensione omnia cura vacuus est, cum pensionem suam retineat, sive alter moriatur, sive alteri cedat. Habet etiam pen-

sio

sio alia commoda majora, quam beneficium. Multa beneficia Presbyteris dicata sunt, adeoque requirunt debitam ætatem, ut quis Presbyter ordinari possit; Pensiones vero requirunt saltem primam tonsuram, & ætatem septennii. Imo pensiones dantur etiam Laicis, e.g. Equitibus S. Petri, S. Pauli, Piis, & Loretanis à Leone X. Paulo III. Pio IV. & Sixto V. institutis, & omnibus, quibus Papa eas conferre voluerit. Si quis plura beneficia teneret, semper contra hanc pluralitatem murmurabatur, & opus erat dispensatione pro magno pretio, ac nihilominus Doctores dubitabant, an obtinens tutus esset in conscientia. Alia plane res est intuitu pensionum; Numerus pensionum non est determinatus, nullus adest scrupulus in conscientia, neque dantur pensiones incompatibiles. Porro pensiones possunt concedi cum facultate eas transferendi in alium pro lubitu, quod in beneficiis sine formalitatibus resignationum fieri nequit, & cum resignationes non valeant, si resignans moriatur ante diem vicesimum, pensio poterit transferri in ultimo mortis articulo. Quinimo quod omnium utilissimum est, pensio potest extingui, hoc est pensionarius poterit ejus loco accipere magnam pecuniæ summam, cum alias in beneficiis ejusmodi contractus laborent vitio Simoniæ. Extinctio autem pensionis sic se habet. Cum beneficiarius quis pensionem solvere debet pensionario, dat majorem summam pecuniæ, ut in posterum à solutione pensionis liberetur, quæ summa pro ætate pensionarii communi conventione determinari solet. Olim si venderentur beneficia, credebatur per ejusmodi conventionem & DEum & homines offendi, hodie vero plane aliter se res habet, v.g. possideo beneficium, cujus reditus valent quotannis 200. thaleros. Resigno id Antonio, reservans mihi pensionem annuam dimidiæ partis redituum. Postea extinguo pensionem receptis 700. thaleris in una summa; atque sic absque peccato pro beneficio meo accepi 700. thaleros. Sunt equidem homines parum subtiles, qui arbitrantur, idem in rei veritate esse ac si vendidissem beneficium pro 700. thaleris. Sed hi quidem ostendunt, quod crassities ingenii eorum non sit apta ad recipiendas subtilitates Canonistarum. Cum autem solus Papa possit concedere pensiones, facile patet, quantum augmentum

§. 35. Interdum tamen, licet mandatum generale sit, ex persona impetrantis recipit restrictionem: ut si cui (g) præbenda proxime vacatura simpliciter pro- (g) *c. ei*
videri mandatur: nam si talis nondum in ea ætate (516) *cui de*
existat, ut ad sacerdotium promoveri possit, sacerdota- *præb. in 6.*
lis sibi præbenda (517) conferri non poterit. (518)

Ex loco sumitur rescripti interpretatio.

§. 36. Ex loci quoque expressione rescripti sumi- (h) *c. quam*
tur declaratio & ideo, (h) quanquam sub nomine Ec- *vis §.*
clesiarum Civitatis etiam Ecclesia Cathedralis compre- *quan-*
hendatur, cum tamen alicui de beneficio mandatur in *quam*
aliqua Ecclesiarum civitatis vel diœceseos provideri, ad *d. tit. in 6.*
Cathedralem Ecclesiam mandatum hujusmodi non extenditur: secus est, si in aliqua Ecclesiarum provincia

---

vata derivatur in Papam, literæ tales per extensivam interpretationem ita explicantur, ut possit per executorem illius beneficii collatio fieri. Z.

ad §. 35.

(516) Vid. supr. *tit. 22. §. sicut autem subdiacono &c. & tit.* *Remissio.*
7. §. *igitur is &c.* Z.

(517) Canonicorum corpus & sodalitium ex variis Ecclesiæ *Sacerdotalis*
ministris conflatum est, quorum alii sacerdotes, alii inferiorum ordi- *Præbenda*
num clerici. Atque hinc sacerdotalis præbenda dicitur, cujus nemo *quid hic denotet.*
capax est, nisi sacerdos. Nec tamen præcise, ut ipso actu sit sacerdos, requiritur, dum saltem in subdiaconatu sit constitutus, uti dicetur *tit. seq. §. 19.* Z.

(518) Quidni? cum in Papatu præbenda non amplius detur *Objectio.*
propter officium, & plerumque per alios, veluti substitutos, ministeria

Ec-

cia provideri mandatur: tunc enim & Metropolitana (519) & cæteræ Cathedrales Ecclesiæ tali mandato includuntur.

Ordo scripturæ declarat mandatum.

(*i*) *c. mandato de præb. in 6.*

§. 37. Ex ordine (*i*) quoque scripturæ (520) rescripti interpretatio sumitur, veluti cum Joanni de beneficio ad collationem suam, vel Pauli, pertinente ut alicui provideat, mandatur. Nam si plura simul beneficia

---

Ecclesiastica peragantur? Nihil igitur absurdum erit, conferre præbendam sacerdotalem ei, qui sacerdos propter ætatem esse prohibetur. Z.

ad §. 36.

Interpretatio contorta.

(519) At quæ est ratio differentiæ, quod mentione facta diœceseos non includatur Ecclesia cathedralis, mentione autem provinciæ includatur Ecclesia Metropolitana? Utique enim quod in diœcesi Ecclesia est Cathedralis, id in provincia est Metropolitana. Hic ergo deficit ratio, & necesse est, ut confugiant Canonistæ ad commune illud, quia lex ita scripta est. Dicit quidem Joh. Bapt Vivianus *in Ration. ad c. 4. de præbend. in 6.* ubi provinciæ facta fuerit mentio, quod tum uberiorem gratiam Papa præsumatur facere voluisse impetranti, quam cum diœceseos faciat mentionem. Ego id non nego, cum in provincia citius vacare possit beneficium, quam in diœcesi; sed hoc non facit, ut mentione diœceseos exclusa dici debeat Ecclesia Cathedralis, mentione autem provinciæ inclusa intelligatur Ecclesia Metropolitana. Z.

ad §. 37.

Ordinis Scripturæ efficacia.

(520) Ordo Scripturæ sæpissime attendendus est, uti observant Doctores, maxime Jason *in l. si servus plurium 50. ff. de leg. 2.* ita ut dignior censeatur, qui primo nominatur, ut late per Felinum *in c. cum dilecta col. 4. de rescript.* & Decium *cons. 609. vol. 4.* Sic igitur hic etiam, qui primo loco nominatus [est], conferre debet quia ipse

ficia vacare contigerit ad utriusque collationem separatim spectantia, tunc ordo scripturæ servandus est, & de illo beneficio providendum erit, quod ad Joannem noscitur pertinere.

Cum mandatur provideri de beneficio spectante ad provisionem plurium, intelligitur conjunctim.

§. 38. Si vero (*k*) de beneficio ad aliquorum collationem, vel præsentationem spectante, non adjecto communiter vel divisim, provisio injungitur facienda, in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius tantum pertinet, adimpleri non poterit. (521.) (*k*) *c. cum illis § fin. de præb. in 6.*

Ex insertione causæ elicitur interpretatio rescripti.

§. 39. Item insertio causæ declarat rescriptum sicut accidit, (*l*) cum clerico nullum beneficium obtinenti ob paupertatem per Episcopum de beneficio provideri mandatur. Nam si antequam ei provisum sit, beneficium fuerit assecutus, cessante causa (522) mandati, (*l*) *c. si pauper de præbend. in 6.*

---

ipse præcipue gravatus intelligitur, nec per consequens in alterius & secundo nominati damnum exonerare se hoc mandato potest. Z.

ad §. 38.

(521) Eo enim quod ad plures spectat, unum aliquem solum gravari, iniquum est. Etsi enim, quod commune est, id meum dicere possim, *l. 46. ff. de R. N. l. 2. ff. de cond. inst. l. 25. de V. S.* Gœdd. *ad l. 239. §. 9. ff. de V. S.* Rota Genuens. *decis. 14. n. 69.* non tamen vice versa quod meum est, id commune dici potest. Et hinc igitur si de communi beneficio mandatum conceptum fuerit, non debet onerari id, quod ad alterius solius collationem spectat. Z. *Ratio.*

ad §. 39.

(522) Potissimum finali, omnium aliarum causarum directrice, *Finalis causa arg. præstantia.*

dati, providere ſibi Epiſcopus in poſterum non tenetur.

Ex ſimplici mandato de providendo, non poteſt provideri obtinenti aliud beneficium, niſi fuerit id expreſſum: quo caſu ſolum unicum & non curatum beneficium obtinenti provideri poterit: & pluralis locutio reſtringitur ad duo.

(m) *c. is cui de prab. in 6.*

§. 40. Nam (*m*) & is, cui conceditur, ut idoneo poſſit in ſua vel aliena Eccleſia providere beneficium, aliud obtinenti providere non poteſt, niſi vel primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat, (523) vel

arg. l. in omni, ubi Bartol. *ff. de adopt. l. licet,* §. *ea obligatio ff. de procurat. c. poſt translationem X. de renunciat.* quia ratio finalis dicitur anima cujusque diſpoſitionis. Pet. Paul. Pariſ. *conſil. 78. n. 13.* Andr. Gail. *de pign. obſerv. 10. n. 3.* Z.

ad §. 40.

Pluralitatis beneficiorum origo & inconvenientia.

(523) I. Supra (*ad* §. *18. & 24.*) dixi, antiquis Eccleſiæ canonibus pluralitatem beneficiorum plane fuiſſe interdictam. Qua vero occaſione combinationes & conjunctiones deinceps invaluerint, neceſſe eſt hic exponere, & quidem verbis Petri Suavis *ex hiſtor. Concil. Trid. lib. 2.* Ita autem ille: *Vigentibus etiamnum Canonibus antiquis, quibus minime licebat unum aliquem in duos titulos ordinari, nemo unus poterat, niſi unicum beneficium obtinere. Cum autem bellorum & inundationum calamitatibus obventiones Eccleſiaſticæ adeo eſſent attritæ, ut ad victum miniſtrorum non ſuppeterent, factum inde, ut beneficium quandoque conferretur in eum, qui alterum jam tenebat; ſed eum tamen, qui utrique commode poſſet attendere. Quod quidem non tum factum in favorem ejus, qui beneficio fruebatur, ſed illius Eccleſiæ bono, ut quæ proprio miniſtro deſtituebatur, gauderet ſaltem aliquo miniſterio*

vel in concessione hujusmodi sit expressum, quod etiam

---

rio, qua mensura convenienter poterat præstari. Hoc deinceps colore quod unicum beneficium ad alendum ministrum non sufficiebat, neque facile reperiebatur, qui in se curam reciperet, porro itum est ad plura beneficia uni concedenda, etiam tum temporis, cum an necessitas Ecclesiæ id postularet, plane non constabat, tandemque posita pedetentim larva non puditum est, in gratiam ejus, qui sacerdotium tenebat, id ipsum facere, quod bono Ecclesiæ antea fiebat. Verum cum ea beneficiorum multiplicatio maximo apud populum offendiculo esset, necesse fuit eam moderari, & honestis nominibus obvelare. Unde quod jam invaluisset distinctio beneficiorum in ea, in quibus ad residendum ministri erant obligati, & alia in quibus non tenebantur residere, addita mox altera compatibilium & incompatibilium, atque incompatibilia dicta beneficia, in quibus erat residendum, compatibilia vero alia omnia, quæ & cum his & seorsim inter se retineri poterant. Sed in his omnibus semper honesto colori locus præcipue quæsitus subserviente glossa Canonistarum: plura uni beneficia deferenda non esse, nisi quando unum ministro alendo non sufficit. Quantum autem esset satis cuique, largo pede metiebantur, non personam, sed qualitatem personæ respicientes, neque id reputantes satis esse Sacerdoti gregario, quod non ipsi familiæque è consanguineis, tribus famulis, & equo alendo sufficeret. Quod si nobilis esset, aut bene doctus, eo plus illi largiendum. Neque est credibile, quam larga manu Episcopo portionem suam assignarint, dignitatem & decorum loci ejus contemplati &c. Refert ibi porro, quam invaluerit deinceps potestas Pontificia dispensandi circa incompatibilia, item quomodo commendæ & uniones Ecclesiarum in abusus degenerarint, quibus omnibus pluralitatem beneficiorum utcunque velare hactenus contenderunt Canonistæ. Obiter addo ab

iam beneficiatæ valeat providere personæ: quo casu uni-

Canonistis doceri, per adeptionem beneficii secundi, prius vacare ipso jure, sed tum demum, quando beneficiarius nactus fuerit pacificam possessionem secundi, cum libera fructuum perceptione, fraude cessante: non censeri autem vacare primum, quando fructus secundi ex aliqua causa alteri ad tempus debeantur *c. si tibi absenti, de præbend. in 6. & ibi Dd.* Ex quo iterum patet, munera Ecclesiastica inter Pontificios tantum ex reditibus æstimari. Quod autem de sufficientia beneficii & quæ in ea definienda attendi solent; dixit Petrus Suavis, optime intelliguntur ex determinatione facta à Martino ab Azpilcueta Navarr. *tom. 3. Miscell. 62. num. 7.* cujus verba hæc sunt: *Ut beneficium dicatur sufficiens alicui Clerico, quamlibet simplici & sano, requiritur ut valeat ad minus tantum, quantum est necessarium ad alendum mediocriter, sive modeste se, & unum ministrum & unum coquum focarium, & ad conducendam habitationem sibi necessariam. Ut autem dicatur sufficiens nobili etiam inferioris gradus, & magistro Theologiæ & Doctori jurium mediocris literaturæ, oportet ut valeat tantum, quantum requiritur ad alendum se & duos ministros, & unam equitaturam, & unum coquum focarium, & ad conducendam habitationem digniorem ea, qua eget Clericus simplex. Ad hoc autem ut sit sufficiens nobili mediocris ordinis, puta filio vel fratri Baronum & Vicecomitum, vel Magistro & Doctori præcellenti debet esse tanti valoris, ut possit alere se & unum coquum & unam equitaturam & quatuor ministros & conducere habitationem digniorem ea, qua eget Clericus nobilis & literatus ordinis inferioris &c.* Et sic progreditur ad gradus altiores in proportione dupla. Cumque vidisset, obstare sibi veterum Doctorum tradita, inprimis quod determinatum aliquando fuit, beneficium valoris quindecim librarum Parisiensium esse sufficiens, rem componit distinctione, ponendo sc. differentiam inter posse vivere honeste & posse vivere decen-

unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum

---

centee. Ad illud sufficere, si quis ita vivat, ut non cogatur mendicare; sed ad posterius plura requiri, & ad hoc ultimum pertinere suam, quam fecit, determinationem. Z.

II. Adde ad illustrationem notæ præcedentis, quæ Sarpius disserit §. 32. 33. p. 192. seq. Ubi simul docet originem distinctionis inter beneficia curata, seu residentiæ, seu incompatibilia, & inter beneficia non curata, seu simplicia, seu compatibilia. Nam istæ non sunt tres distinctiones diversæ sed synonyma, membrorum diversorum unius distinctionis. Addit, quod initio modeste dictum fuerit, quod tum demum liceat accipere adhuc aliud beneficium compatibile, si unum non sufficeret ad alendum beneficiarium, & quod non ausi sint tria beneficia cumulare, imo ne duo quidem, si unum sufficeret. Sed hoc quantum ad Episcopos. De Papa dictum fuit, quod possit Clerico conferre plura quam duo beneficia, si illa non sint sufficientia ad vivendum. Sed nimis largiter exponunt Canonistæ illam sufficientiam, docentes, quod simplici presbytero dandæ sint non solum necessaria ad ejus sustentationem, sed etiam ad sustentationem familiæ trium ministrorum, & unius equi, & insuper quæ requirantur ad excipiendos & tractandos peregrinos. Beneficiario nobili & literato præterea assignabant reditus convenientes ejus nobilitati. Quænam ad sustentationem Episcopi requirant Canonici, vix credibilia sunt, & quod Cardinales attinet, res facile judicari poterit ex vulgari dicto Curiæ Romanæ: *Regibus æquiparantur*. Et hactenus tamen versamur adhuc in terminis ordinariis. Sed omnes Canonistæ tenent, quod Papa possit permittere Clerico ut tot beneficia teneat, quot voluerit. Certe dispensationes super pluralitate beneficiorum ita excedebant, ut circa annum 1320. Johannes XXII. eas omnes revocaret, & limitaret usque ad duo beneficia, alterum curatum & alterum non curatum *cap. execrabilis de Præbend. in extrav.* Sed cum sibi reservaret dispositionem circa reliqua, facile

Illustratio dictorum ex Sarpio.

 sibi

tum obtinenti, (524) provideri poterit. Sed si concessum fuerit, ut provideri illi valeat, qui & alia beneficia noscitur obtinere, hujusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia non curata restringi.

Mandatum simplex de providendo, non extenditur ad beneficium curatum, vel electivum.

§. 41.

---

sibi persuaserunt sagaciores, eum non intendisse sublationem abusuum, sed potius incrementa ærarii proprii; quod etiam eventus docuit, cum pluralitates beneficiorum ab illo tempore adhuc frequentiores essent, quam antea. Conveniunt vero Canonistæ & Casuistæ, Papam non debere dispensare nisi ex justis causis, & quod peccet, si aliter faciat, sed non consentiunt de eo, qui dispensationem sine causa legitima impetravit, quibusdam defendentibus, quod dispensatio valeat coram DEO & hominibus, aliis contra statuentibus, quod proficiat saltem ad evitandas pœnas canonicas, sed quod coram DEO & in conscientia nihil ei prosit. Posterior sententia defenditur à plerisque probioribus, sed altera magis placet curiæ Romanæ, nullo modo permittenti, ut potestati absolutæ pontificis quicquam detrahatur, & potius defendenti, Papam posse etiam dispensare, ut aliquis simul teneat plura beneficia curata. Sed Aula Romana non opus habuit eo descendere, cum habeat alia media dandi plura beneficia sub tali specie, ac si unicum saltem beneficium esset, scilicet unionem & Commendam, de quibus infra agetur, de unione *lib. 2. tit. 19.* de Commenda *tit. seq. 28.* §. *10.* T.

Beneficia compatibilia & non compatibilia. (524) Multa est, uti dixi, disputatio de beneficiis compatibilibus. Et incompatibilia dicunt e. g. duo beneficia curata (i. e. quæ curam animarum annexam habent) duas dignitates, duos personatus, duo officia sive in eadem Ecclesia sive in diversis, & pleraque alia personalem residentiam requirentia. Et in his tamen nihilominus dispensari posse a Pontifice Romano. Quæ omnia prolixius exponere nostri nunc non est instituti. Z,

ad

§. 41. Ex natura quoque & beneficii qualitate Apostolicum rescriptum restrictionem recipit : nam (†) si de quibuscunque beneficiis provideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providendum non erit, (525) quibus hujusmodi cura noscitur imminere, illis quoque pro quibus scribitur ut de personatibus (526) & dignitatibus ad collationem, pro-

(†) *c. cum in illis in pr. & §. 11. de præb. in 6.*

---

ad §. 41.

(525) Ratio est in textu *c. 16. de prabend. in 6.* quia in illis, quibus beneficia curam animarum habentia, committuntur, major, quam in iis, qui ad alia promoventur, idoneitas requiritur. In dubio autem beneficium censetur non curatum, ac proinde asserenti curatum, incumbit illius probatio. Andr. Vallens. *tit. de præbend. & dign. §. 2. n. 2.* Z.

Curata & non curata.

(526) Dignitas Canonistis dicitur administratio rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione. Personatus vero est quædam prærogativa in Ecclesia sine jurisdictione, ut quia habet stallum in choro præ aliis honorificum aut quid simile. Vid. Guilielm. Redoan. *de Simon. part. 1. c. 13. n. 6.* Personatus autem vocabulum barbarum est, & post Alexandrum demum invaluisse, & ex Gallico idiomate petitum fuisse videtur, quod clerici honestiori nomine personæ vocentur, quam homines. Cujac. *ad rubr. de præbend. & dignit.* Ab his ergo honoratioribus Clericorum personis dicti personatus qui sunt functiones Ecclesiasticæ, dignitatibus inferiores, ut Diaconorum, hypodiaconorum atque Clericorum vulgarium. *c. quæsitum 4. caus. 1. q. 3.* Add. Nicol. Boër. *decis. 286.* Graviter autem invehitur in ejusmodi personatuum personas Henricus Cuykius *in specul. concubinar. cap. 8.* quod scil. animarum curatoribus subducantur decimæ atque emolumenta & in personas inutiles conferantur; nec servari eos posse contendit, nisi faciant ea, quæ Clericis incumbunt. Z.

Dignitates & personatus quid?

ad

provisionem, præsentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcunque provideatur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem præficiendi assumuntur.

Gratia alicui concessa, ut providere possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis, non expirat re integra per obitum concedentis: secus si personæ essent expressæ.

§. 42. Illud quoque omittendum non est. Quod si cui (n) nulla facta personarum expressione sit gratiose concessa facultas ut authoritate Apostolica aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitime devoluta, conferre: hujusmodi concessio etiam re integra, per obitum concedentis non expirat (527) secus, si super provisione certæ personæ facienda (528) eidem sit data potestas, non ob suam, sed ejus, cui providetur, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

(n) *c. si cui nulla de præb. in 6.*

Man-

ad §. 42.

Morte mandantis qv. expiret mandatum. (527) Quia gratiæ rescriptum refertur ad mandatarium, cui gratia fit. Quando vero rescriptum gratiæ non refertur ad mandatarium nec in ejus favorem gratia fit, mortuo concedente exspirat, si res integra sit. Ita si quis mandat servum in genere emi, inspicitur scientia ementis, si in specie, inspicitur mandantis. Et exinde conficiunt Doctores, mandatum solius mandatarii causa emissum non expirare morte mandantis. Z.

Declaratio. (528) Quod si datus sit executor non super provisione facienda, sed super gratia facta, potestas ista executoribus data, morte concedentis non perimitur, *c. 9. de off. & pot. jud. del. in 6.* Z.

ad

Mandatarius, cujus non est electa industria, potest alteri mandare.

§. 43. Illud etiam interest, utrum, cui ab Apostolica sede provisio de beneficio in certa Ecclesia, diœcesi, vel provincia certæ personæ facienda committatur, an de certa Ecclesia incertæ tamen personæ? (†) Primo enim casu licite quis vices suas alteri committere poterit: (529) secundo vero cum in eligenda persona mandatarii electa videatur industria, provisionem sibi commissam alteri demandare non poterit, nisi forma commissionis id habeat, ut per se, vel per alium hoc expedire valeat.

(†) *c. is cui 12. de off. jud. deleg. in 6.*

Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri.

§. 44. Postremo illud sciendum est, tam Turonensi (o) concilio cautum esse, ne præbendæ aliquam sectionem patiantur, quam ex Lateranensi, ne quis conferens beneficium Ecclesiasticum partem proventuum suis usibus retinere audeat, cum sine ulla debeat diminutione conferri. (530)

(o) *c. majorib. de præb. c. ut nostr. ut Eccl. benef. sine dimin. confer.*

DE

ad §. 43.

(529) An & quatenus Procurator & mandatarius substituere possit, tractant Dd. *ad l. 8. ff. mandat.* Succincte Petrus Costalius *ibid.* Generaliter tenendum est, non licere substituere, si negocium tale fuerit, quod industriam personæ requirat. Johann. Emeric. à Rosbach *in process. tit. 19. num. 27.* Oswald. Hillig. *in Donell. enucl. l. 18. c. 12. lit. s.* Z. *Mandatarii substitutio.*

ad §. 44.

(530) Non igitur subsistere possunt pensiones inter Pontificios frequentatæ, quales supra descripsimus. Ut tamen subsistant, pen- *Pensionum fraus & injustitia.*

DE INSTITVTIONE ET IVRE PATRONATVS.

TITVLVS XXIIX.

Quando dicatur provideri per Institutionem quid sit Jus patronatus, & quibus modis constituatur.

§. I.

ACcidit autem interdum, ut prælati (531) liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant: quod tunc evenit, cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis Jus obtinet patronatus: (532) tunc

pensiones nec beneficii appellatione contineri, nec beneficii partem facere contendunt Canonistæ *c. quamvis de præbend. in 6.* Certe dicendum est cum Divo Hieronymo *ad Rustic. lib. 2 ep. 13. Nunc sub religionis titulo exercentur injusta compendia, & honor nominis Christiani fraudem magis facit quam patitur.* Z.

TIT. XXIIX.

ad §. 41.

Prælati qui? (531) Prælati proprie dicuntur omnes illi, qui ordinariam in Ecclesia jurisdictionem habent, sive Episcopi illi fuerint, sive alii inferiores. Late & minus proprie etiam illi, qui in Ecclesia sine jurisdictione prærogativam & honorificum gradum habent. Z.

Ratio nominis Patroni & Patronatus. (532) Ratio nominis extat in *c. filiis, & c. decernimus 16. q. 7.* ubi patroni ideo tales dicuntur, quia ipsis defensio & cura Ecclesiæ incumbit solicita. Alii patronum dici volunt ad similitudinem patris. Sicut enim pater filium, ita patronus Ecclesiam ducit à non esse ad esse, ut loquitur Cæsar Lambertin. *de jur. patr. l. 3. qu. pr. art. 1. n. 14.* Faciunt huc verba Francisci Duareni *ex lib. 5. de Sacr. Eccles. minist. c. 4. Quamvis, inquit, dominus sit ejus soli, in quo basilicam ædificat, aut earum rerum, quas Ecclesiæ constitutæ donat*

tunc enim stricte sumpto vocabulo, non conferre, sed instituere (533) dicentur eos, quibus præsentante patrono providendum erit. Est igitur (p) Jus patronatus, potestas præsentandi (534) instituendum ad benefici- *(p) gl. i. can. piæ mentis. 16. q. 7.*

nat: tamen ratio juris non patitur, ut post consecrationem dedicationemque is locus aut aliæ res DEO consecratæ, in ejus dominio manere dicantur, quamvis eo verbo quidam abusi fuerint. Itaque patroni appellatio magis, quam domini ei convenire credita est, quasi Ecclesiæ defensor propugnatorque tantum sit. Potest & idcirco patronus appellatus videri, quod cum eo qui servum suum manumisit, aliquam similitudinem habeat. Is enim etsi dominus servi manumissi esse desinat, tamen jus, quod dicitur patronatus, in eum perpetuo obtinet. Z.

(533) Institutio igitur nihil aliud est, quam beneficii translatio facta ad præsentationem patroni, ab Episcopo vel Ordinario in Clerum, ut officium seu liturgiam in Ecclesia rite peragat. Et in hoc sc. differt à collatione, quod in collatione jus patronatus nullum sit, ut in institutione, sed præbenda libera. Unde dicunt Canonistæ, quod collatio beneficii facta à prælato contineat gratiam & liberalitatem non in dando, sed in cui dando, quia sc. tenetur beneficium conferre, sed non præcise huic aut illi; Institutio autem neque in dando, neque in cui dando contineat gratiam ex parte instituentis, cum prælatus etiam invitus præsentatum idoneum instituere teneatur, Didac. Spino à Caceres *in spec. testam gloss. 27 n. 61.* Z. *Institutio & Collatio quomodo differant.*

(534) Potestas hic denotat eam facultatem, quam ex gratia & tolerantia Canones concesserunt, cum jure stricto & vi veterum canonum jus præsentandi soli Episcopo competat. *c. omnes basilicæ 16. q. 7. c. quæcunque 10. q. 1.* Præsentatio autem nihil aliud est, quam personæ instituendæ ad officium vel beneficium vacans per Patronum Episcopo facta exhibitio. Alibi dicitur nominatio. *Novell. 123. c. 18.* Z. *Quid hic potestas & præsentatio.*

ficium vacans. (535) Constituitur autem tale jus variis

An jus Patronatus locum habeat in Ecclesia collegiata?

(535) I. Quemadmodum enim concessio muneris seu beneficii Ecclesiastici non vacantis facta in specie nullius est momenti *c. illud. 8. X. de jur. patr. c. ex tenore 13. X. de concess. præb.* & bonis moribus adversa: ita & talem in casum facta præsentatio. Beneficium autem istud restringendum est ex mente Canonistarum ad Ecclesias parochiales, vel capellas aut altaria. In Ecclesia enim cathedrali vel collegiali nullum relinquunt Patronis aut præsentationi locum, sed electionem tantum & collationem in illis admittunt. Didacus Spino à Caceres *in specul. testam. gloss. 4. princip. n. 11.* Z.

Propositio sententia Canonistarum.

II. Canonistæ hodierni in Ecclesia collegiata, cujus species est cathedralis, jus patronatus non admittunt quoad præsentationem Rectoris, licet illi locum faciant, quoad honores & similia. Covarruvias *in relect. cap. possess. de R. J. in 6. part. 2. §. 10. n 3.* Sed & extra personam rectoris & ejus prælaturam nolunt excludere jus patronatus, quoad alia officia inferiora, Rationem differentiæ reddunt, quia in Ecclesiis Collegiatis Rector eligitur, ista vero electio est quid mere spirituale, spiritualia vero non cadunt in Laicos; ast in beneficiis inferioribus non proceditur per viam electionis. Sed assertiones istæ parum firmo nituntur principio. Neque enim concedimus, electionem esse quid mere spirituale, neque spiritualia non cadere in Laicos, neque inferiores ordines non conferri debere per electionem.

Vana ejus fundamenta.

Respondetur ad rationem Covarruviæ.

Covarruvias *d. l.* statuit, eo ipso quod Ecclesia collegiata constituitur, simul dari & competere ipsi Collegio jus eligendi sibi prælatum per *c. 1. de elect.* & Patronum adeo collegiatam Ecclesiam constituentem sibi imputare debere, cum legem illam accipere teneatur, quæ ipsi actui jure inest. Sed ex positione unius non argumentari licet ad exclusionem alterius. Deinde Papa in textu non agit de Ecclesia collegiata. Porro ab electione in Ecclesia collegiata non excludi debent parochiani (ut patet ex verbis ejusdem *c. 1.* omissis a Raymundo, ap. Anton. Augustin. *in antiq. collect. 1. c. 1. h. t.*) multo minus ergo Patro-

tronus, cui potius jus competit. Nec pugnat cum statu Ecclesiæ collegiatæ præsentatio Prælati, cum Covarruvias ipse admittat, Patronum Laicum jus eligendi Prælatum habere posse, si id jus ex consensu Episcopi sibi exceperit &c. Aliam rationem denegatæ Laicis præsentationis in Ecclesia collegiata reddit Gregorius IX. *in c. 51. de elect.* Primo, quia id esset pernitiosum exemplo, secundo quia redundaret in dispendium Ecclesiasticæ libertatis. Sed prima ratio petit principium, imprimis cum olim ad totam Ecclesiam pertinuerit jus eligendi Pastores. Altera ratio in Concilio Tridentino a quamplurimis improbari cœpit, ut refert Petrus Suavis *in hist. Conc. Trident. lib. 8 prope finem.* Quod vero addit Pontifex, ordinationem factam denunciandam esse Patrono, ut suum, si voluerit, honestum impertiatur assensum, quod itidem a Clemente III. consultum fuit *c. 25. de Patron.* illudere magis videtur, & offutias inferre juri Patronatus, quam illud stabilire. Statuunt enim Dd. illam denunciationem esse magis honestatis, quam necessitatis, & electionem permanere, etiamsi nolit Patronus. Porro habere Patronos jus præsentandi etiam in Ecclesiis Cathedralibus exemplis confirmat Julianus Vivianus *de jure Patron. P. 1. l. 3. c. 1. n. 38.* Sed ut ipse vult *n. 37.* ex concessione Pontificis Romani. Contra Covarruvias *d. l. n. 5.* jus Patronatus Regum Hispaniæ ex præscriptione & Concilii Toletani XII. decreto deducit, & ex ipsa constructione & dotatione Ecclesiarum ortum statuit, & cum eo alii plures. Cum igitur Reges & Principes ex ædificatione & dotatione Ecclesiæ Cathedralis jus Patronatus acquirere soleant, quod pluribus aliis exemplis comprobat Renatus Choppinus *de sacr. polit. l. 1. c. 4.* quid obstat, quo minus etiam alii iisdem titulis patronatus hoc jus in majoribus Ecclesiis sibi comparare queant. Et decretum Concilii Tridentini *sess. 25. de reform. c. 9.* Reges solos, exclusis reliquis, ad præsentationem admittens, variis judiciis exceptum fuit, referente Petro Suavi *d. l. 8.* &c. Nec ratio apparet, cur concilium solos exceptos voluerit Reges & Principes a privatione juris patronatus, nisi forte metuendum sanctis Patribus fuit, ne perinde excitarentur super Episcoporum investituris. Imo longe majus metuendum est periculum ab eo, quem Prin-

Et ad rationes Gregorii IX.

De distinctione inter jus patronatus Regum vel Principum & aliorum inferiorum.

riis modis: veluti, Ecclesiæ ædificatione, dotatione & & similibus. (536)

Ædificans rite, vel dotans, acquirit Jus patronatus: & consequi debent commoda, quem sequuntur incommoda.

(*) *d. gl. 1. & c. filiis ead. caus. & c. nobis fuit de jur. patron.*

§. 2. Ædificatione acquiritur Jus patronatus, (*) cum quis Ecclesiam de consensu diœcesani, (537) Juris ordine servato construxit. (538) Dotatione acquiritur, ut

ceps ut Patronus præsentat, quam quem præsentat inferior, cum utique facilius & confidentius rejicere queat Episcopus hunc, quam illum &c. *Z. II. 3. §. 1. ad §. 6. conf. §. 14.*

Modi acquirendi patronatus.

(536) Modi, quibus requiritur jus patronatus, sunt vel regulares vel irregulares. Regulares sunt, fundatio, dotatio & ædificatio. Alii addunt ditationem, quam definiunt insignem ad dotem jam constitutam additionem. Irregulares sunt præscriptio & privilegium. Z. ad §. 2.

Remissio.

(537) Vide *libr. 2. tit. 18. §. quæcunque tamen. 9.* Z.

Differentia inter ædificationem, refectionem fundationem.

(538) Ædificatio est vel novi operis, & proprie extructionis nomine venit; aut est Ecclesiæ collapsæ & destructæ & dicitur proprie reædificatio seu redintegratio. Utroque modo jus patronatus acquiritur. Si tamen ruinosa tantum fuerit Ecclesia, ita ut pro parte tantum vel etiam integra, diversis tamen vicibus ex eadem vel diversa materia refecta sit, tum neque prior patronus jus suum amittit, nec reficiens ullum jus exinde consequitur. Sed nec ille semper, qui construxit opus, efficitur patronus. Si enim aliquis te inscio, in tuo fundo Basilicam ædificet, juri patronatus locus non est, per tradita ab Anton. de Butrio *ad c. nobiscum 25. n. 5. X. de jur. patron.* Cæterum vocabula ædificationis & fundationis quandoque ita usurpantur, ut alterum altero includatur. *arg. Novell. 5. c. 1. Novell. 67. c. 1. Novell. 131. c. 7. c. nos quidem 3. X. de Testam.* quemadmodum &

ut cum is, qui non fundavit, (539) Ecclesiæ pro dote certa bona assignavit. (540) Sicut enim in carnali matrimonio (541) ad onera sustinenda dos assignari debet,

& hic sub ædificatione fundationem comprehendisse videtur autor; utplurimum tamen inter se distinguuntur, poteritque alius esse patronus ratione fundationis, alius ratione ædificationis. Z.

(539) Regulariter & tanquam ex debito Ecclesiam dotare tenetur is, qui eam fundavit *c. cum sicut 8. X. de consecr. Eccles. & c. pia mentis 16. q. 7.* Ecclesia enim non est, nisi de dote ei provisum fuerit. Unde qui ædificat Ecclesiam tacita quadam obligatione ad dotationem obstringitur, *arg. l 38. ff. de acq. vel omitt. hared.* Si tamen alius fundavit, alius dotavit, utrique jus patronatus competit. Nec tamen ex quolibet liberalitatis actu hoc jus oritur, sed requiritur, ut dos sit congrua, & sufficiens ad sustentationem, *c. nemo 9. de consecrat. dist. 1.* cum modica dos pro dote non habeatur, Guil. *2. obs. 88. n. 10.* Quanta autem dos in specie assignanda sit monasterio, quanta Ecclesiæ collegiatæ, parochiali, vel etiam Capellæ, disquirit Paulus de Citanid. *part. 3. c. 2. n. 11.* Roch. *in verb. dotavit. n. 15.* Z. *De Dotatione Ecclesia.*

(540) Sive mobilia ea fuerint, sive immobilia, æstimata sive inæstimata. Hac ratione autem sæpiuscule fit, ut ille, qui fundavit Ecclesiam & dotem non constituit, perdat jus patronatus, & hoc alteri acquiratur, qui dotem constituit. Moribusque receptum est, ut illius arma & insignia radantur & ejiciantur, tum & sepulchra ex destinato loco tollantur. Didac. Spino à Caceres *in spec. testam. gloss. 4. n. 33. 34.* Hinc etiam si plures concurrant in acquirendo jure patronatus, non habetur ratio fundatoris vel ædificatoris, nisi vel ipse vel alius Ecclesiam ædificatam dotet, quia in tali acquisitione ultimus actus dotantis attendi debet. Idem *n. 35.* Z.

(541) Non eadem utriusque est ratio. Carnale enim matrimonium potest consistere absque dote. Sed Ecclesia sine dote diu consistere nequit. Z. *Observatio.*

(542)

bet, ita etiam concedenda ſunt Eccleſiæ, quæ ad luminaria, (542) & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum, & ad cætera ſacræ domui neceſſaria, ſufficiant. Inſtitutum eſt igitur ut quaſi cujusdam loco remunerationis (543) ad præſentationem patronorum in fundatis

(542) Vide quæ dixi infra *ad l. 2. tit. 18. §. 9.* Z.

Origo juris Patronatus

(543) I. Jus Patronatus Canoniſtæ dicunt eſſe gratioſum, quippe ex æquitate primum & tolerantia, nullo juſtitiæ debito introductum. Cum enim poſt ſeculum tertium non Principes tantum in ſuis territoriis, ſed privati etiam in ſuis fundis templa exædificarent, eademque magnificis dotibus locupletarent, æquum viſum fuit, eos aliquid juris inde retinere, quod ipſorum pietatis & ſingularis in Eccleſiam voluntatis perpetuum eſſe poſſet monumentum, ut loquitur Franciſcus Duarenus *de ſacr. Eccleſ. miniſt. l. 5. c. 4.* & ut magis incitarentur homines ad ædificandas & dotandas Eccleſias *c. nobis 25. X. de jur. patron.* Acceſſerunt deinceps confirmationes Juſtiniani *Novell. 57. c. 2. Novell. 67. c. 2. Novell. 123. c. 18.* Concilii Toletani IX. *c. decernimus 32. cauſ. 16. q. 7.* Caroli Magni, Ludovici Pii & aliorum. Carpzov. *in juriſpr. Conſiſt. l. 1. def. 13.* Finckelthaus, *de jur. patron. c. 1. n 5. ſeq.* Et certe, ſi recte novi Canoniſtas modernos, nec hoc quidem jus Laicis permiſiſſent, niſi id marſupiis ipſorum proficuum eſſet, & bona Clericorum ampliaret. Cum enim Laicis regulariter nullum omnino in bonis Eccleſiaſticis jus relinquant, nec ut iis ſeſe immiſceant, patiantur, *c. bene 1. diſt. 96. c. noverint 6. cauſ. 10. q. 1. & c. cum Laicis 12. de reb. Eccleſ. alien.* non ſane aliunde profectum jus hoc patronatus dicere poſſunt quam de gratia Eccleſiæ & Pontificis, *c. quoniam 3. X. de jur. patr.* & ibi Hoſtienſ. atque Petrus de Ancharano *n. 1.* Reges Hiſpaniæ utique longo jam tempore in ipſis Eccleſiis cathedralibus jus patronatus habuerunt. Id vero ſummis Pontificibus acceptum ferendum eſſe, profitentur Canoniſ-

noniſtæ, Franc. Loug. à Coriolan. *in ſumm. Concil. ad can. 6. Concil. Toletan XII.* Didac. Covarruv. *ad c. poſſeſſor. de R. J. in 6. part. 2. §. 10. num. 5. 6.* Didac. Spino a Caceres *in ſpec: teſtam. gloſſ. 4. n. 13.* qui duo tamen in hoc diſſentiunt, quod hic non ut ille præſcriptionem iſtius juris admittat. Quod vero non illi tantum, ſed alii etiam originem iſtius juris ex allegato Concilio Toletano XII. petunt, minus accuratum mihi videtur; quandoquidem illic non tam de jure Regio, quam de privilegiis ArchiEpiſcopi Toletani agitur, & in eum transfertur poteſtas confirmandi, quæ antea penes Concilium generale fuit. Attendantur ipſa verba diſpoſitiva, atque id, quod dixi, manifeſtum erit. Z.

II. Duplici jure Patronatus in Eccleſiis muniti ſunt Reges & Principes, regio & vulgari. Vulgari tamen non aliter, quam ſi vel ædificaverint, vel dotaverint Eccleſiam. Jus Patronatus regium conſiſtit in poteſtate regendæ ac tuendæ Eccleſiæ &c. quod illico à tempore Conſtantini M. competere illis cœpit, atque exercuerunt etiam olim non invitis Pontificibus. Ad exemplum hujus Patronatus Regii videtur introductum jus Patronatus vulgare, quod ex parvis initiis paulatim crevit. Antiquitus enim præter proceſſionis aditum, qui omni Chriſtiano debetur, nihil proprii juris in Eccleſiis à ſe fundatis aut ædificatis habebant Patroni, quem ſolum ipſis permittebat Gelaſius Papa *c. piæ mentes & c. Frigentius 16. q. 7.* &c. Quæ verba varii varie interpretantur. Alii, ut ſignificent, licere patrono in Eccleſiam à ſe fundatam & autoritate ordinaria confirmatam, convenire publice cum aliis Chriſtianis, quod alias non liceret; &c. Alii, ut procedenti Patrono in Eccleſiam, forte die ſolenni fundationis, Clerici occurrerent ſolenni cum proceſſione, &c. Alii, ut Patronus in Eccleſia primum & illuſtriorem locum obtineat, in proceſſionibus cæteros præcedat, & in aliis quoque iis præferatur. Quicquid vero hujus ſit, id maxime videtur probari poſſe, quod tempore Gelaſii patronus Eccleſiæ a ſe ædificatæ nondum habuerit jus præſentandi Clericos. A Juſtiniano plerique introductum autumant, ut Patronus Clericos inſtitueret, interveniente autoritate Epiſcopi. *novell. 57. cap. 2. & novell. 123. cap. 18.* In Occidente vero ſerius id admiſ-

Originis hujus variæ ætates.

Initio adítus Proceſſionis.

Jus præſentandi quando ortum.

Ooo ſum

ſum à Pontificibus Romanis, nec ut videtur ante Concilium Toletanum nonum cujus decretum apud Gratianum *c. decernimus 16. q. 7.* his verbis legitur: *Decernimus, ut quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita ſuperſtites fuerint, pro iisdem locis curam habeant ſolicitam. Atque Rectores idoneos in iisdem Baſilicis iidem ipſi Epiſcopo offerant ordinandos.* Antiquiora quidem adhuc, ſed obſcuriora ejus rei occurrunt veſtigia *in c. inparœcia 16. q. 1. & in c. Abbatem 18. q. 2.* de quibus tamen dubitari adhuc poteſt, utrum a Laico, Domino prædii Clericus propoſitus fuerit ex jure Patronatus per modum præſentationis, an vero per modum conſilii? Nec altius tamen hinc repetendum foret jus illud præſentationis, ex quo hodie jus Patronatus æſtimari ſolet, quam à temporibus Pelagii. Ab eodem Pelagio permiſſum fuit Patronis, ut partem aliquam oblationum, quæ ſolennibus diebus in conventibus publicis offerrentur, acciperent & ſibi retinerent, dummodo id fundationis tempore nominatim cautum fuiſſet, uti patet *ex. c. Eleutherius 18. q. 2.* Quod capitulum in antiquis editionibus & apud Contium Gelaſio tribuitur, ſed ab emendatioribus Pelagio vindicatum fuit. Iſtam vero conſuetudinem tolerare amplius noluit Concilium Bracarenſe II. apud Gratianum. *c. 8. de conſecrat. diſt. 1. Si quis Baſilicam non pro devotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificet, ut quicquid de oblatione populi colligitur, medium cum Clericis dividat, eo quod baſilicam in terra ſua condidit, hoc de cætero obſervari debet, ut nullus Epiſcoporum tam abominabili voto conſentiat, nec baſilicam quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis ſub tributaria conditione eſt condita, audeat conſecrare.* E contrario vero Patronis ad inopiam redactis neceſſaria alimenta præſtari debere in Concilio Toletano IV. *c. 37.* conſtitutum fuit: *Quicunque fidelium propria devotione de facultatibus ſuis Eccleſiæ aliquid contulerint, ſi forte ipſi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ pro temporis uſu percipiant.* Apud Gratianum *c. quicunque 16. q. 7.* Z. *II. 3. §. 7. ad §. 12.*

Alia jura Patronorum.

III. Alii ſimpliciter originem juris Patronatus Imper. Juſtiniano adſcribunt, cujus Novellæ Conſtitutiones ab Autore allegatæ hac

Aliorum opinio de origi-

is, vel dotatis Ecclesiis sacerdotes instituantur, nullo professionis vel sexus habito discrimine. (544)

Eccle-

hac de re certæ sunt; Et postea a Pontificibus idem receptum esse asserunt Finckelthaus, *de Jur. Patron. cap. I. n. 11.* Matth. Stephan. *ad Novell. 57. n. 3. & 7.* Jus Canonicum vero Concilio Toletano acceptum fert jus patronatus, quod si de Concilio Toletano IX. intelligatur, uti hoc innuit inscriptio *Can. Decernimus c. 16. q. 7.* & ipsa quoque inspectio hujus IX. Concilii idem docet, ita manebit salva sententia, Justiniano Imp. primam juris patronatus Constitutionem adscribendam esse. Verum si Concilium Toletanum I. evolvatur; jam tum ejus juris fundamenta ibi advertere licebit, dum in *cap. 30.* dispositum: *Clericos non esse ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint & Patroni consensus accesserit.* Et ea ratione multis ante Justinianum annis jam tum Patronorum ratio in Ecclesia fuit habita; Ubi enim ædificari cœperunt templa, & multi ex privatis quoque ex sententia consilioque Antistitis sui, pio religiosoque affectu res suas DEO consecrarunt, æquum visum fuit, ut amissa proprietate rei, aliquid tamen juris retineret, quod pietatis ipsius singularisque in Ecclesiam voluntatis perpetuum monumentum esset; Et cum antea ipse rei dominus fuisset, post consecrationem & dedicationem vero ipse Dominus amplius manere non posset, Patroni appellatio magis quam Domini ei competere visa fuit. Duaren. *de Sacr. Eccles. Minist. lib. 5. cap. 4.* Add. Gerhard. *de Ministr. Eccles.* §. *113.* S. *p. 431.* *ne juris Patronatus.*

IV. Objectio illa ex Concilio Toletano I. facile removeri potest. Agit enim saltem de consensu patroni. At hic solliciti sumus de jure præsentandi Patrono competente. T. *Responsio.*

(544) Lege prohibentur jus patronatus acquirere quos vel religio notat, vel culpa, ut infidelis, Judæus, excommunicatus, hæreticus, deportatus, servus pœnæ &c. Z. *Qui patroni esse nequeunt.*

Ecclesiasticus patronus habet ad præsentandum menses sex, laicus quatuor. Ecclesiasticus non potest variare, laicus potest.

§. 3. Sunt tamen inter Ecclesiasticos & Laicos patronos, (545) pleræque differentiæ. Nam (q) Ecclesiasti-

(q) *c. uni §. fin. de jur. patr. in 6.*

ad §. 3.

Alia differentia inter jus Patronatus Ecclesiasticum & Laicum.

(545) Jus ipsum patronatus distinguitur in Ecclesiasticum seu Clericale, & seculare sive Laicum. Hoc dicitur, quando quis sive Clericus sive Laicus ex proprio patrimonio Ecclesiam extruit aut dotat. Illud vero, quando ex bonis Ecclesiasticis alia Ecclesia ædificatur, vel collapsa penitus in pristinum melioremve statum deducitur. Etenim in hac distinctione non qualitas personæ fundantis aut dotantis attenditur, sed bonorum conditio, ex quibus fundatur Ecclesia. Per consequens, etsi patronus sit Clericus, si tamen ex ipsius bonis jus patronatus acquisitum sit, laicum, seu laicale dicitur, non Ecclesiasticum, Covarruv. *c. 36. pract. obs. n. 2.* Si vero initio quidem ex bonis laici acquisitus fuerit patronatus, postea autem in Ecclesiam justo titulo translatus, censebitur Ecclesiasticus *c. un. §. ult. de jur. patr. in 6.* Lambert. *l. 1. qu. 1. art. 8* Cavarruv. *d. l. n. 5.* Statuunt vero recentiores Doctores inter Ecclesiasticum & Laicum jus patronatus etiam in præsentando aliquam differentiam, quod scil. patronus Ecclesiasticus teneatur præsentare digniorem, patronus autem Laicus officio suo defunctus sit, si dignum saltem & idoneum præsentet. Thom. Hurtado *tract 12. c. 1. n. 16. 1. seq.* Quasi vero non unusquisque pro virili salutem Ecclesiæ procurare obstrictus sit. Atque hoc cum negare nequeant Canonistæ, restringunt tantum ad forum conscientiæ; in foro autem externo etiam ab Episcopo præferri posse dignum, prætermisso digniore statuunt. Didac. Spino a Caceres *d. l. n. 83. 84.* At putabam ego, forum Episcopi externum quam proxime accedere foro conscientiæ interno, nec diversum quid facile admittere, cui committendo conscientiæ dictamen repugnet. Z.

(546)

ſiaſtico ad præſentandum ſex menſium conceditur ſpacium, Laico quadrimeſtre tempus datur. (546) Et videtur optima ratione inductum, ut longius præfigatur tempus Eccleſiaſticis, quippe (r) quibus ſemel facta præſentatione, amplius variare minime licet: quod in Laicis diverſum ſtatuitur. (547)

(r) *c. paſtoralis d. tit. & c. un. in Epi-gl.*

(546) Quid ſi Eccleſia ſive Clericus nomine Eccleſiæ & Laicus ſimul ex pari cauſa jus patronatus teneat? Eccleſiaſticum id cenſetur jus patronatus, & idcirco laicus præſentando non ut alius quatuor, ſed ſex menſes habet. Quippe privilegium Eccleſiæ hic tranſit ad Laicum in modum ejus, qui rem communem habet cum pupillo, de quo elegans exemplum eſt in *l. 10. ff. quemadm ſerv. amitt.* Quia igitur jus patronatus tanquam ſervituti conſimile, diviſionem non recipit, ſacrum tanquam dignius ad ſe trahit minus ſacrum. Cæterum tempus iſtud lege definitum non currit a tempore vacationis ſed a tempore notitiæ *arg. l. 6. ff. de calumniator. & c. biduum 29. cauſ. 2. q. 6.* Roch. de Curte *c. honorificum 3. n. 57. h. t.* Camil. Borell. *deciſ. tom. 1. tit. 32. n. 69.* Didacus Spino a Caceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. n. 21.* Z. *Notabilia de tempore præſentationis.*

(547) Quia variatio in clerico levitatis aliquod argumentum præbet, ſive quia præſentatio facta a Clerico vim habet electionis: ab Laico non item. Mart. Mager. a Schönberg *tr. de advocat. armat. cap. 9. num. 556.* Franciſc. Zabarell. *c. 1. de jure patr. in Clement. n. 6.* Diverſitatis rationem modo datam rejicit Didacus Spino a Caceres *in ſpec. teſt. gloſſ. 4. n. 76.* eo quod nullo modo præſentatio vim electionis habere poſſit, cum per electionem acquiratur jus in re, non vero per præſentationem. Ipſe vero hanc potius reddit diverſitatis rationem, quia patronus Laicus ex ignorantia ſua in præſentando idoneo errare poteſt, quod non præſumitur de patrono Eccleſiaſtico, propter majorem, quæ in eo requiritur, ſcientiam. At enim ſi verum eſt, quod idem dixit Spino *n. 75.* Clerico etiam, qui *Jus Canonicum hic non cohæret.*

Episcopus qui instituit secundo loco præsentatum, in pœnam tenetur providere etiam primo præsentato.

(†) *d. c. pastoralis.*

§. 4. Sed si laicus,(†) cui plures præsentandi tributa est facultas, primo Joannem instituendum offerat, secundo loco Paulum utrunque idoneum, (548) Ordi-

habet jus patronatus Laicum, non minus atque Laico variationem permitti, facile hinc colligere licebit, nihil omnino facere scientiam præsentantis, ut hinc diversitas aliqua induci debeat. De clerico namque, qui habet jus Patronatus Laicum, non minor præsumenda est scientia, atque de Clerico qui habet jus patronatus Ecclesiasticum. Quin & inter Laicos sæpe inveniuntur Viri scientia & rerum peritia insignes, quibus tamen haudquaquam denegatur variatio. Est ergo hoc ex numero eorum quæ in jure Canonico non satis cohærent. Cæterum variatio, quæ hic permittitur Laicis tum demum obtinet, si variet Laicus cumulando, non omnino a nominatione recedendo. Panorm. *ad c. cum dilectus 28. n. 1. X. h. t.* Aymo Cravetta *consil. 63. num. 3.* etsi variatio diversis vicibus & aliquoties facta fuerit. Neque etiam ex hoc. Quod secunda & tertia aut etiam quarta aut quinta intra quadrimestre spacium fit præsentatio per ultimam a prioribus receditur, sed adhuc cumulative factæ intelliguntur omnes, nisi de contraria mente præsentantis aperte constet. Didac Spino a Caceres *in spec. testam. gloss. 4. n. 73.* (2) si fiat illa variatio ante institutionem Episcopi, post eam enim primo præsentato Canonistæ dicunt jus esse acquisitum. *c. quod autem 5. vers. quoniam X. h. t c. si tibi absenti 17. de præbend. in 6.* Sed & si concurrat Clericus & Laicus in jure patronatus, Laicus variare nequit, cum & hic dignius ad se trahat minus dignum. Z.

ad §. 4.

Tollitur obscuritas Lancelotti.

(548) Obscurior hic est autor, quam *cap. pastoralis 29. X. h. t.* ex quo totus hic paragr. desumptus est. Enim vero si eo casu, quo ab

Ordinarius autem ſecundo loco præſentatum inſtituat: videamus, an primus appellare valeat: (*) & ſtatutum eſt, de ſecundo factam inſtitutionem infringi non poſſe: Epiſcopum tamen, qui primo loco præſentatum dolo recuſavit admittere, recuſato, ut in competenti beneficio provideat, compellendum: ut in eo puniatur, in quo eum deliquiſſe conſtat. (*) *c. quod autem c. cum autem d. t.*

Legatus de latere poteſt derogare Juri patronatus Eccleſiaſticorum, non laicorum. Eccleſiaſtico patrono reddenda ratio proventuum patronatæ Eccleſiæ, ſecus laico.

§. 5. Legatus (s) etiam beneficium in præjudicium Eccleſiaſtici patroni, (549) ut ſupra tetigimus, conferre poteſt: cum in laicis diverſum accidat. Item Eccleſiaſtico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in laico minime obtinet. (550) (s) *c. cum dilectus de jur. pat. c. dilectus filius de Off. Legat.*

Patronus laicus poteſt deferre ad ſuperiores clericos, qui dilapidant bona Eccleſiæ, cujus eſt patronus.

§. 6.

ab Laico duo idonei ſimul præſentati ſunt, judicio Epiſcopi relinquendum eſt, utrum eorum inſtituere velit *c. cum autem 24. X. eod.* non poterit compelli Epiſcopus, ut ei qui primo loco præſentatus fuit, & quem dolo admittere recuſavit, in competenti beneficio provideat. Caſus ergo ita formandus eſt, ut ponatur, poſt recuſationem doloſam & poſt interpoſitam a præſentato appellationem, alium ab Laico patrono præſentatum fuiſſe. Z.

ad §. 5.

(549) Imo etiam Laici, uti poſtea invaluit, de quo utroque conqueruntur Principes Germaniæ in comitiis Noribergenſibus *gravam. 67.* Z. *Objectio.*

(550) Differentiam hanc negat poſt alios Didacus Spino a Caceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. n. 90,* & concludit, patronum tam *Alia objectio.*

laicum

(t) *can. filius vel 16. q. 7.*

§. 6. Licebit (*t*) tamen (551) patrono laico, si sacerdotem ex collatis in Ecclesiam rebus fraudare cognoverit, aut honesta illum conventione compescere, aut Episcopo vel competenti judici corrigenda denunciare: quod si talia agere tentet & Episcopus, Metropolitano ejus hæc insinuabit: sin autem & Metropolitanus talia gerat, Principis hæc auribus (552) si aliter Ecclesiæ consuli non possit) intimare non differet.

Jus patronatus transmittitur ad quoscunque hæredes: & plures succedentes uni, habent vocem unius, nec hæres patroni institutum mutare potest.

§. 7. Successione quoque Jus patronatus acquiritur: quod quidem procedit, sive sui, sive extranei, (†) sive

(†) *gl. in verb. herede Clem. 2. d. jur. patr.*

laicum, quam clericum habere solum præsentationem, neque circa reditus Ecclesiæ & expensas quicquam disponere valere, & in eam rem adducit decreta Concilii Tridentini. Nos vero è contrario statuimus, rationes Ecclesiasticorum redituum reddi debere toti Ecclesiæ, & hinc neque Patronum, utcunque is Laicus fuerit, excludendos esse Vid. Carpzov. *in Jurispr. Consist. lib. 2. def. 316.* Z.

ad §. 6.

Ratio.

(551) Non tantum ideo, quod intersit Patroni sarta tecta conservari bona Ecclesiæ, cum ei ad paupertatem redacto temporalis vitæ suffragia ab Ecclesia suppeditari debeant, sed etiam quod communis id jubeat pietas. Z.

Jus Principis circa sacra.

(552) Euge! Ergo Principi aliqua competit potestas circa personas & res Ecclesiasticas, quod hodie vix admittunt Pontificii; & timide id ipsum hic asseruit autor, addita scil. parenthesi (*si aliter Ecclesiæ consuli non possit*) quæ non habetur in *c. filiis vel nepotibus 16. q. 7.* Vid. Renat. Choppin. *de sacr. polit. lib. 3. tit. 11.* Z.

ad

five ex teſtamento,(553) ſive ab inteſtato ſint hæredes. Plures tamen ab uno ex patronis Eccleſiæ relicti hæredes, vocem duntaxat unius habebunt (554) in præſentatione Rectoris, nec jam inſtitutos mutare poterunt.

Si

ad §. 7.

(553) Dubium eſt, utrum jus patronatus ſpecialiter legari poſſit eo quod alias titulo ſpeciali non transferatur, niſi donatione & permutatione jure Canonico expreſſis. At quia legatum nihil aliud eſt, quam donatio quædam, nil prohibet, uti per donationem, ita etiam legati titulo jus patronatus transferre. Anton. de Butrio *ad c. cum ſeculum 13. n. 2. h. t. & ibid.* Joh. de Anania *num. 4.* ita tamen, ut, ſi legetur jus patronatus privato alicui Laico aut etiam Clerico proprio ipſius nomine, Epiſcopi interveniat conſenſus *c. quod autem 5. verſ. de cætero, & c. illud 8. X. h t.* Z *An jus Patronatus legari poſſit.*

(554) Hoc locum habet eo tantum caſu, quando defunctus habuit Compatronos. Atque id non tantum in pluribus deſcendentibus locum habet, ſed etiam in collateralibus propter generalem textum *in c. plures X. h. t.* & rationem, quod alias facile abſorberetur jus compatroni ſupervenientis, qui unum tantum votum habet, & iſta communione ſemper excluderetur à pluribus concurrentibus. Quod ſi vero defunctus Compatronos non habuerit, heredes ejus non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedent, adeoque tum heredes non habebunt vocem unius, ſed quilibet proprium ſuffragium, propterea quod ceſſet hic ratio illud jus abſorbendi atque excludendi ſuffragium alterius, qui eſt in communione, per votorum majoritatem. Illud tamen conſtat, jus patronatus eſſe quid individuum, & ideo apud ſingulos eſſe in ſolidum, nec dividi ſecundum portiones hereditarias. Unde ſuccedens in plures partes, nihilo plus conſequitur, quam qui ſucce... in pauciores. Quemadmodum & qui plus contulit in dotatione, *Quatenus plures heredes uno voto ſaltem gaudeant.*

Ppp ne,

Si patroni in præsentatione non sint concordes, attenditur major & melior pars.

(*u*) *c. quoniam in de jur. patr.*

§. 8. Etsi (*u*) forte in plures partes patronorum se vota in præsentando diviserint, ille præficiendus est Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurium approbatur consensu. (555)

Si

---

ne, nihilo plus de jure patronatus acquirit, quam qui minus contulit. Z.

ad §. 8.

Monita de meritis & pluralitate votorum.

(555) Optandum esset, ut & meritis & pluralitate votorum competitoribus suis superior semper esset instituendus; sed fieri tamen quandoque solet, ut pluralitas votorum in hominem minus idoneum dirigatur, quo casu utile esset, argumentis suasoriis majorem partem adigere, ut minori consentiat, quod ipsum tamen obtineri raro solet. Pluralitas autem votorum quomodo æstimanda sit, variant Doctores. Alii majorem partem eam esse dicunt, quæ consideratur in comparatione partis minoris, e. g. sint decem heredes, quorum quinque præsentant Titium, tres Mævium, duo Sempronium; hic Titium pluralitate votorum prævalere volunt. Alii majorem partem dicunt eam, quæ talis est respectu omnium simpliciter, & sic, ut Titius prævaleat, necesse est, ad minimum sex ut in eum dirigantur suffragia. Joh. de Lignano *in c. plures 2. h. t.* Interesse videtur, utrum jus patronatus competat pluribus ut singulis, an vero pluribus, ut universis, & sic collegialiter. Primo casu, pluralitas est consideranda respectu minoris partis, qua ratione si quinque præsentant Titium, tres Mævium, duo Sempronium, vincit Titius. Secundo casu pluralitas est consideranda respectu totius. Et hac ratione, nisi Titius ad minimum sex habuerit vota, haudquaquam plurium consensu approbatus dici poterit. Vid. Nic. Boer. *decis. 111.* Et inter hos duos casus ista adhuc est differentia, quod in primo non necesse sit ut omnes simul conveniant in eodem loco ad faciendam præsentatio-

Si Ecclesia ob patronorum discordiam detrimentum patiatur, potest Episcopus interdicere divinis.

§. 9. Quod si (x) ita simultates inter eos ortæ fuerint, ut sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit, si aliter provideri non poterit, præcipere debet Episcopus, ut ibi missarum solennia non celebrentur, (556) donec patroni ad concordiam redeant: quod si intra quatuor menses (*) factum non fuerit, tunc ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum DEum judicaverit ordinandam.

(x) *c. 1. extr. eod. tit.*

(*) *c. quoniam c. si vero c. cum propter de jur. patr.*

Episcopus potest ex causa Ecclesiam patronatam secundum certam formam commendare.

§. 10. Quod si necessarium aut expediens esse duxerit, poterit etiam interim Ecclesiam alicui (557) commen-

tionem, sed sufficiat si seorsim suffragia ferant; in secundo vero congregatio in eodem loco necessaria sit. Aymo Cravetta *consil. 63.* Cæterum si concurrant heredes masculi & fœminæ, & inter se dissentiant, præfertur ille, qui præsentatur à masculis. Didac. Spino à Caceres *in spec. testam. gloss. 4. n. 48.* Z.

ad §. 9.

(556) Quotidianum hoc est inter Pontificios, ut si quacunque Clerici injuria afficiantur omnis intermittatur cultus divinus, quod utrum inter Christianos id licite fiat, ipsorum relinquitur conscientiæ. De missis autem & earum superstitioso apparatu dicendi locus erit *libr. 2.* Z.

Arcanum Clericale.

ad §. 10.

(557) I. Commendarum sive commendationum originem & progressum ita exponit Petrus Suavis *hist. Concil. Trid. lib. 2.* *Bello,* inquit, *aut pestilentia aut alia ejusmodi causa sic per regionem aliquam grassante, ut in ministri vita functi locum alius statim* eligi

Commendarum origo & abusus.

(†) *c. nemo deinceps de elect. in 6.*

mendare, (†) ita tamen, ut si parochialis sit Ecclesia, nemini commendetur, qui non sit in sacerdotio constitutus: nec hujusmodi commenda ultra semestris tem-

eligi non possit, is, penes quem regimen erat & ministratio Ecclesiastica, vacantem Ecclesiam homini notæ probitatis & doctrinæ commendabat, ut præter Ecclesiæ propriæ curam, vacantem etiam administraret, quoad de proprio & peculiari Rectore ei provideretur, qui tamen nullam in Ecclesiæ facultates potestatem exercebat, nisi ut rite eas gubernaret, conservaretque. Temporis progressu Commendatarii varios sive necessitatis sive honestatis adspectus obtendentes, fructus occuparunt, atque ut diutius iis fruerentur, quo minus Ecclesiæ aliter prospiceretur, varia impedimenta objectare solebant. Cui malo ut iretur obviam, præscriptum, ne Commenda duraret ultra sex menses. At Pontificibus visum ex plenitudine potestatis multo longiori tempore Ecclesias id genus commendare, tandem etiam durante vita commendatarii, & cum eo, ut facultas esset, præter impensas necessarias, emolumentis omnibus utendi fruendi. Sic quod utiliter fuit excogitatum, cum à prima institutione degenerasset, temporibus corruptis adhibitum ad pluralitatem palliandam; cum beneficiato alud beneficium, aut plura commendarentur: servatis sc. verbis legis, de non conferendo nisi unico uni personæ beneficio, sed mente neglecta, quandoquidem Commendatarius ad vitam, re & effectu non differebat ab eo, qui cum titulo possidebat. Et quidem in immenso beneficiorum commendatorum numero adeo fœde ac turpiter ab officii tramite est exorbitatum, ut hoc ipso seculo, postquam Lutherani se commovissent & reformationem omnes deposcerent, Clemens VII. Papa non erubuerit anno 1534. Hippolito Medicæo Cardinali nepoti suo, omnia per Orbem beneficia secularia & regularia, dignitates & rectoratus, simplicia & curata vacantia commendare, spatio sex mensium, ab eo die, quo in possessionem

temporis ſpatium vires ſuas porrigat: nec in unius perſona, niſi unica fieri poterit.

Epiſcopus in Eccleſia juris patronatus laicorum ex cauſa poteſt ponere œconomos, qui colligant fructus erogandos in utilitatem laicorum.

§. II. Erit (y) etiam Epiſcopo facultas in Eccleſiis, in quibus Eccleſiaſtica perſona præſentationem non habet, ſi vel minus idonei præſententur, vel alia de cauſa aliquos in eis inſtituere non valeat, œconomos ponere, (558) qui fructus percipere debeant in Ec-

(y) *c. cum vos de offic. ord.*

nem eorum mittendus eſſet, computandorum, cum poteſtate de fructibus omnibus arbitratu ſuo diſponendi, eosque in uſum ſuum convertendi. lib. 6. fol. 561. Franciſc. Duaren. *de ſacr. Eccleſ. miniſt. lib. 5. c. 7.* Matth. Stephan. *diſcurſ. Academ. 5. vol. 2.* Camill. Borell. *deciſ. lib. 1. tit. 31.* Z.

II. Adde eundem Paulum Sarpium *de beneficiis* §. *35. p. 211--216. & ibi notas Houſſæi.* T.

ad §. II.

(558) I. Oeconomi ſive proviſores Eccleſiarum, omnium rerum Eccleſiaſticarum gubernationem ab Epiſcopo nomine ipſius, cui & rationem reddere compelluntur, habent. Vid. *l. jubemus 14. C. de SS. Eccleſ.* Sic enim definiuntur Oeconomi tales, in *l. 3. C. Theod. de his qui ad Eccleſ. conf.* quod ſint qui Eccleſiaſticas conſueverunt tractare rationes. Et illi non Epiſcopalibus tantum Eccleſiis, ſed aliis etiam, & ipſis etiam monaſteriis, & quidem ab Epiſcopo cui Eccleſia aut monaſterium paruit, præfecti fuerunt, uti patet ex *cap. 4. in fin. X. de juram. calumn.* Dicti fuerunt aliquando actores Eccleſiæ, fueruntque in una Eccleſia tales ſæpenumero plures: Vid. Dav. Blondell. *in Pſeudo Iſidor. ad Alexandri Epiſt. 1. pag. 171.* Patet autem ex hoc paragrapho primam inter pontificios curam eſſe redituum, non Eccleſiæ ipſius aut officii Eccleſiaſtici. Z.

Oeconomorum origo & poteſtas.

Ecclesiarum utilitatem erogandos, aut his qui quandoque instituentur, fideliter reservandos.

Pa-

Sententia Hieron. à Costa de orig. & potest. Oeconomorum.

II. Hieronymus à Costa *de origine & progressu redituum Ecclesiasticorum p. 21. seq.* originem Oeconomorum ita narrat: Statim primis seculis post Christum natum, cum Episcopi & Diaconi curam haberent redituum Ecclesiasticorum, jam tempore Constantini M. multi abusus deprehendebantur in illorum administratione, unde in Concilio Gangrensi adversus Eustatienses, dividentes inter se bona Ecclesiastica decernebatur *can. 7. & 8.* ut solus Episcopus, & illi, quibus commendasset administrationem redituum Ecclesiasticorum reciperent & distribuerent bona Ecclesiis oblata. Sed paulo post accidebat (vid. Concil. Antioch. *c. 23.*) ut ipsi Episcopi potestate sua abuterentur. Cum enim plerumque egeni & pauperes essent, retinebant magnam partem bonorum Ecclesiasticorum, ad sustentandam familiam suam. Huic malo ut aliquo saltem modo obviam iretur, statutum fuit, ut liceret quidem Episcopis dare quandam partem eleemosynarum cognatis suis, sed ut prohiberentur tamen vendere fundos & bona immobilia Ecclesiæ. *Can. Apost. 37.* Quin & administratio redituum Ecclesiasticorum eo modo fuit restricta, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi de ea rationes redderent. Et concilium quidem Antiochenum statuit, ut Episcopi has rationes redderent in Synodis provincialibus. Ne vero confunderentur bona Episcoporum propria cum bonis communibus Ecclesiæ (*vid. can Apost. 39*) singuli Episcopi statim post electionem declarabant, quænam bona ipsorum propria essent, quæ adeo separata erant a bonis Ecclesiasticis, & de quibus ipsi Episcopi tam inter vivos quam per ultimam voluntatem disponere secundum leges Civiles poterant. Verum cum non obstantibus his cautelis Episcopi non cessarent bona Ecclesiastica usurpare, necessitas suasit, ut crearentur Oeconomi, qui curam gererent rerum Ecclesiasticarum, ut Episcopi magis operam nava-

Patroni possunt convenire de præsentando alternis vicibus, & plures simul possunt præsentari, ut de ipsis Episcopus eligat instituendum.

§. 12. Sed (z) ut facilius provideatur Ecclesiis, non inconveniens visum fuit, patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando: (559) quibus etiam ex eadem causa

(z) *Clem. 2. versic. & ut de jur. patr.*

navare possent functionibus sacris, & ut bona Ecclesiastica hactenus ab Episcopis & reliquo Clero non optime administrata conservarentur. Cum autem hi Oeconomi initio ab ipsis Episcopis constituerentur, parum proderat & hæc cautela. Unde in Concilio Calcedonensi constitutum fuit, ut in posterum Oeconomi eligerentur ex Clero, & ut non amplius libera relinqueretur Episcopis bonorum Ecclesiasticorum administratio. Et quidem in Ecclesia Constantinopolitana officium Oeconomorum dignum videbatur, ut ipsi Imperatores de eo providerent, & Clero nominationem Oeconomorum adimerent, idque duravit usque ad tempora Isaaci Comneni, qui jus eligendi Oeconomum iterum Patriarchæ Constantinopolitano cessit. Cæterum in Ecclesia Occidentali potestas Oeconomorum tanta non erat, uti in Orientali, postquam bona Ecclesiastica ibidem in quatuor portiones distribuerentur, (de qua divisione jam quædam dicta sunt supra *not. 434. n. 11. circa finem*, & cujus sedes est infra *lib. 2. tit. 25.*) Idem a Costa notat *p. 28.* Oeconomos non solum dum viverent Episcopi administrasse bona Ecclesiastica, sed etiam post mortem eorum, sede vacante, ea conservasse, ac distribuisse secundum canones, quanquam sæpe non parvi momenti difficultates orirentur in distinctione bonorum Ecclesiasticorum post mortem Episcoporum, à bonis Episcopi propriis aut durante Episcopatu acquisitis &c. T.

ad §. 12.

(559) Alternativas ejusmodi vices vocant præsentationem Turni, *Præsentatio Turni.*

ſa permittitur, ut plures ad vacantem Eccleſiam præſentare valeant, ita, ut unus ex eis eligi poſſit per Epiſcopum & admitti.

Jus patronatus donari poteſt, ſed ob donationem non præjudicatur juribus Epiſcopalibus: vendi autem non poteſt, niſi cum univerſitate.

(*a*) *c. 1. de jur. pat. in 6.*

§. 13. Donatione (*a*) quoque Jus patronatus acquiritur. Ut cum Jus, quod quis in Eccleſiis habet, in aliquem liberaliter confert: quæ ſi fiat Eccleſiæ, aut loco religioſo, quamvis absque aſſenſu Epiſcopi facta fuerit, efficax eſt cenſenda, ſed per eam Epiſcopalibus Juribus in aliquo non derogatur. (560) Sed ſi quis dato precio, (*b*) hujusmodi ſibi jus comparare auſus fuerit talis contractus irritus erit & inanis, (561) niſi tale jus cum univerſitate rerum temporalium transferretur.

(*b*) *c. quia clerici. & ſeq. de jur. patr.*

Epi-

ni, eaque in multis Eccleſiis Gallicanis obtinuit, ut notat gloſſ. *ad c. fin. de præbend. in 6.* Uno igitur ex compatronis actum patronalem exercente reliqui jus ſuum nihilominus integrum habent, ſed futuris demum actibus exercendum. Z.

ad §. 13.

Ratio diverſitatis.

(560) Quia Eccleſiæ conditio fit melior. Si vero quis Laico alicui jus ſuum patronatus donare velit, Epiſcopi conſenſus maxime eſt neceſſarius, vel ex eo capite, quod Laicis ejusmodi jus circa Eccleſiaſtica difficulter conceſſum fuit. Z.

Cur jus patronatus vendi non poſſit.

(561) I. Jus patronatus per ſe & ſua natura, quod ſacro ſeu religioſo aut ſpirituali ſit annexum, ſingulariter non venditur. Et facta hinc venditio aut ſimoniaca eſt aut nulla *c. nemini 16. q. 7. c. jure c. quidem X. de ſimonia.* Si tamen univerſitas vendatur, utpote civitas

Episcopus non potest spernere patroni præsentationem. Patronus non potest quem propria authoritate instituere, sub pœna excommunicationis.

§. 14. Quemadmodum autem ad præsentationem patroni debet Episcopus (562) clericos instituere, (563)

vitas, pagus, castrum &c. & in his Ecclesia quædam patronata constructa sit, earum rerum venditione transit quoque jus patronatus inhærens. Et licet jus patronatus adeo sit invendibile, ut pro illo non possit aliquid precii dari; tamen non impedit hoc, quin, cum illud est annexum bonis, ratione illius bona pluris æstimentur & vendantur, quam alias. Molina *de just. tom. 3. disp. 620. n. 6.* Hæc tamen assertio dubia reddi potest ex iis, quæ disputat Didacus Spino à Caceres *in specul. testam. gloss. 4. n. 115.* ubi concludit, Simoniam committi non eo tantum casu, sicubi quis, dum emit villam, principaliter habuerit intentionem acquirendi jus patronatus, quod isti villæ adhæret, sed etiam, si in venditione villæ vel universitatis bonorum expressa fiat mentio juris patronatus, adeoque tum venditionem esse nullam, quia per hujusmodi expressionem videatur æque principaliter vendi jus patronatus. Tam subtiles scil. sunt Canonistæ in describendis Simoniæ speciebus, sed quas ipsi sæpenumero parum attendunt, uti videbimus infr. *lib. 4. tit. 3.* Z.

II. Primum falsum juris Canonici non tamen est quærendum in falso conceptu Simoniæ, sed in falsa definitione rerum spiritualium, de qua detegenda adeo solliciti erimus ad *lib. II. tit. I.* T. *Primum falsum juris Canonici.*

ad §. 14.

(562) I. An ergo hoc jus patronatus sit impium & papisticum commentum, & inde in Ecclesiis Evangelicis non tolerandum, prolixe à quibusdam disputatum est. In specie Gisbert. Voet. *in Disp. de Jure Patronatus & in Polit. Eccles. P. 2. lib. III. cap. 3.* totus in eo est, ut hoc jus ex Ecclesiis expellat. Cui se opposuit Martinus Schookius *in Disp. de jure patronatus*, quæ inter exerci- *An jus patronatus sit impium? Voetii turba.*

tationes ipsius est XVIII. Sane qui omnia ad Ecclesiæ regimen curamque pertinentia ad Clerum trahunt, & potestati civili hic nihil relinquunt, non possunt non etiam odio jus Patronatus prosequi. Verum huic principio jam occursum, Majestatisque autoritas in sacris asserta *supr. lib. I. c. 2.* Etsi supponamus, nominationem vel præsentationem ministri Ecclesiæ Patrono competentem non excludere consensum & approbationem Ecclesiæ, quominus hæc propter justas dissentiendi rationes nominato contradicere possit; Pariterque Episcopi, vel apud nos Consistorii judicium simul, an dignus ad functionem Ecclesiasticam sit nominatus, adhibendum esse, non video quid monstri in Ecclesia alat jus Patronatus. Videantur hac de re Theologorum nostrorum judicia, collecta a Dedekenno *Consil. Theolog. Vol. 2. Sect. 4. Num. 1 seq.* Add. Grot. *de Jur. Summar. Pot. circa sacra c. ult. circ. finem.* S. *p. 432.*

Lutheranis pariter & Reformatis displicentes.

II. Vel ex hac sola disputatione cognosci poterit, quantum Papam inter Reformatos egerit vel certe agere tentaverit Gisbertus Voetius, vir alias eruditus, sed ambitione subtili laborans, specie pietatis ipsummet decipiente, & judicio exiguo pollens, distincta confundente, abusus nempe Pontificios & jus Patronatus in se consideratum. Malo rem Ziegleri verbis quam meis ulterius explicare. Ita vero inquit *de Episcopis l. 2. c. 3. §. 13. 14.* Plura patronorum jura adducere nunc nihil attinet. Redeo ad id, quod præcipuum est, quodque in præsentatione Clericorum consistit. Eam ita necessariam in Ecclesia patronata statuunt Canonistæ, ut institutio ordinarii spreto Patrono facta nulla plane sit & irrita *c. decernimus 16. q. 7. c. 8. X. de jure Patronat.* Recte omnino dummodo dextre explicetur, neque excludatur populus reliquus ab electione sui pastoris. Hactenus enim non facio cum Canonistis, quando statuunt, electionem Episcopi ad solos pertinere Canonicos, electionem vero Presbyterorum & reliquorum Clericorum ad solum Episcopum; præsentationem autem a patrono factam ita absolutam faciunt, ut præter eum ad electionem Clerici nemo quisquam suffragio suo admitti amplius debeat, sed ex nudo & simplici ejus arbitrio Clericus instituendus sit, dum ne inidoneus Episcopo tantum videatur. Quæ capita

pita recte perstringit, & jus Patronatus propterea rejicit Gisbertus Voetius *in Polit. Eccles. part. 2. lib. 3. tr. 2. c. 1. seqq.* Quod si vero jus præsentandi ita explicetur, ut solum denotet jus nominandi & proponendi certam aliquam personam, de ea autem & qualitatibus ejus judicium relinquat, non Episcopo tantum, sed toti etiam Ecclesiæ, & electio ita ab omnibus ordinibus, quotquot Ecclesiam constituunt, perficiatur, causæ nihil erit, cur jus patronatus tot jam seculis receptum rejici debeat, & ex Ecclesia prorsus eliminari. Sane necessarium est in omni societate, ut sit aliquis, qui primum habeat suffragium, quique de rebus agendis primo loco suam dicat sententiam. Quodsi igitur placuerit, ut circa Electionem ministri Ecclesiæ Laicus aliquis de Ecclesia bene meritus primum habeat votum, non exclusis reliquis, qui ejusdem Ecclesiæ membra sunt, quid est, quod reprehendi in tali ordine queat? Et ita se habet hodie jus Patronatus in Ecclesiis Saxonicis, in quibus non alium ob finem concionem δοκιμαστικὴν ad populum habere jubentur candidati duo, tres, quatuorve à patrono nominati, nisi ut ex illis eligi deinceps possit maxime idoneus. Et sub hac limitatione atque restrictione si exerceatur jus patronatus, non video quid obstet, quo minus illud etiam in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis locum habere queat: Improbavimus supra mores hodiernos, quibus a solis Canonicis Episcopus eligi consuevit. Improbaremus etiam, si soli patrono, sive secularis, sive Ecclesiasticus is fuerit, ea potestas relinqueretur. Dum autem patrono solum hunc honorem tribuimus, ut de persona ad Episcopatum promovenda cogitet, ejusque, quam idoneum putaverit, nomen reliquæ Ecclesiæ publice proponat, eamque in conspectum omnium sistat, ut adeo communi totius Ecclesiæ suffragio is deinceps eligatur, non puto à quoquam improbari talem procedendi modum posse. Sic enim facile omnia evitabuntur incommoda, quæ in jure patronatus à Canonistis proposito exagitat Gisbertus Voetius *d. l.* Et profitetur ipse *cap. 9.* se tantum jus patronatus Papale, prout à se ex canonistis Pontificiis descriptum fuit, & novum in Belgio a nonnullis Patronis vindicatum atque usurpatum, refutare. *Quomodo* inquit, *alicubi in Germania adhuc vigeat & usurpetur, non*

(563) & quod spretis fundatoribus de vacanti Ecclesia deposuerit, erit irritum:(564) ita etiam patronus authoritatem

respexi, nec attendi. Hactenus Zieglerus, qui & in sequenti *§. 15.* melioris illustrationis gratia adducit Responsum Theologorum Wittebergensium, quod habetur in Consiliis eorundem *part. 2. p. 18.* Eadem est sententia ex Reformatis Maresii *ad Cucchi institut. Jur. Can. p. 137.* Quamvis, inquit, nolim diffiteri, in Papatu id juris artificiose suscitatum & conservatum, ut eo honoris stimulo, ditiores incitarentur ad dotationes Ecclesiarum & fundationes Ecclesiasticorum beneficiorum, ut id inter varios modos acquirendi a Clero usurpatos suo merito recenseri debeat, est tamen vetustius inter Christianos quam vulgo clamitant, qui illi inter Reformatos se præbent infensiores, quamvis per Disciplinam fœderati Belgii sancitam in Synodo Dordracena, professæ sint Ecclesiæ *art. 5.* velle cuique salvum esse suum jus *præsentationis sive Patronatus* quatenus ad ædificationem usurpari potest. T.

Limitatio. (563) Nisi causæ rationabiles subsint, cur præsentationi a patrono factæ nolit acquiescere, quales sunt, si præsentatus sit excommunicatus, aut alias minus idoneus, ita, ut non possit ordinari sine scandalo, sive si præsentatio intra tempora legitima non sit facta, aliisque his casibus, tum enim ut ipsi melius videbitur, etiam spreta præsentatione providebit. Paul. de Citadin. *part. 6. c. 13.* quod si nullas rationes recusandi habet, tum nolens volens per superiorem ipsum instituere cogitur *c. decernimus 16. q. 7. c. pastoralis 29. h. t.* præsentatus etiam, si Episcopus differat eum instituere, poterit appellare a gravamine sibi illato. Joh. Guttierrez *de juram. confirm. 3. part. 13. n. 8.* Z.

Declaratio. (564) Sed an ipso jure, an vero Patrono super contemptu agente? Variant Doctores. Vid. decis. Rot. Rom. *de rer. permut. decis. 5.* Si tamen prælatus conferat beneficium patronale contempto Patrono, & patronus taceat per tempus præsentationi destinatum,

tatem Episcopi negligere non debet. Quod si laici (c) aufu temerario (565) propria authoritate ad institutionem processerint, tam ipsi anathemate feriendi, (566) quam etiam perperam instituti clerici communione sunt privandi: qui si etiam adhuc perstiterint, à ministerio Ecclesiastico & ordine deponendi erunt.

(c) *can. præterea d. tit.*

Patroni putativi præsentatio tenet.

§. 15. Interdum (d) accidit, ut eius qui patronus non est, præsentatio tamen rata sit habenda. Ut cum ordinarius ad ejus præsentationem clericum instituit, qui & juris patronatus erat possessor, & patronus credebatur: (567) nam si postea Jus patronatus alius in ju-

(d) *c. consultationis d. tit.*

tum, remanet collatio valida. Quod si contulerit tanquam jure ex negligentia patroni ad se devoluto nullo opus est tacito patroni consensu. Carol. Molinæ *ad consuetud. Paris.* §. 37. *n.* 30. Didac. Spino a Caceres *in spec. testam. gloss.* 4. *n.* 95. *seq.* Z.

(565) Patronis quidem instituendi & destituendi ministros Ecclesiæ potestas nulla est, quippe quæ ad jura Episcopalia pertinet. Sed principibus tamen & quibus alias summum circa sacra & religionem competit imperium, deneganda ea non est, quanquam actus isti per Superintendentes peragi soleant. Z. *Quat. Laici instituere possint.*

(566) Nimii sunt Pontificii circa anathematismos suos, nec tam grave semper delictum præcessit, quod fulmen ejusmodi mereatur. Z. *Abusus excommunicationis.*

ad §. 15.

(567) Utrumque hoc conjunctim requiritur *c. consultationibus* 19. *X. de jur. patr.* & ut credatur patronus, & ut possideat jus patronatus. Si enim non possideat, removeri posse institutum ab Ecclesia, ibi constituitur. Et plurima talia sæpe occurrunt negocia, quæ non valerent, nisi ex opinione vulgari processissent, & bonum publicum *Cur valeat præsentatio patroni putatvi.*

judicio evicerit, institutus non debet propter hoc ab Ecclesia removeri.

Nemo potest seipsum præsentare.

(e) c. per nostras extr. d. tit. §. 16. Licet (e) autem patronus alios præsentet, seipsum tamen, (568) quanquam clericus sit, præsentare non potest, quantumvis idoneus sit, & quibuscunque studiis juvetur & meritis; cum nullus Ecclesiasticis sese officiis ultro immiscere debeat.

Nemo sibi beneficium confert, veluti nemo se præsentat: nec vacaturi beneficii tenet collatio, aut præsentationis promissio.

§. 17. Sunt autem institutiones collationibus in quibusdam similes, in quibusdam vero dissimiles. Similes sunt, quia quemadmodum is, qui seipsum præsentat instituendus non est; ita etiam is, ad quem pertinet

cum concernerent. Sic enim gesta a servo Prætore per errorem designato firmitatem obtinent *l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor.* Ita sustinetur etiam testamentum, cui testis adhibitus est servus ab omnibus pro libero habitus *l. 1. C. de testam.* Sic & filiofam. mutuo dato, qui publice & omnibus paterfam. visus est, cessat SCtum Macedonianum *l. 3. ff. ad SCt. Macedon.* Pari igitur ratione irritari nequit præsentatio a patrono putativo facta. Z.

ad §. 16.

Quid si patronus præsentetur à compatronis. (568) Patroni enim præsentatio vertitur præcise inter patronum & præsentandum. Ideoque si seipsum posset præsentare, confunderetur respectus mutuus, qui necessario duo numero distincta supposita requirit. Admittunt tamen Canonistæ compatroni suffragium proprium ad augendum numerum compatronorum istum præsentantium. Sic enim fieri dicunt, ut si iste patronus præsentetur a tribus compatronis, & alius præsentetur ab aliis tribus, præferatur com-

net collatio, (*f*) seipsum (569) non potest instituere, cum inter dantem & accipientem distinctio debeat esse personalis. Item quemadmodum vacaturæ præbendæ non tenet regulariter collatio: ita etiam promissiones de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus quis jus obtinet patronatus, nullo jure subsistunt.

(*f*) *c. fin. de inst.*

Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos, idem potest vicarius sine speciali mandato Episcopi.

§. 18. Dissimiles sunt, quia etsi Capitulum sede (570) vacante (*g*) beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit: præsentatos tamen à patronis potest, si idonei sint, admittere & instituere. Idem obtinet in vicario: quia licet sine speciali concessione conferre (*h*) non possit, præsentatos tamen [illegible]

(*g*) *c. 2. ext. ne sed. vac.*

(*h*) *c. fin. de off. vicar. in 6.*

(*i*) *c. ex frequentibus, de instit.*

compatronus præsentatus ex ea ratione, quia consensus præsentati auget numerum patronorum. Didacus Spino à Caceres *in spec. testam. gloss. 4. n. 79.* Rectior tamen & verior mihi videtur sententia contraria; Consensus enim ejus, qui præsentatur, pertinet ad acceptationem, non ad ipsam præsentationem, in qua ille se mere passive habere, & voto prorsus abstinere debet. Z.

ad §. 17.

(569) Fuere tamen Pontifices, qui ut Pontificatum consequerentur, sibi ipsis suffragium dederunt, aut saltem fecerunt, ut aliorum suffragia in se dirigerentur, quod etiamnum ita practicari solet, referentibus illis, qui conclavium arcana nobis revelant. Z. *Pontifices se ipsos nominantes.*

ad §. 18.

(570) Dixi de hoc *ad tit. anteced. §. licet autem 7.* Z. *Remissio.*

ad

In Rectorem parochialis Ecclesiæ potest præsentari etiam non in sacris constitutus, licet secus in libera collatione: in qua tamen potest dispensari cum eo qui est constitutus in minoribus.

§. 19. Sunt etiam in eo dissimiles, quod in rectorem parochialis Ecclesiæ, etiam non in sacris constitutus præsentari potest, dummodo alias sit idoneus, & infra tempus à jure constitutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit, promoveri valeat. (*) Collatio autem fieri non potest, nisi in persona ejus, qui saltem sit in subdiaconatu (571) constitutus: cum his tamen, qui in minoribus sunt ordinibus constituti, si tales sint, qui infra breve tempus possint in presbyteros ordinari, dispensari poterit.

(*) *c. præterea de ætat. & qualit.*

Patronis defertur circa honorem, & vitæ necessaria subministrantur.

§. 20. Defertur autem patronis non solum circa præ-

ad §. 19.

Objectio.

(571) Rationem hujus dissimilitudinis ego aut nullam video, aut admodum frivolam, præsertim, postquam in parochialibus Ecclesiis plus quandoque requiritur operæ & industriæ, quam in cathedralibus & collegiatis, quæ profecto hodie pigris & inutilibus ventribus committuntur. Ut taceam jam, superstitiose plane & citra necessitatem quandoque ordines ejusmodi in Papatu observari, ut satius esset, & tum Ecclesiæ tum Reipublicæ multo conducibilius, si pauciores ordines haberentur, sed laboriosi magis, & circa ministeria Ecclesiastica magis prompti. Vid. quæ de his ordinibus dixi supr. *ad tit. 22, & 23.* Z.

ad

præſentationem, verum etiam circa honorem (572) proceſſionis (†) & circa neceſſarium vitæ ſubſidium. (573) Nam ſi aut ipſi aut illorum filii ad inopiam redacti fuerint, illis erit modeſte ab Eccleſia ſuccurrendum. (k)

(†) *c. nobis in fin. de jure patr.*

(k) *can. quicunque fidelium. 16. q. 7.*

Jus patronatus tollitur ceſſione, Collegii conſtitutione, Eccleſiæ deſtructione, delicti perpetratione,

§. 21. Tollitur (574) jus patronatus ceſſione: (575)

---

ad §. 20.

In quo conſiſtat honor proceſſionis.

(572) Qua in re honor iſte proceſſionis conſiſtat, variant Doctores. Alii talem honorem intelligunt, quando à primicerio & aliis Canonicis patrono obviam euntibus excipitur & deducitur; quod tamen illuſtribus fere perſonis convenit. Alii intelligunt primum locum, qui inter Clericos ejusdem Eccleſiæ patronatæ, in actibus ſolennibus debetur, quæ ſententia verbis textus congruere videtur omnium optime. Alii putant honorem iſtum cuivis beneficio affecti judicio relinquendum. Z. vide ſupra *annotat. 543. II.*

De neceſſariis vitæ ſubſidiis.

(573) Quod debetur non ipſi tantum Patrono, ſed & liberis ejus. Imo vero alimenta etiam ſubminiſtranda Uxori ejus, & famulis neceſſariis. Semper enim reſpicienda eſt perſona & conditio patroni, & plus decernendum eſt quam ignobili. Subminiſtranda ſc. ſunt alimenta honeſte & civiliter, h. e. pro temporis uſu, dignitate & indigentia patroni, habita ſimul ratione bonorum Eccleſiæ patronatæ. Ex quo volunt, bona & poſſeſſiones Eccleſiæ eum in finem, ut patrono alimenta præſtentur, nequaquam eſſe vendenda. Z.

ad §. 21.

Alii abuſus patronis cavendi.

(574) Præterea etiam cavendum omnium maxime eſt Patronis, ne hoc ſibi competens jus in corruptelas degenerare faciant, & in peſſimos uſus vertant. Sæpe olim, qui oratoria ſibi juxta prætoria ſua conſtruxerant, liceri ſibi ex domeſticis ſuis qualemcunque cle-

ricum constituere & Episcopo præsentare, opinabantur, ut & sacerdotem haberent simul & mancipium suis obsequiis destinatum. Declamat vehementer adversus pessimam istam consuetudinem Agobardus ArchiEpiscopus Lugdunensis *lib. de privileg. & jure Sacerdotii c. 11. Increbuit,* inquit, *consuetudo impia, ut pene nullus inveniatur anhelans, & quantulumcunque proficiens, ad honorem & gloriam temporalem, qui non domesticum habeat sacerdotem, non cui obediat, sed à quo incessanter exigat licitam simul atque illicitam obedientiam, non solum in divinis officiis, verum etiam in humanis; ita ut plerique inveniantur, qui aut ad mensas ministrent, aut succata vina misceant, aut canes ducant, aut caballos, quibus fœminæ sedent, regant, aut agellos provideant. Et quia tales de quibus hæc diximus, bonos sacerdotes in domibus suis habere non possunt, non curant omnino, quales Clerici illi sint, quanta ignorantia coeci, quantis criminibus involuti; tantum ut habeant Presbyteros proprios, quorum occasione deserant Ecclesias seniores & officia publica. Quod autem non habeant eos propter religionis honorem, apparet ex hoc, quod non habent eos in honore. Unde & contumeliose eos nominantes, quando volunt illos ordinari Presbyteros, rogant nos, aut jubent, dicentes: Habeo unum Clericonem, quem mihi nutrivi de servis meis propriis, aut beneficialibus sive pagensibus, aut obtinui ab illo vel illo homine, sive de illo vel illo pago. Volo ut ordines eum mihi Presbyterum. Cumque factum fuerit, putant ex hoc, quod majoris ordinis sacerdotes non eis sint necessarii, & derelinquunt frequenter publica officia & prædicamenta &c.* Inde vero ortum habuit pessima consuetudo alia, ut, qui à patronis sacerdotia obtinere volebant, aut fœdis obsequiis ea mereri, aut pecunia numerata comparare studerent, putantes, integram plane & incontaminatam, nulloque Simoniæ vitio affectam esse suam ordinationem, dummodo ordinatori suo nihil detur aut debeatur. Acerrime morem istum perstringit Hincmarus Remensis *in capitulis anno Domini DCCC. LXXIV. conscriptis cap 5. Sæpe* inquit, *vos admonui de exeniis superfluis contra sacras regulas pro Ecclesiis viduatis non dandis*

(575) ut puta, cum quis id Ecclesiæ, in qua jus habet hujusinodi, conferendum duxerit. (*l*) Item, si quis Ecclesiam sine sui reservatione Juris (576) collegiatam fieri patiatur. Eo amplius constat, si ædes sacræ incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræmotu, vel vitio suo

(*l*) *c. unic. de jur. patr. in 6.*

dis. Sed sicut audivi vos non inde castigatis, sed vos ipsos & vestros nutritos in maledictionem simoniacæ hæreseos traditis - - - - Et non necesse esset vobis petere Ecclesias cum superfluo exenio: quia quique fideles, si vestra culpa non esset, plus quærerent bonos Clericos, quam vestros denarios. Et hoc non suffertis; sed vos & vestros nutritos in maledictionem mittitis, cum dato patronis præmio vobis & illis peccatum emitis. Z. *II. 3. §. 16. 17.*

(575) Quæ fieri etiam potest compatrono, quo tamen casu consensus Episcopi requiritur, cum non requiratur, quando Ecclesiæ fit cessio. Ita compatrono non potest cedi invito, Ecclesiæ tamen potest invitæ cedi. Potuit enim patronus cedens ab initio jus hoc suum remittere. Et ipsum totum jus patronatus non simpliciter favorem Ecclesiæ, sed patroni principaliter concernit. Z.

De cessione juris patronatus.

(576) Verba hæc positis principiis juris Canonici, quid sibi velint, non satis capio. Præsentatio enim in Ecclesia collegiata locum non habet, sed electio, *c. sacrosancta 51. X. de elect.* Atqui præsentatio sive jus præsentandi est ipsum jus patronatus; nisi forte per jus reservatum intelligere velis electioni ex post facto accedentem consensum. Per text. *in c. nobis 25. X. h. t. ibi: in conventuali* (i. e. collegiata) *Ecclesia non electioni prælati faciendæ, sed jam factæ honestius Patroni postulatus assensus.* Z.

Objectio.

II. Ego vero responderem ad hanc objectionem Ziegleri præsentationem in Ecclesia collegiata regulariter locum non habere, nisi eam in datu casu sibi reservaverit Patronus. T.

Responsio.

 (577)

ſuo corruerint, (577) extingui jus patronatus neceſſe eſt. Sed & ſi patronus auſu nefando (578) Rectorem (m) vel clericum ipſius Eccleſiæ per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſus fuerit, tam alias pœnas, (579) quam juris patronatus amiſſionem ſuſtinere debet. (580) Idem juris eſt, ſi patronus efficiatur hæreticus: (581) cum enim bona hæreticorum univerſa ſint confiſcanda, (n) merito cum iſta univerſitate etiam jus patronatus interibit. (582)

(m) *c. in quibusdam de pœnis.*

(n) *c. vergentis. de hæreticis.*

DE

Ampliatio. (577) Idem eſt, ſi dos Eccleſiæ aſſignata perierit, nemo enim cogitur ad ſecundam dotem vel reædificationem; ſi ergo Patronus Eccleſiam reædificare vel redotare nolit, jus patronatus merito amittit. Z.

Limitatio. (578) Nam ſi ad ſui defenſionem occiderit, aut mutilaverit, non amittit jus patronatus, *c. ſi vero X. de ſent. excomm.* Z.

Quanam ſint aliæ pœnæ. (579) Scilicet ſecundum *capit. In quibusdam in fine de pœnis* usque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittuntur, neque in domibus regularibus alicujus prælationis aſſequuntur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. T.

Extenſio. (580) Et quidem amiſſionem juris patronatus non ipſe tantum, ſed etiam heredes ejus, ad quartum uſque gradum *c. in quibusdam X. de pœn.* & tum jus patronatus ad Eccleſiam devolvitur. Z.

Quid juris in Romano Imperio. (581) In Romano tamen Imperio, poſtquam pax religioſa coaluit, tenetur patronus Pontificius Eccleſiæ, quæ ſubeſt Principi Lutherano, niſi aliud quid obſtet, miniſtrum præſentare Lutheranum. Finckelthaus *de jur. patr. c. 6. num. 73.* Lampad. *de Rep. Rom. German. l. 3. c. 11. n. 36.* Z.

Quatenus confiſcatione bonorum (582) Unde regula poteſt conſtitui iſta: Jus patronatus amittitur per quodcunque crimen, quo omnium bonorum confiſcatio induci-

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS. (583)

TITULUS XXIX.

Si conferatur beneficium non idoneo ad residendum, & provisus privandus est beneficio, & collator conferendi potestate.

§. I.

---

ducitur. Sed hic iterum discedit Didacus Spino à Caceres *in spec. testam. gloss. 4. n. 114.* ubi discrimen facit inter judicem confiscantem; qui, si secularis fuerit, nullam habeat potestatem in jus patronatus. Et hinc dicit non intelligi confiscatum jus patronatus sub confiscatione omnium bonorum; confiscatum autem intelligi tum demum, si judex fuerit Ecclesiasticus. Sed enim, si verum est, quod venditis bonis transeat simul jus patronatus in emptorem, quid obstat, quo minus etiam confiscatis bonis jus patronatus transeat ad fiscum? Non minus enim fiscus capax est juris patronatus, quam emptor. Z. *amittatur jus patronatus.*

TITULUS XXIX.

ad rubricam.

(583) Circa rubricam, de residentia altius ordiri sermonem necesse est. Faciam autem id verbis Petri Svavis, quem idcirco non possum non laudare & sæpius adducere, quod & origines rerum erudite enucleet, & quantum declinaverit Ecclesia Pontificia, eleganter exponat. Ita autem ille *lib. 2. histor. Concil. Trid. Gradus Ecclesiastici prima institutione dignitates non erant, & præeminentiæ, aut præmia, aut honores, sicut à multis jam seculis, hodieque conspiciuntur: sed ministeria, onera, à D. Paulo alio nomine nuncupata opera; & qui ea obibant, a Christo Domino in Evangelio dicti operarii, unde nullius mentem cogitatio id temporis subire poterat de absentia a munere per se exequendo, quod si quis operi se (quod rarenter accidebat) subduxisset, causa nulla erat, cur ille* *Origo abusus Clericorum non residentium.*

vel

§. I.

(a) cap. quia nonnulli. §. cum igitur eod.

DEbent (a) autem hi, quibus Ecclesiastica ministeria sunt committenda, tales deligi, qui & residere in Eccle-

vel titulum vel emolumentum inde aliquod perciperet. Cumque duo tum essent ministeriorum genera, partim qui a verbi ministerio nomen obtinuerunt antiquitus, nunc vero dicuntur animarum curam gerere; alii rebus temporalibus intenti, egenorum & infirmorum victui, vestitui, aliisque necessitatibus vacantes, Diaconi scil. aliique ministri subalterni, omnes tamen ex æquo se obligatos agnoscebant ad ministerium in propria persona obeundum: neque cuiquam in mentem venerat vicariam operam adhibere, nisi forte an ad breve tempus, prementibus negotiis; multo minus provinciam aliam suscipere, quæ huic esset impedimento. Aucta vero Ecclesia, cum populus Christianus persecutorum tyrannide solutus ac liber, in immensum excrevisset; institutum fuit genus aliud ministrorum, quod in cœtibus Ecclesiasticis, legendæ sacræ Scripturæ inserviebat, aliisque functionibus ad pietatem excitandam. Instituta quoque ministrorum Collegia, quæ munus aliquod in commune obirent, & alia Seminariorum instar, unde petebantur ministri, ad officium faciendum diligenter edocti. Hi qui è Collegiis erant, cum provinciam nullam personalem obtinerent, quod uno desiderato aut superaddito, aut cœtus ministerium nihil interesset, interdum vel studiorum gratia, vel solidioris institutionis, vel alia de causa aberant ab Ecclesia, ad breve vel longius tempus, sed tum nullius neque tituli, neque oneris, neque etiam emolumenti participes. Ita D. Hieronymus Presbyter Antiochenus, sed absque cura speciali, & Ruffinus itidem Aquilejensis, & D. Paulinus Presbyter Barcinonensis raro residebant. Horum dein numero augescente consuetudo illa facile degeneravit in abusum, impositumque illis nomen Clericorum vagan-

Ecclesia, & curam demandati sibi officii per seipsos va-

gantium, quod omnibus odiosum esset illud vitæ genus, quorum in legibus & novellis Justiniani Constitutionibus frequens est mentio, de titulo vero ejus muneris retinendo, aut emolumentis percipiendis, cujus nullam partem obirent, ne cogitatum quidem ante annum a Christo nato septingentesimum. Tum enim mutato in Ecclesia Occidentali ministeriorum Ecclesiasticorum statu, muneribusque publicis in dignitatum & honorum gradus, ac præmia servitiis debita abeuntibus, sicut olim in promotionibus Ecclesiasticis, considerata Ecclesiæ necessitate, inquirebatur aliquis huic muneri capessendo idoneus: sic post ævo, considerata personæ qualitate, gradus aliquis quæsitus, aut dignitas aut beneficium, quod personæ conveniret, atque inde natus mos, opus aliquod aut ministerium per substitutum exercendi. Atque hæc corruptela aliam secum invexit, nempe ut existimarent, se non modo liberos & immunes ab officio ministrandi, sed ne teneri quidem adesse & opitulari ei, qui vacariam operam præstabat. Et certe, ubi industria personæ non eligitur, ad opus, sed dignitas & locus personæ conveniens, æquum non est, ut persona ea, vel ad operandum per se, vel ad alium operantem juvandum adstringatur. Jam hac Ecclesiasticorum exorbitatione ab officio, plane actum fuisset de eo ordine, nisi Pontifices Romani in parte malo ingravescenti occurrissent, edicentes, ut præsules & Curiones omnes, utcunque alios exercendo muneri suo substituerent, ipsi nihilominus iis eo in loco adesse tenerentur, idque residentiam vocarunt. Ad idipsum quoque Canonicos obligarunt: cæteros autem Clericos sacerdotiis auctos minime constringendos putarunt, sed omissa eorum mentione, consuetudini vel potius abusui inveterato relinquendos, quo silentio factum, uti se minime obligatos crederent. Neque Pontificibus fraus ea spontanea fuit ingrata, qui inde aulæ suæ amplitudinem præsagiebant. Atque hinc nata perniciosa & nun-

nunquam satis abominata distinctio beneficiorum residentiæ & non residentiæ, quam opere æque ac doctrina secuti sunt ii, quos nunquam puditum est absurditatum, quas apertas admodum secum trahit, nempe ut titulus & salarium cuiquam, nullo suo merito detur. Imo ad eam obvelandam, potius majori opprobrio ac dedecori propinandam, Canonistæ Maximam, qua distinctionis ejus vanitas convincitur, Beneficium omne dari propter officium, ridicule interpretati sunt, officium esse preces horarias Breviarii, quasi obventio annua mille, imo decies mille & supra aureorum hoc solo nomine daretur, ut sumpto in manum libro, paginæ aliquot submissa voce properante lingua legantur, nulla rei, sed solius verborum enunciationis habita ratione. Itaque brevi tempore per istam doctorum distinctionem & Pontificum Romanorum provisionem abusus ille vehementer auxit, absque illis enim fuisset, è beneficiariis simplicibus nonnulli religioni habuissent Ecclesias suas deserere, ubi per hæc jam factum est, ut abusus ille non tolerabilis modo, sed licitus omnibus videretur. Edictum vero illud contra Curiones, valuit ad introducendam dispensationem Pontificiam, nulli unquam denegatam, qui rationem esset edoctus, qua omnia Romæ impetrantur, unde solis pauperibus, iisque qui aliquid inde lucri captabant, residentibus, abusus, cui legibus Pontificiis aliqua parte primo cautum fuerat, dispensationum ope ad culmen pervenit, & per orbem sparsus contage sua terram infecit. &c. In sequentibus refert, quam disceptatum fuerit in Concilio Tridentino, utrum obligatio residentiæ sit juris divini an vero Pontificii. Quæ quidem quæstio præjudicialis est multorum aliorum abusuum in Ecclesia Pontificia existentium. Conf. Duaren. *de sacr. Eccles. minist. lib. 8. c. 5.* Postquam vero Concilii Tridentini decreto residentia omnibus injuncta fuit, disputari mox cœpit, utrum sufficiat materialis tantum residentia & corporalis mansio in loco, an vero requiratur insuper personale cujusque Clerici servitium & ministerium, ita ut ipse celebret, confessiones audiat, & Sacramenta administret. Sufficere corporalem residentiam, & posse hinc Clericum officium suum per vicarium exercere, prolixe contendit

dit Thomas *Hurtado tr. 2. resol. 6.* mire sibi in ista desidiæ Clericalis defensione placens, quam ut confirmet, obligationem quotidie celebrandi per se & non per alium dicit esse inhonestam & illicitam, *resol. 7. n. 85.* Z.

II. Idem Petrus Suavis *de beneficiis* §. 32. & 33. originem Cleri non residentis & abusum inde orturum sic descripsit. Cum curia Romana posset pro lubitu disponere de beneficiis, plurimi Clerici cujuscunque conditionis eo trahebantur, partim ut beneficia acquirerent, partim ut pignora nancisceréntur, atque hoc modo præter alia damna Ecclesiæ id eveniebat, ut multi beneficiarii non residerent. Ergo undique querelæ Romam perveniebant, quod Ecclesiæ pene ubique essent derelictæ à suis Pastoribus, simul causam derelictionis hujus non obscure indicantes; quapropter non poterat curia Romana querelas istas dissimulare, sed necesse erat, ut de remedio aliquo esset sollicita. Interim non audebant Pontifices pœnis Ecclesiasticis, ut antea factum erat, hunc abusum coercere, sive quod abusus iste nimis communis esset, sive quod curia Romana quasi deserta fuisset, si omnes Clerici peregrini jussi fuissent abire, sive etiam quod timeretur, ne Clerici hoc pacto in posterum singuli suos Episcopos sollicitarent de obtinendis beneficiis, atque sic curiæ Romanæ pecuniam pro expectativis dare negligerent. Igitur temperamento quodam invento residentia quibusdam beneficiariis, qui non multum sperare poterant à Pontifice, imperata fuit, de reliquis nihil dictum. Sic anno 1179. Alexander III. omnibus qui beneficia curata possiderent præcepit residentiam & postea illi etiam fuere comprehensi, qui in dignitate, administratione, & canonicatu essent constituti (vid. *c. 4. & 6. de Cler. non resid.*) Quod reliquos clericos inferiorum ordinum attinet, non quidem unquam dictum fuit, quod non sint obligati ad residentiam, neque tamen etiam illis residentia fuit præcepta, & sic paulatim crediderunt, se ad eam non esse obligatos, unde distinctio inter beneficia residentiæ & beneficia simplicia orta est, & Canonistæ inceperunt docere, quod regulariter quidem omnia beneficia obligent ad residentiam (neque enim aliter docere poterant,) sed quod beneficia simplicia per consuetudinem sint exce-

De eadem materia ex Sarpio de beneficiis.

pta. Et quamvis secundum vulgare axioma, quod *beneficium detur propter officium*, viderentur beneficia simplicia esse vana & Ecclesiæ inutilia, utpote quæ sine officio essent, & ad residentiam non obligarent, tamen & huic axiomati remedium quæsitum fuit. Etenim horæ canonicæ, quæ antea in Ecclesiis ab omnibus Clericis in communi celebrabantur,& quæ postea a quibusdam privatim recitabantur,cœperunt circa annum 800. appellari *officium divinum*. Quemadmodum igitur omnes fideles vel in communi, vel seorsim celebrabant, ita illud axioma: *beneficium datur propter officium* ab eo tempore sic fuit explicatum, propter *recitationem officii divini*, & non propter curam populi Christiani, residendo in Ecclesiis & ibi sacrum ministerium exercendo, ut antea factum esset, quamvis in hac cura antea illud *officium*, ob quod daretur *beneficium* constitisset. Hoc modo igitur pleraque beneficiariorum credebant utcunque satisfecisse conscientiæ, sic ut non opus esset residentia, curia vero Romana insuper aliud remedium quærebat, ut illi qui ad residentiam obligati essent, possent, si opus foret, Romæ manere salvis legibus. Scilicet Honorius Papa III. circa annum 1220. declaravit, ut quicunque esset in servitio Papæ, non obligaretur ad residentiam. Id adhuc restabat, ut modus inveniretur, quo mediante divites beneficia curata possidentes eximerentur ab onere residentiæ. Sed nec hoc erat difficile, cum jam moris esset, ut pastor legitime impeditus posset vicarium sibi constituere, dato ei salario honesto. Ergo decisum fuit, ut cum consensu Papæ possidens beneficium curatum posset sibi creare vicarium perpetuum, & hunc certa summa pecuniæ ei destinata, obligare ad residentiam, cum interim constituens a residentia liber esset retenta majore parte redituum, quæ tanquam beneficium non curatum seu simplex considerabatur & vicarii portio, tanquam beneficium curatum &c. Conf. supra annot. 523. II. Adde Zieglerum de *Episcopis lib. 4. cap. 21. & lib. 3. c. 3. & 4.* Similiter Maresius p. 119. *Hoc divinum officium non situm est in prædicatione verbi & sacramentorum administratione & animarum cura, sed partim in chorali boatu ac cantillatione, partim in breviarii & horarum canonicarum lectione & reci-*

valeant exercere (584) quod si aliter actum fuerit, & qui

recitatione quotidiana. Et *p. 129.* Hæc distinctio est primi mali labes qua beneficia in simplicia & curata distinguuntur, quorum hæc habent residentiæ obligationem, illa non. Si enim non datur beneficium nisi propter officium, illi propter hoc beneficiarius ita deberet incardinari, ut inde revelli & amoveri non possit. Et hinc nata alia quoque distinctio ejusdem furfuris, inter beneficia compatibilia, & incompatibilia, eidem monstrositati propugnandæ vel incrustandæ destinata. T.

ad §. 1.

(584) Nihil enim potiore studio dignum videtur, quam ut Prælati, qui curam animarum habent, resideant & solicitam gregis sui curam gerant. *Sed ais,* (inquit Dominicus Soto, *de just. & jur. l. 3. q. 6 art. 3. concl. 7*) *satis est laborare per alium. Profecto si non debet manducare, nisi qui laborat, fit ut qui non per se sed per alium laborat, non debeat ipse manducare, sed contentus esse, si loco illius alius manducet. Ait fortasse Paræcius beneficii possessor, satis est huic Ecclesiæ hunc vicarium substituere. Responderet autem Ecclesia, si fari sciret: Ergo satis est ei hæc, quam tu illi tribuis, merces, cur ergo reliquum ex me, absque ullo servitio, surripis.* Hæc Sotus. Et sane pastor qui ad perpetuam gregis custodiam vigilans non excubat, non minus graviter puniri debet, quam Euenius Apolloniata, cui cum sacrarum Solis ovium custodia commissa esset, & ille noctu obdormisset, lupique antrum ingressi sexaginta oves sacras jugulassent, Apolloniatæ puniri Euenium, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμήσαντα, eumque visu privari jusserunt. Herodot. *lib. 9.* Eleganter Damasus Papa *in epist. 4. Illi Episcopi,* inquit, *qui talia præsumunt* (h. e. qui propter suam quietem aliis plebes suas committunt) *videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim, ut pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos ut suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos*

Non residentia crimen.

 i. e.

qui receptus fuerit, quod contra sacros canones acceperit, amittet: & qui dederit, largiendi potestate privabitur.

Qui sine causa non residet, post monitionem privandus erit: & quæ sint iustæ causæ non residendi.

§. 2. Si tamen ab initio idonei ad residendum reputati, postea Ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine justa & necessaria causa deserant, si moniti & congruo tempore expectati non redierint, eis privari (585) pote-

i.e. populos sibi commissos aliis educandos tradunt, ut suas libidines expleant, i.e. pro suo libitu secularibus curis inhient, & quod unicuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, Ecclesiæ destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proveniunt. Non taliter Dominus docuit &c. Z.

ad §. 2.

Pauli IV. Severitas contra religiosos cœnobia egressos.

(585) Vid. *Novell. Justiniani 6. c. 2. l. 42. §. 10. C. de Episc. & Cler.* Superiore sane seculo beneficiati interdum Ecclesiis suis pene tam rari ignotique erant, quam Hispaniarum Rex populis, quos in Indiis imperio suo tenet. Abusum hunc tollere, & Ecclesiæ subvenire ipsi sæpe contenderunt Pontifices, sed irrito plerumque conatu. Paulus IV. Pontifex vitam religiosam professis in cœnobia, unde qualibet ex causa exierant, præstituta die nulla mora aut excusatione adhibita redire præcepit: ni id facerent, à sacrorum communione excluderentur; obtemperare detrectantibus, ut ab aliis internoscerentur, leo aut galero lineum album filum imponere jussit. Adeoque severe tur, pire in eo edicto exequendo enitebatur, ut complures in Pontificis ditione satellitum manu in vincula truderentur, alii in triremes conjicerentur. Sed tanta ex ea lege hominum turbatio ac tumultus, Venetiis maxime, quam Urbem, qui edicto parere nolebant,

poterunt. (*b*) Justæ non residendi causæ sunt: (586) veluti, si quis aut Romano (*c*) Pontifici, aut proprio Episcopo obsequium exhibeat. (*d*) Item, si jura, & negotia Ecclesiæ suæ (*e*) fideliter prosequatur, aut si, ut studiorum causa abesse possit, (*f*) est alicui specialiter indultum, & si quæ sunt aliæ similes.

(*b*) *c. fin.* *c. relatum* *c. parte eod.*

(*c*) *c. cum dilectus eod.*

Ad memoriam juvandam inducit repetitio.

§. 3. Hæc de præbendis, & dignitatibus, atque illarum provisionibus dixisse nos sufficiat. Verum, quia in hoc tractatu diffuse immorati sumus, ut sequentia præcedentibus melius contexamus, quædam in

(*d*) *c. de cætero eod.*

(*e*) *c. ex parte eod.*

(*f*) *cap. relatum. eod.*

bant, aut non poterant,. ad triginta millia, ut tutissimum perfugium elegerant, exortus est, ut plerique desperatione adacti in Turcarum oras proficisci, vel in Germaniam migrare statuerent; quidam in ædibus delitescentes rei exitum, ac Pontificis propinquum lethum exspectarent. Andr. Maurocen. *l. 8. histor. Venet.* Z.

(586) Marcus Antonius de Dominis *lib. 9. de Rep. Eccles. c. 10 n. 21.* non aliam agnoscit justam causam, quam si quis toti Ecclesiæ universali laboret egregie, cum majori scil. ipsius spirituali emolumento & fructu, quam futurus sit fructus particularis, quem ille parere possit in opere & officio particulari suæ Ecclesiæ particularis. Hinc igitur plurimæ corruunt causæ, quas hic justas ait autor. Obsequium enim Papæ aut Episcopo præstitum temporalia sæpe concernit, aut Ecclesiastica quidem, sed leviora & minoris momenti, quam ut absentiæ damnum resarciant. Nec dispensare potest Papa in iis, ad quæ jure divino aliquis obligatur. Jura & negocia Ecclesiæ suæ tanta sæpe non sunt, ut Ecclesiam relinquere operæ sit precium. Studiorum autem causa nullam plane meretur excusationem; cum aut dignus ab initio præfici debeat Ecclesiæ, aut si indignus promotus fuerit, dejici illico eum oporteat. Z.

Justa quæ hic dicuntur causæ revera injustas esse.

in memoriam reducemus. Personarum ergo quidam laici sunt, quidam clerici. Rursus clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in sacris, licet non in sacerdotio, quidam nec in sacris nec in sacerdotio. Eorum rursus, qui in sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in celsiore gradu, ut Episcopi: quidam in inferiore, ut presbyteri. In sacris vero dicuntur constituti Diaconi & Subdiaconi. Qui vero nec in sacerdotio, nec in sacris reperiuntur, ii sunt, qui sunt in minoribus ordinibus constituti. Cæterum, quoniam adhuc quidam in Ecclesia sunt, qui non minus in laicatu, (587) quam in clericatu constituti Domino

Monachi an Clerici an Laici.

(587) I. Monachos ab initio & origine sua laicos fuisse, postea vero tum à Gelasio Papa, tum deinceps a Gregorio permissum eis fuisse, ut in defectu Clericorum clericari liceret, & hinc aliquos in monasteriis suis Presbyteros factos fuisse refert Augustinus Barbosa *de jur. Eccles. l. 1. c. 43. n. 11, 12.* Distincti dehinc fuerunt Monachi in Clericos & laicos. Z.

II. Plura ad hanc observationem pertinentia repete ex dictis supra *ad tit. 26. §. 2. nota II. num. 437. p 391 seq.* scilicet in marginalibus: *differentia Canonicorum a reliquis Clericis & Monachis.* Item: *Canonicos ab Augustino institutos non fuisse Monachos.* Item *Monachi definitio & explicatio &c.* Adde Sarpium *de beneficiis §. 8. p. 37.* & ibi Houssaium *in notis* ubi ex Epistolis Hieronymi sequentia loca adducit: *Alia monachorum causa est, alia Clericorum.* Item *Clerici pascunt oves, ego pascor.* Item *sic vive* (alloquitur vero Monachum) *ut Clericus esse merearis.* Desumsit autem Houssaius illa ex Hieronymo à Costa ejusque *historia originis & progressus redituum Ecclesiasticorum p. 41.* Principalis sedes materiæ in decreto est *quæst. 1. caus. 16.* Ad statum pristinum

mino deserviunt, ut sunt regulares ac monachi, restat, ut & de his pauca subjiciamus.

DE REGULARIBUS, AC MONACHIS. (588)

TITULUS XXX.

Regulariter valet argumentum a regulari ad monachum, & contra.

§. I.

---

stinum Laicalem Monachorum spectant *priores canones 19.* Ad statum noviorem Clericalem *can. 20. seq.* Adde Rudolph. Hospinianum *de Orig. & Progressu Monachismi lib. 3. errore 2. & 3. p. 160. seq. & lib. 4. c. 10. p. 232.* T.

TIT. XXX.
ad rubricam.

(588) I. Vitæ monasticæ occasionem dedit immanis tyrannorum & Decii inprimus persecutio, quippe per quam adacti fuerunt pii Christiani, in solitudinibus latibula quærere, & vitæ suæ ac saluti quomodocunque consulere. Vid. Sozom. *l. 1. hist. Eccles. c. 13.* Nicephor *lib. 8 histor. Eccles. c. 39.* Gregorius Nyssen. *Orat. de vit. S. Gregorii Thaumaturg. tom. 2. edit. Paris.* claruerunt que eo tempore Paulus & Antonius, quos vitæ monasticæ Principes facit ipse Hieronymus *in vit. Pauli.* De utroque ita scribit Otto Frisingensis *lib. 4. c. 5. Fuerunt his diebus clarissimi regni Christi Principes Paulus & Antonius primi eremitæ, quorum prior persecutionem Decii fugiens, ac in desertis latitare cupiens, necessitatem vertit in voluntatem, ibique continentissime vivens plenus dierum moritur: alter vero & ipse sanctissimæ & arctissimæ vitæ multis ad arctioris vitæ Zelum provocatis, in pace quievit.* Hactenus Otto, cum quo facit Polydorus Virgilius *l. 7. de rer. invent. c. 1.* Auxit id temporis pium institutum Hilarion, Antonii discipulus, qui primus mona-

Monachorum origo. Status eorum hodiernus quomodo sit depravatus.

§. 1.

QUoniam vero, sive de regularibus agendum sit, sive

monasticen in Palæstinam & Syriam intulit, uti *in vita ejus* docet Hieronymus, Secuti deinceps alii atque ita ex necessitate homines in solitaria latibula cogente nata fuerunt integra pietatis Gymnasia. Cum enim illa vivendi ratio a vulgaribus congressibus remota, Sacrarum literarum tractationi & institutioni juventutis accommodata esse videretur, successu temporis cœnobia & monasteria constitui cœperunt, in quibus alumni tum bonis literis imbuti, tum aliis pietatis exercitiis, psalmodiis sc. jejuniis, humicubationibus, vigiliis &c. sine omni superstitione aut hypocrytica præsumptione partim ad pietatem & cultum divinum, partim ad alacritatem, temperantiam, castitatem & alias virtutes assuefacti fuerunt. Ex quo factum, ut ex monasteriis peterentur verbi divini & Ecclesiæ ministri, ut diserte testantur Hieronymus *in Epist. 4. ad Rusticum*, & Possidius *in vit. Augustin.* Unde & Justinianus Imp. Episcopum non ex plebe, sed aut ex Monasterio aut ex clero eligere jubet, *Novell. 6. c. 1.* Add. Claud. Espencæus *digress. lib. 3. c. 12.* Et jam ante Arcadius Imp. ex Monachorum numero Clericos ordinari voluit, *l. 32. Cod. Theod. de Episc.* ubi consuli poterit Jacobus Gothofredus. Quam vero mutata est rerum facies. Nunc enim Monachi explosa re scholastica titulum scholarum fastidiunt ac odio habent, & omnibus modis id agunt, ne monasteria amplius scholæ sint vel fuisse credantur. Preces & psalmodias solum ad numerum deblaterant, & ex consuetudine quidem in idiomate peregrino, satis pietatis ac devotionis rati, ubi satis boatus. Jejunia metiuntur carniprivio, & abstinentiam postea lautitiis compensant. Mendicant semper, quamvis non egeant, & hoc tantum agunt, ut Curios simulent. Otium vero Monachorum, quod vana & ridicula contemplationis excusatione defendunt, videtur descripsisse Seneca *l. 4. de benef. c. 11. Vobis*, inquit, *voluptas est inerti otio assuefacere corpusculum, & securitatem sopo-*

soporis simillimam appetere, & sub densa umbra latitare, tenerrimisque cogitationibus, quas tranquillitatem vocatis, animi marcentis oblectare torporem & cibis potionibusque intra hortorum latebras corpora ignavia pallentia saginare. Hactenus Seneca non quidem de monachis, sed moribus monachorum. *Quam longe* (inquit Georgius Cassander *in Consultat. ad Imperat.*) *Monachatus hodie à prima sua origine degeneravit, & quantis abusibus contaminatus sit, satis per se manifestum. Nam paulatim religio vera & solida in superstitionem & inanem speciem religionis conversa est: & accrescentibus opibus decrevit pietas & in ejus locum larvæ ceremoniarum successerunt, in quibus, veræ pietatis operibus neglectis, summa totius religionis constituta est. Si monachatus in ea forma perstitisset, quæ describitur ab Athanasio & patribus, nunquam tam graves reprehensiones incurrisset. Manent adhuc vestigia communis & canonicæ vitæ, sed in ædificiis ac nominibus tantum.* &c. Similia habet Claud. Espencæus *l. 3. digress. 12.* Postquam enim laudasset monachismum veterem a scholis, quæ tum habitæ fuerant, sic tandem de recentiore scribit: *Vix vicesimum quodque cœnobium literatorem habet novitiorum, quos vocant, in minimis elementis institutorem, tot interim totosque dies & noctes divino onerati contentique, ut loquuntur, servitio Hos itaque ut habet ex Salustio quidam si qui ventri sunt obedientes, animalium loco numeremus an hominum? imo quosdam ne animalium quidem sed mortuorum.* Videatur idem *libr. 1. digress. c. 10.* Plures differentias moachismi veteris & hodierni erudite congessit Carolus Molinæus *ad auth. ingressi monasteria C. de SS. Eccles. circa fin.* Cæterum omnis ea, quæ hodie recepta atque usitata est, monasticæ vitæ ratio ab Essenorum, Judaicorum Ascetarum exemplo fluxit, atque originem habuit; id quod facile patebit, si considerentur ea, quæ de Essenis refert Porphyrius *lib. 4. de abstinentia.* Massalianis eos comparat Nicolaus Fullerus *lib. 2. miscell. c. 19.* In ipso Papatu plurimum hodie Monachis insultarunt tum alii, tum inprimis Jesuitæ. Vid. Alphons. de Vargas *relat. de stratag. Jesuit.* & Julius Clemens Placentinus *de potest. pon-*

tif. in Societ. Jesu. Cardinalis Bellarminus lapsum monachismum sub gemitu columbæ depictum deplorat ac lamentatur, quem Pater Gravina Neapolitanus Dominicanus voce turturis exultantis oppugnavit, & refutavit; huic exultanti turturi mox caveam præparavit Jacobus Kellerus. Z.

Synopsis Tractatus Hospiniani de origine & progressu monachismi. Lib. I. de Origine & apud Judæos & Ethnicos.

II. Adde Sarpium *d.* §. *8.* Hieron. à Costa. *d. l. a p. 39. ad p. 49.* Cæterum miror, qui factum fuerit, ut Zieglerus nusquam mentionem fecerit tractatus Rudolphi Hospiniani *de Monachis*, cum tamen nemo plenius doctrinam de origine & progressu Monachismi docuerit. *Primus* Liber exponit voces Monachi, Religiosi, Therapevtæ, Ascetæ, Clerici, item nomina virginum sacrarum, Sacerdotissarum, Nonnarum, Monialium, Monacharum, & Virginum Vestalium, ac denique vocabula monasterii, Cœnobii, claustri. (*cap. 1.*) Tum pergit ad originem Monachatus apud Judæos (*cap. 2.*) qua occasione tractat de Pharisæis, Sadducæis, Essæis, Nazareis, Rechabitis, Prophetarum filiis, & de Sanctimonialibus Judæorum. (*c. 3. usque ad cap. 9*) Sequitur origo Monachorum seu Religiosorum Ethnicorum (*cap. 10.*) & doctrina de Turcorum & Japoniorum Monachis. (*cap. 11. & 12.*)

Libr. II. de Monachis Christianis & in specie de Eremitis.

Libro *secundo* incipit agere de Monachis Christianis. Ubi *cap. 1.* recenset tria genera primorum Monachorum in Ægypto ex Hieronymo, Anachoretas seu Eremitas, Cœnobitas, & tertium genus, Remboth dictos, sive Saraboitas, sive Rennuitas, sive Gyrovagos, sive Circumcelliones, qui videlicet bini vel trini habitarunt, suoque arbitrio viventes, de eo quod laborarint in medium partes contulerunt, ut haberent alimenta communia, nullum tamen Abbatem, aut præpositum, qui eos gubernaret, agnoverunt, quo liberum esset, quidvis pro arbitrio agendi & evagandi, quo animi libido ferret, cum magno studio cumulandi divitias. De hoc tertio genere in sequentibus nihil amplius meminit Hospinianus, haud dubie, quia putavit hoc genus Monachorum esse sublatum in Synodo Chalcedonensi anno 453. De Eremitis & variis eorum generibus agit *cap. 2.* De eorum origine & primis autoribus *cap. 3.* Nimirum errare eos, qui Heliam aut Johannem Baptistam inter Autores numerant, ubi imprimis refutat Bellarminum & Canisium. Potius Eremiticæ vitæ persecutiones

ori-

originem dedisse, & adeo primos Eremitas fuisse Paulam Thebæum & Antonium, quorum studia, mores, exercitia, victum & amictum fusius narrat *cap. 4.* ubi & de Hilarione agit, hisque primis Eremitis viris sanctis & bonis annumerat Nicolaum Eremitam Underwaldensem, qui circa annum 1480 floruit. *Capite 5.* alios Eremitas subsequentes recenset, in specie Stylitas, qui in columnis vixerint, & de variis erroribus Eremiticæ vitæ jam inde à prima origine adversus Bellarminum disputat. Reliqui quatuor libri agunt de Cœnobitis. *Tertius* de Cœnobitis seu Monachis, qui in oriente præsertim usque ad Benedictum Nussinum h. e. ab anno fere Domini 300. usque ad annum 530. floruerunt. *Quartus* de cœnobitis, quibus in occidente hinc inde dispersis, sed passim in cœnobia contractis Benedictus certam vitæ rationem seu regulam præscripsit, & mox per suos discipulos hoc vitæ genus in omnes Europæ provincias propagavit, ab anno 530. ad tempora Conradi I. *Quintus* qua occasione circa annum à Christo nato 900. usque ad annum 1197. Benedictinorum familia in plures dividi cœperit, aliique simul ordines emerserint, *Sextus*, quemadmodum novi iique hactenus incogniti ordines Monachorum mendicantium maxime exorti fuerint; & universam fere terram, omnesque ejus angulos occuparint post 1200. Christi annum. *Summaria contenta librorum 3. 4. 5. 6. de Cœnobitis.*

Postquam igitur *libro tertio* præmiserat quæstionem, utrum Eremitica an Cœnobitica vita sit præstantior, atque ex patribus & scriptoribus Pontificiis varias variorum sententias recensuisset, ipse concludit, utramque vitam nullius ponderis esse coram DEO, sed repugnare potius voluntati divinæ. *In specie Libri tertii.* Tum *cap. 1.* prolixe adversus Bellarminum disputat, deducentem originem Cœnobitarum ex jure naturæ ante diluvium ex verbis Geneseos, quod Enos cœperit invocare nomen Domini, ac asserentem, quod diu ante seculum quartum post Christum natum Monachi in Ecclesia fuerint, jam tempore Apostolorum, & ab Apostolorum exemplo religiones Monasticæ cœperint &c. *De Cœnobitarum origine.* Docet etiam, quod nimium virginitatis & cœlibatus studium in primitiva Ecclesia monachatum non mediocriter promoverit. Porro cum Basilius & Augustinus à nonnullis annumerentur Thabernensiotis, de horum autore Pachomio & regula ipsi ab An-

cant, simul vero *caput 12*, exercitia, studia, instituta, consuetudines, victum & vestitum illarum virginum ac varios tamen errores, qui in illarum vitæ genus irrepserint, exhibet; quemadmodum sequens *caput 13.* viginti duos errores, qui vitæ monasticæ hujus primæ classis se insinuaverint, distinctius proponit; puta vestitum superstitiosum, promotionem ad clericatum, salvo tamen monachismo, odium nuptiarum & conjugalis vitæ, debitorum parentibus & liberis officiorum neglectum, derelictionem uxorum vel virorum, irrevocabilitatem promissæ rite continentiæ, derelictionem sponsarum vel prima nuptiarum nocte, prohibitionem nuptiarum monachis in universum, votum cœlibatus etiam à Clericis præstitum, rescissionem matrimoniorum post vota contractorum ut illegitimorum, coactionem ad præstandum votum cœlibatus, remissiorem severitatem erga monachos scortantes quam nuptias contrahentes pœnas monachorum ad seculum redeuntium, opinionem meriti in vita monastica, immixtionem monachorum in secularia negotia, aliaque ambitionis monasticæ testimonia; denique hæreses plerorumque Monachorum primæ classis. Finem huic libro imponunt *capita duo ultima* historiam consecrationis monachorum & impositionis velaminis sanctimonialium referentia. Liber quartus agit de Benedicto & ordine Benedictinorum (*cap. 1.*) de hujus ordinis propagatione (*c. 2.*) de ordinibus Apostolicorum, Gregorianorum, Gerundinensium, (*c. 3.*) de regula, quam Benedictus suis Monachis præscripsit (*c. 4.*) de ritibus, institutis, legibus, consuetudinibus Benedictinorum, (*c. 5.*) de forma promittendi hanc regulam, (*c. 6.*) de vestitu Benedictinorum, (*c. 7.*) de eorum victu & potu, (*c. 8.*) de his quæ a Synodis sunt constituta, de Monachis Benedictinis, & vel in eorum regula non continentur, vel neglecta ad usum revocantur; (*c. 9.*) de assumtione Benedictinorum in ordinem Clericorum; (*c. 10.*) de ritibus & institutis Cassinensis Cœnobii, capitis Monasteriorum ordinis Benedictini; (*c. 11.*) de Abbatibus cœnobiorum hujus secundæ classis, eorumque electione, subjectione potestati Episcopali, investitura, seu confirmatione. (*c. 12. 13. 14. 15.*) de Sanctimonialibus hujus secundæ classis, earumque institutis; (*c. 16.*) De Abbatissis & Canonissis secularibus; (*c. 18.* &

Item defectus & errores.

Ac Consecratio.

Synopsis Libri quarti de Benedictinis.

& 19.) de non ædificandis Ecclesiis aut monasteriis, sine speciali licentia Principis vel magistratus ejus loci; de prohibita alienatione bonorum in Ecclesiasticas personas & Monachos, sine permissu Principis & autoritate publica; de monasteriorum confirmatione; de locis ad monasteria aptis & qualitate ædificiorum; de prohibita extructione monasteriorum duplicium, in quibus monachi & monachæ juxta se habitent; de prohibito introitu mulierum in monasteria, & virorum in monasteria puellarum; de prohibita conversione monasteriorum in usus profanos; *(c. 20.)* de ordine monasteriorum, & Abbatum ratione dignitatis; *(c. 21.)* de exemtionibus Clericorum & monachorum ab omnibus civilibus exactionibus & oneribus, & an Ecclesiasticæ personæ ac Monachi etiam ob graviora & atrocia crimina a seculari judice vel potestate puniri non debeant? *(c. 22.)* de Advocatis monasteriorum; *(c. 23.)* quod monasteria pleraque hujus secundæ classis post Benedicti tempora scholæ fuerint, & ea occatione de collegiis Canonicorum; *(c. 24.)* qua ratione collaturæ & decimæ Parochiarum ad monasteria pervenerint; *(c. 25.)* de origine & causa multitudinis monasteriorum ac magnificentissimorum donorum, quæ eis facta sunt, ubi & de servitute von der Leibeigenschafft/ item de monasteriorum mortuaria von den Todten Fähl; *(c. 26.)* de monasteriis tempore hujus classis secundæ extructis; *(c. 27.)* de erroribus ac superstitionibus multis, variis & horribilibus, quæ in vitam monasticam classis secundæ præter superiores libro præced. recensitos irrepserunt; puta, quod ordines monachorum nominari cœperint a primis fundatoribus; quod esus carnium fuerit a Benedicto prohibitus; quod Reges in Monachos tonsi, & quotidiana scortatio in sanctum statum canonizata fuerit; quod monasteria facti sint carceres & exiliorum loca; quod liberi a parentibus in monasteria fuerint detrusi; quod sponte intrantibus monasterium non licuerit iterum inde exire; quod preces a monachis vendi cœperint; quod fraternitates variæ id est status mixtus ex Monachis & Laicis ortæ fuerint, videlicet confraternitates rosarii, item S. Ittæ; quod concionari permissum fuerit monialibus; item adoratio imaginum, certa observatio hymnorum & festorum, missificatio, importatio reli-

gio-

quiarum in monasteria, processiones, nimia obedientia ab Abbatibus postulata; flagellationes institutæ, inclusorum in cellulas (der Clüßner) superstitio; (*c.* 28.) denique quod hi errores ac superstitiones a multis fuerint improbatæ. (*c.* 29.) Libro *quinto* docetur, qua occasione & causa ordo Benedictinorum scissus fuerit in diversas familias; (*c. 1.*) quomodo ortus sit ordo Cluniacensium, & quinam fuerint ejus ritus & consuetudines; (*c. 2.*) quinam ordines post annum a Christo nato millesimum instituti fuerint Benedictinæ potissimum professionis, videlicet Cæmaldulensis, Vallis Umbrosæ Sylvestrinorum, Grandimontensis, Carthusiensis (ubi elegans quæstio tractatur, cur nulla in Carthusiensi ordine, ut in reliquis ordinibus miracula fiant?) S. Antonii de Vienna, Cisterciensis seu Bernhardinus, Humiliatorum ministrantium infirmis in hospitali S. Antonii, Præmonstratensium, Gilbertinorum, Robertinorum, Cruciferorum, S. Spiritus Hospitalariorum, Jejunantium; (*c. 3. ad cap. 18.*) de ortu Equitum sacrorum, nimirum militum Hospitalariorum S. Johannis, qui postea Johannitæ, Rhodii ac Melitenses Equites appellati sunt, de horum regula, institutis & ritibus, de eorum ejectione e Syria & acquisitione Insulæ Rhodi, ac postea amisso Rhodo, insulæ Melitæ; (*cap. 19.*) Similia de ortu & interitu Templariorum; (*c. 20.*) de Teutonicis Marianis, Lazaritis, seu Hierosolymitanis, Calatravensibus, Militibus Domini Jacobi de Spatha; (*cap. 21. ad 24.*) de hujus tertiæ classis Abbatibus & Abbatissis, item de ritu recipiendi in Monachatum; (*c. 25.*) de luxu, hypocrisi, & fastu immodico monachorum hujus tertiæ classis. (*c. 26.*) Subjungitur catalogus monasteriorum, quæ tempore tertiæ hujus classis extructa dicuntur. (*c. 27.*) Liber *sextus* exhibet ordinum mendicantium numerum, ordinem, & quatuor species (1) Prædicatorum seu Dominicanorum (2) Minoritatum seu Franciscanorum (3) Augustinensium & (4) Carmelitarum; (*c. 1.*) originem ordinis Augustinensium Eremitarum, eorumque regulam, ubi & de Wilhelmitis; (*cap. 2.*) ordinem Carmelitarum, (*c. 3.*) Dominicanorum, eorumque instituta, ritus, consuetudines, propagationem, dolos, imposturas, fraudes ac mendacia a Dominico ad propagandam Ordinem ejus sparsa, (*c. 5, 6, 7.*) Franciscanorum;

Libri quinti, de Monachis à Seculo 6. ad 12.

Libri sexti de mendicantibus.

rum; horum regulam, ac testamentum Francisci, confirmationem regulæ, animadversiones in eam, reliqua Franciscanorum instituta, ritus, leges, consuetudines, nomina, classes, vestes, propagationem; (*c. 8. 9. 10. 11. 12. 13.*) nefaria facinora mendicantium monachorum, nimirum Dominicanorum Bernensium, Franciscanorum funestum ludum Aureliæ 1534. institutum, & alia; (*c. 14.*) statum eorum temporum, quibus mendicantes exorti sunt; (*c. 15.*) dissertationem, cur hi quatuor classium Monachi mendicantes dicantur, cum historia de mendicitate seu paupertate earum; (*c. 16.*) recensionem multorum piorum & doctorum virorum, in ipso Papatu, qui mendicantibus Monachis se opposuerunt & eorum fraudes, dolos, hypocrisin, impietatem, scelera atque omnis generis nequitias detexerunt; (*c. 17.*) scholas pietatis veræ & sanam doctrinam verbi Dei sub Mendicantibus Monachis interiisse; (*c. 18.*) ordines reliquos Monachorum hujus quartæ classis præter 4. mendicantes, ac primo militares, nempe militum sepulcri Dominici, Gladiferorum, Sanctæ Trinitatis sive Equitum de redemtione captivorum, militiæ S. Mariæ, militiæ Montesiæ; (*c. 19. 20. 21. 22. 23.*) deinde ordines S. Claræ, vallis scholarium, Eremitarum S. Pauli, Canonicorum regularium S. Martini, Bethlehemitarum, Bonorum hominum, Flagellantium, Servorum B. Mariæ, Cœlestinorum, Fratricellorum, Beghardorum, Beghinarum, Alborum Spirituum; (*c. 24. ad 33.*) Ordines seculi decimi quarti, scilicet militum Jesu Christi, militum Alcantharæ, Equitum Stellæ, Equitum Carteriorum, minorum prædicatorum de observantia, Sanctæ Brigiddæ, alias Salvatoris, Jesuvatorum, Sanctæ Catharinæ, Sancti Hieronymi, alias Eremitarum seu mendicantium Hieronymianorum, S. Salvatoris seu Scopetinorum, Albatorum, Turlupinorum; (*c. 34. ad 45.*) ordines seculi decimi quinti, scilicet Montolivetensium, Canonicorum S. Gregorii in Alga, S. Spiritus, Canonicorum Lateranensium, Sanctæ Justinæ, S. Ambrosii ad nemus, minorum Jesu-Mariæ, Eremitarum S. Francisci, pœnitentium mulierum seu meretricum, Equitum annunciationis B. Virginis Mariæ, Mauritianorum equitum, equitum aurei velleris, equitum lunæ, equitum S. Georgii, equitum S. Michaelis, Bandatorum, Rebattinorum Militum, militum S. Stephani; (*c. 46. ad 64.*)

& aliis ordinibus seculi decimi tertii.

Decimi quarti.

Decimi quinti.

64.) ordines feculi decimi fexti, fcilicet peregrinorum, pauperum, Indianorum, fodalitatis divini amoris feu Theatinorum, Paulinorum, Gaffalianorum; (*c. 65. ad 69.*) catalogum ordinum monafticorum, de quibus certo fciri non poteft vel a quo, aut quando fint inftituti, vel quo habitu aut veftitus genere utantur; (*c. 70.*) ingentem numerum monafteriorum in hac quarta claffe extructorum: (*c. 71.*) benedictionem feu confecrationem Abbatis non Monachi neque profeffi, ubi fimul etiam confecratio Monachi defcribitur ex Pontificali Alberti Caftellani; (*c. 72.*) ritum benedicendi Abbatem electum autoritate ordinaria non Papæ; (*c. 73*) confecrationem Abbatiffæ; (*c. 74.*) benedictionem & confecrationem Sanctimonialium; (*c 75.*) Abbatum Monachorum & Nonnarum confecrationes luxuriofas & intemperantes; (*cap. 76.*) differtationem, quod hodiernus Monachatus a veteri illo plurimum diftet, ad oftendendum, quod noftri temporis Monachi nihil præfidii in illorum inftitutis ac vitæ genere invenire poffint, proindeque principes Chriftiani recte fecerint, quod Pfeudo monachatum ex regnis fuis exturbaverint, & verum cultum DEI in ejus locum fubftituerint. (*c. 77.*) Ego quod dictis a Zieglero & Hofpiniano addam, non habeo, nifi quod de quatuor capitibus admonendum effe arbitrer lectorem. (1) Quoad originem Monachifmi derivatum ab Effenis evolvendum effe omnino Basnagium partim *in Hiftoria Ecclefiæ l. 2. c. 1.* partim in *Hiftoria Judaica*, potiffimum *Tom. VI. & ultimo §. 21. feq. p. 315. feq.* ubi fufius refpondet iis, qui vel Effenos vel Therapevtas putant fuiffe Chriftianos, quamvis concedat *p. 380.* Effenos obfervaffe tria vota caftitatis, paupertatis & obedientiæ. (2) Cavendum effe maxime, ne quis in doctrina de Eremitis fidem adhibeat fcriptis Hieronymi de vita Pauli & fimilibus Autoribus, cum nihil nifi putidiffimas fabulas contineant, & Hieronymus nimio ftudio perfuadendi aliis doctrinas fuas non crediderit turpe effe, piis, ut dicere folemus, fraudibus paffim uti, aliique poftea, qui vitas Patrum fcripferunt, eum in ejusmodi piis fraudibus ftrenue fint imitati. Vide Johannis Clerici *quæftiones Hieronymianas qv. 8.* aut, fi hic autor non videatur tibi fatis magnæ autoritatis, aut ex aliis caufis fufpectus, vide magnum Erafmum &

Decimi Sexti.

Ordines incertæ originis.

Communia Monachorum hujus quartæ claffis.

Monita quatuor.

Primum de Effenis & Therapevtis.

Secundum de fabulis in doctrina de Eremitis.

ex ipsis Scriptoribus Ecclesiæ Romanæ Petrum Danielem Huctium, & quæ ex illis excerpsit loca Clericus *d. qu. 8. §. 18. & 19.* Nobis sufficiat sequentia addidisse. Erasmus *in argum. Epist. Hieron. de muliere septies icta.* (*T. 1. Epist. Hier. f. 233. edit. Basil. 1537.*) *Lusit in hac Epistola Hieronymus artificio scribendæ historiæ.* Idem *in argum. epist. de vita Pauli.* (*ibid. fol. 257.*) *Videtur & hic Hieronymus exercitandi ingenii gratia lusisse.* Porro *in argum. Epist. de vita Malchi.* (*ib. fol. 255.*) *Lusit & in hoc argumento ingenii exercitandi gratia.* Maxime vero notabilis est locus Ejusdem *in Apol. ad Joh. Fabrum. Contendit* (Hieronymus) *alicubi esse Pauli* (Epistolam ad Hebræos.) *Sed non in hac re tantum VAFER & A SE IPSO DISSENTIENS HIERONYMUS, quem facile crediderim huic favisse Epistolæ, & ut non abhorruit à Platonis & Origenis sententia: VULGUS ALIQUANDO FALLENDUM ESSE, MODO SUO FALLATUR BONO, ita voluisse credi Paulo, quo majori cum fructu legeretur.* Idem *in arg. Epist. Hier. ad Eustoch. de custod. virg.* (*d. T. 1. f. 134.*) *Prodit Hieronymus & aperit technas ac fucos virginum, monachorum, ac Clericorum, qui sub prætextu castimoniæ ventri & avaritiæ serviebant. LUSIT autem in his depingendis PAULO LIBERIUS, quam delicatæ quorundam aures ferre possent.* Et in hac ipsa Epistola extat illa relatio Hieronymi de sua flagellatione ob studium Ciceronis, qua voluit Hieronymus Eustochium revocare à lectione scriptorum Ethnicorum. Attende jam ad verba Hieronymi. *Nec vero sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est tribunal illud, ante quod jacui; testis judicium triste quod timui. Ita mihi nunquam contingat in talem incidere quæstionem, liventes habuisse scapulas, plagas sensisse post somnium.* Quis Hieronymo credens sibi non persuadeat, Sanctum Patrem nihil minus quam somnia narrasse. Et tamen idem Hieronymus, idem vir pius & sanctus *sub finem lib. I. contra Ruffinum: Nunc autem novum impudentiæ genus: objicit mihi somnium meum.* Et *in ultima Apologia adversus eundem. Magni criminis,* inquit, *reus sum, si puellis &*

virginibus Christi dixi, seculares libros non esse legendos, & me in somniis promisisse, ne legerem. - - - Vide quid inter tuum & meum sit somnium. Ego me humiliter reprehensum refero, tu jactanter, te esse laudatum, congeminas. Si Politicus aut JCtus talia scripsisset, non deberet ægre ferre, si mendacii, imo si irreligionis publice accusaretur. Sed Patribus, videlicet, sanctis & piis, omnia licent. Jam quis concoquat illud inventum in vita Pauli de Satyro, Antonio apparente, & in re aperte falsa intempestive affectatam ab Hieronymo demonstrationem, ac si nequaquam narrasset fabulam. Vide *vitas Patrum* ab Arnoldo editas *p. 7.* Similis est fabula de leonibus Paulo sepulchrum præparantibus (*p. 11. 12.*) In vita Hilarionis tot fabulæ falsæ prætensorum miraculorum narrantur, ut lectorem pudeat. Vide inprimis eam, de equis ad usum ludorum Circensium destinatis, & aqua ex scypho fictili, ex quo bibere consueverat Hilarion, consperfis ac ita equos omnes cursu vincentibus. (*ibid. p. 100.*) Et tamen ab initio Hieronymus Spiritum S. invocat, ut ipsi concedat gratiam, quo rite narrare possit ea, quæ ab Hilarione acta fuerint. Quis crederet viros sanctos & pios talium abusuum capaces esse? Sed præbuerat Hieronymo jam Athanasius exemplum in vita Antonii, quæ ejusmodi fictionibus de apparitionibus diaboli, sub varia figura vel humana, vel bestiali vel mixta, tota est repleta (*ibid. p. 19. 23. 34. 46. 47.*) Quid mirum ergo, si subsequentes etiam talium vitarum conditores certarent inter se, quis alterum fictionibus talibus vinceret. Ita v. g. in vita Basilii M. apparet fabula de servo Proterii, pactum expressum & scriptum cum Diabolo faciente, & à S. Basilio postea ab eo liberato. (*ibid. p. 239. seq.*) (3) Equidem quod Pontificii commendent vitas Patrum & alias legendas tanquam intellectu faciliores, quam sint sacræ literæ, non mirandum, modo adjicias observationem Tribechovii *Exerc. ad Baron. Annales p. 38.* quod hoc modo commendentur glandes præ frugibus. Neque etiam Luthero vitio vertendum, quod de his vitis Patrum melius senserit, quam eæ merentur. Neque enim à Luthero postulari potuit, ut omnia arcana Papatus uno intuitu introspiceret. Illud vero dolendum valde, quod nostris temporibus in tanta Evan-

Tertium de non commendandis vitis Patrum.

gelii luce inveniantur, qui bona fide nugas istas piis animis serio commendant, aut DEO cultum exhibuisse sibi persuadent eorum publicatione. Pertinet huc nova editio harum vitarum a Gothofredo Arnoldo anno 1700. procurata, quæ adeo cum eo majoribus cautelis est legenda, quo major extat harum vitarum commendatio in dedicatione & præmissa introductione de vero scopo & usu hujus libri, item in historica narratione de fatis hujus libri. Et debuissent sane ipse & Autores harum meditationum agnoscere fabulas noxias in vitis istis latentes vel ex eo, quod ipsi fateantur *in historica narratione* §. 16. *p.* 32. istas vitas Patrum in Romana Ecclesia primo per jus Canonicum fuisse approbatas, & quod tam crassa & palpabilia mendacia in illis contineantur, adeoque a tam enixa commendatione earum abstinere. Quid enim veritas ad sui insinuationem fabulis habet opus? Annon Scriptura S. sufficit de salute sua sollicitis? Qui huic non credunt, quomodo fabulis credent? Et valde vereor, ne pietas, ad cujus acquisitionem tot fictionibus opus est, si non tota, saltem magnam partem ficta sit. (4)

Quartum de Statu primo Monachismi.

Quod Zieglerus statum primum Eremitarum & Monachorum inter pia instituta referat, eumque commendet, ac hodiernum solum Monachorum statum (cujus periodum a temporibus Caroli M. inchoat *de Episcopis Libro* 3. *c.* 24. §. 1. 2. 3.) pro degenerante & impio habeat, equidem non mirandum est, est enim communis hæc doctrina potissimum Doctorum Evangelicorum. Neque diffitendum, Monachos hodiernos multo vitiosiores & insolentiores esse antiquis. Sed quemadmodum vel ea, quæ modo de scripto Hieronymi ad Eustochium, de technis Monachorum sui temporis adduximus, & quæ in recensione tractatus Hospiniani *ex libri* 3. *cap.* 13. excerpsimus, satis docent, etiam statum primum Monachorum tam pium & sanctum non fuisse, uti vulgo sibi persuadent; ita non difficulter ostendi possunt varia præjudicia veræ sapientiæ studioso sedulo cavenda, quibus & ipsi Eremitæ & primi Monachismi Autores se decipi passi sunt, & quibus immersi etiam ex Doctoribus hodiernis non pauci, non potuerunt agnoscere subtilem illam, & sub larva sanctitatis decipientem hypocrisin. Nimirum crediderunt, societatem humanam noxiam esse pietati, & affectus humanos in solitudine magis posse compesci, quam

five de monachis, (589) eadem fere jura servantur, ne verbosa fiat evagatio, dirigamus sermonem in personas monachorum, idem etiam intellecturi de regularibus cæteris. Nam si quid in iis proprie servetur, separatim ostendemus.

Ex triplici capite quis fit monachus, & impubes a patre traditus monasterio, post annum pubertatis potest redire ad seculum, si velit.

§. 2. Monachi (a) fiunt, aut ex paterna devotione, aut ex propria professione, aut ex voti emissione. Ex paterna devotione (b) monachus quis efficitur, (590)

(a) *can. monachum 20. q. 1.*

(b) *can. illud autem 20. q. 1.*

quam in societate aliorum hominum; crediderunt, quod irritationes hominum ad stultitiam saltem provenirent ab extra; crediderunt, quod singularis & eminens sanctitas consisteret in nimio metu irritationum externarum, cum tamen hic metus sit indicium magnæ adhuc imbecillitatis & infantiæ in Christianismo; crediderunt, quod non sit aptior medicina ad reprimendas tres passiones capitales, quam tria vota monachica, cum tamen & recta ratio ipsis persuadere debuerit, hæc media ad nihil minus apta esse, uti etiam eventus docuit. T.

ad §. 1.

(589) I. Regulares & monachos ita inter se distingvunt, quod hi soli vitæ contemplativæ operam navent, neque prædicationi aut aliis se immisceant; illi vero contemplationi non tantum insistant, verum in actione præterea versentur, juvantes Episcopos & Clericos in concionibus ac Sacramentis. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. c. 41. n. 16.* Z. *Differentia inter regulares & monachos.*

II. Repete supra dicta *ad tit. 26. §. 2. nota 2. n. 437. p. 391. seq.* T.

(590) cum pater filios impuberes monasterio offert. Quo casu, si impuberes sacram tonsuram (591) vel velami-

ad §. 1.

Injustitia veterum parentum pro liberis.

(590) Si vota debent esse liberæ voluntatis, quod concedit Bellarminus *lib. de monach. c. 14. §. ult.* frustra est omnis patrum devotio. Inania hæc parentum vota in genere ita reprehendit Johannes Mercerius *in Conciliatore: Novi*, inquit *stultas illas & inanes parentum cogitationes, qui filiis, dum vivunt, nescio quæ regna afferentes, aliis aliam vitæ rationem præscribunt, quam sequantur, & ad vota properantes, pueris artes induunt adhuc nascentibus, hi cum adoleverint, sui juris facti, deficiunt, & non sine temporis jactura maxima eo feruntur omni contentione, quo ingenii igniculi propendent magis &c.* Z.

Tonsura, ac rasura, Clericalis & Monachalis.

(591) I. Tonsuram illam & coronam Clericalem sub necessitate quadam peremptoria & quidem religionis causa obtrusam nobis cupiunt Pontificii, quasi nemini quamvis legitime vocato sacra facere liceat, nisi in circulum detonso. Quod quam superstitiosum sit, nemo non videt. *Docete*, inquit Optatus Milevitanus, *ubi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum è contrario tot sint exempla proposita, fieri non debere, l. 2. contr. Parmen.* Sed enim à S. Petro tonsuram institutam volunt Latini, à S. Paulo Orientales Græci. Utrique diversam. Illi in modum coronæ spineæ caput attondent; hi caput totum radunt. Vid. Jacob Usserius *de Ecclesiar. Britannicar. primord. cap. 17. p. m. 921.* Et apud ipsos etiam Romanos eadem olim fuit tonsura & Clericorum & monachorum, cum hodie tonsura non modo in rasuram sit conversa, sed diversi etiam generis Monachi & Clerici gerere soleant coronam. Monachi enim tota supra aures capitis parte abrasa, inferiorem ad modum coronæ (puræ tamen & illibatæ, non, ut olim, spineæ) intonsam relinquunt. Clerici vero brevi tantum in vertice utuntur Orbe. Add. Paul. Laymann. *theol. moral. l. 5. tract. 9. cap. 12.* Duaren. *de sacr.*

facr. Eccleſ. miniſter. l. 1. c. 14. Gvid. Pancirol. *l. 1. var. lect. cap. 21.* Z.

II. Fuſius de tonſura clericali egit Zieglerus *peculiari diſputatione anno 1685. habita.* Hoſpinianus *lib. 3. c. 10.* non ſolum de origine tonſuræ Clericorum & Monachorum, ſed & ſeorſim de origine raſuræ intuitu utrorumque, imo & de raſura barbæ clericorum & Monachorum in Papatu tractavit. Pertinet etiam huc ex tractatu Ziegleri de Epiſcopis *caput 17. libri tertii* de jure faciendi Clericos per tonſuram. Notabimus ex iſtis autoribus adhuc nonnulla, ſed potiſſima. Triplex eſt in Papatu tonſura, pœnitentium, monachorum, clericorum. Pontificii ſcriptores tonſuram & raſuram ad decipiendum lectorem, ut raſuram clericalem & monachalem antiquiorem eſſe credat, promiſcue uſurpant, inprimis Bellarminus & Baronius, cum tamen tonſura denotet abbreviationem ſaltem capillorum, raſura totalem ſublationem. Apoſtolus jam inculcavit, non decere virum nutrire comam, adeoque non mirandum, quod Chriſtiani illorum temporum, pro libertate tamen, tonſura crinium uſi fuerint quæ tamen cum raſura ſubſequentium temporum & hujus quidem neceſſitate non eſt confundenda. Aniceti Pontificis Romani Epiſtolam, quam pro monſtranda origine tonſuræ Clericalis in partes vocat Gratianus *c. prohibete diſt. 23.* falſitatis vitio laborare oſtendit David Blondellus *in Pſeudo Iſidoro p. 205.* Qui ex conciliis antiquioribus produci ſolent canones, Carthaginienſis IV. *c. 44.* Agathenſ. *c. 20.* nihil aliud docent, quam Clericos comam nutrire non debere, plane ad mentem Pauli Apoſtoli, qui in genere viris hanc regulam præſcripſit. Turpe enim eſſet, & indecore facerent verbi divini miniſtri, ſi omitterent id, quod omnes viri modeſti facere tenentur. Et hinc quidem Apoſtolos coma brevi uſos fuiſſe, colligere licet, ſingulari autem & clericis propria tonſura miniſterium ſuum inſigniviſſe, & in tali tonſura myſterium aliquod ſtatuiſſe nullibi legimus. Quin imo ex Benedicti Paullini Petrocorii *de vita B. Martini lib. 2. verſ. 46.* optime colligit Caſpar Barthius *in comment.* non fuiſſe ea ætate (vixit autem Paullinus *Seculo V.*) moris, quod poſtea factum eſt, ut ſacerdotalibus honoribus invehendi comam deponerent. Videtur tamen

dita eo pertinentia.

tamen non multo post, in Hispania præsertim, invaluisse, ut tonsura ista pro ceremonia haberetur ordinationis. Huc enim, ni fallor, pertinet capitulum Concilii Toletani II. celebrati anno 531. *De his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis clericatus officio mancipavit, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio electorum* (h. e. Clericorum; sic enim hoc vocabulum explicandum est *ex c. duo sunt 12. qu. 1.*) *contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia a præposito sibi, debeant erudiri &c.* Et quo remotior deinde ab Apostolorum ætate fuit Ecclesia, eo magis in superstitionem, & effictam religionis speciem pro lapsa est. Adduci etiam solet testimonium Hieronymi, si modo ejus est, cum non sit ad manus iste ejus libellus, adductum a Gratiano *d. c. duo sunt 12. qu. 1.* id enim ostendit, seculo jam quarto coronam clericorum fuisse in usu; sed bene est, quod eam haberi dicit ab institutione Romanæ Ecclesiæ. Nec ergo ab Apostolis ea suam ducet originem, uti plerique hodie volunt, nisi Apostolicam traditionem, quam jactitant, ita interpretentur, ut non præcise ab Apostolis eam provenisse statuant, sed quod Apostolis tribuatur sæpe, cujus ignoratur origo. Andr. Rivet. *in Cathol. Orth tr. 2. q. 1.* Joh. Dallæus *de jejun. lib. 3. c. 2. p. 393.* Conferri autem cum adductis Hieronymi verbis debet alia ejusdem Hieronymi sententia *ad Ezech. XLIV. 20.* dum ait: *Calvitium novacula non est faciendum, nec ita ad pressum tontendum caput, ut rasorum similes esse videamur, sed in tantum capilli demittendi, ut operta sit cutis.* Quæ, ut ipsius Ezechielis verba, hoc volunt, modum ac decorum esse observandum, nec tonsuram in rasuram esse vertendam. Quemadmodum autem omne fere jus Ecclesiasticum mos aut consuetudo induxit primum, & constitutio deinceps confirmavit: ita mihi dubium non est, moribus primum, & sensim quidem invaluisse specialem aliquam Clericorum tonsuram, eumque deinceps conciliorum decretis roboratam fuisse. Quia enim præ cæteris illos modestiæ studiosos esse oportebat, certe ut præ se ferrent insignem pietatis speciem, ipsa officii ratio exigebat, creditum fuit, nec frustra quidem, etiam in habitu & externa corporis forma præcipuum quid haberi & obtineri debe-

debere, ut vel hac ratione disciplinæ Ecclesiasticæ custodes & reverendos verbi divini præcones venditare se possent. Et hinc vero variæ ejus ritus interpretationes excogitari cœperunt, ut non sine ratione introductum eum quis existimet. Nempe uti servi olim, simulac manumissi essent, radebantur & comam deponebant in signum libertatis, ut nullæ sordidi aut servilis status reliquiæ superessent in iis; ita Clerici per tonsuram denotare voluerunt, servire quidem se DEO, sed hoc servire regnare esse, & hinc liberatos se esse a servitute mundi, nec curis & sollicitudinibus vitæ præsentis se amplius teneri. Uti porro fastus & superbiæ indicium esse solet promissa cæsaries, ita declarare volunt illi, se ab omni superbia alienos esse, suoque & exemplo & doctrina humilitatem profiteri. Nec vero improbari possent symbolica ista argumenta, qualia plura collegit Sixtus Senensis *biblioth. lib. 5. annot. 244.* Renatus à Valle *in Hipparcho num 79. seq.* nisi maxima cultus divini pars, & tantum non præcipuum Christianæ religionis fundamentum saltem, quod ministerium Ecclesiasticum attinet, in tali tonsura poneretur. Admitti enim omnino nequit, quod Canonistæ & Doctores in Latina Ecclesia plerique omnes suam illam tonsuram & coronam clericalem sub necessitate quadam peremtoria, & quidem religionis causa obtrusam cupiunt, ac si nemini etiam legitime vocato sacra facere liceat, nisi in circulum detonso, & singulari hoc charactere notato Quibus merito opponi potest illud, quo Optatus Milevitanus *Lib. 2.* adversus *Parmenianum* alloquitur Donatistas. *Docete*, inquit, *ubi vobis mandatum est radere capita sacerdotum, cum é contrario sint tot exempla proposita, fieri non debere.* At enim solenne hoc est Ecclesiæ Latinæ, ut certos præscribat ritus, ineptos quandoque, & pene pueriles, sub opinione vel cultus, vel necessitatis intrinsecæ, ac si essent media promerendi gratiam, aliosque effectus spirituales producendi. Qui ad Apostolos provocant, quo se vertant, nesciunt; Nec enim probabunt unquam, vel attonsos eos omnes sub certo charactere fuisse, vel uniformem omnibus placuisse comam, Ceolfredus Abbas ab Naitano Rege Pictorum, qui septentrionales Britanniæ plagas inhabitant, rogatus, ut verum tonsuræ Clericis insigniendis modum præscribere

vellet, hunc in modum respondit. *Scimus, quia neque Apostoli omnes uno eodemque sunt modo adtonsi, neque nunc Ecclesia Catholica sicut una fide, spe & charitate in DEUM consentit, ita etiam una atque indissimili totum per orbem tonsuræ sibi forma congruit* Apud Bedam *lib. 5. Hist. Eccles. cap. 22.* ubi omnibus aliis anteponendam censuit illam, quam in capite suo gestavisse Petrum credidit, eamque ad formam coronæ, quam in passione sua spineam portavit, in capite Servator noster, figuratam, ait: *Inter omnes tamen* inquit, *quas vel in Ecclesia, vel in universo hominum genere reperimus tonsuras, nullam magis sequendam nobis amplectendamque jure dixerim ea, quam in capite suo gestabat ille, cui se confitenti Dominus ait: Tu es Petrus &c. - - - Neque verò ob id tantum in coronam adtondemur, quia Petrus ita adtonsus est, sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis ita adtonsus est, idcirco & nos, qui per eandem passionem salvari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice, summa videlicet corporis nostri parte, gestamus &c.* Occasionem Petro natam fuisse dicunt exinde; prædicasse eum aliquando Antiochiæ Christum crucifixum magno cum ardore, nonnullos autem in Christiani nominis ignominiam caput illi abrasisse, sed illum ob Christi amorem, illusionem in gloriam, & infamiam in honorem convertendo præcepisse omnibus Ecclesiæ ministris tonsuram gestare. Quam fabulam post alios refert Nicolaus Rodriguez Fermosinus *ad c. 2. & 3. X. de offic. Archidiac. q. 2. n. 55.* Eam Germano Episcopo Constantinopolitano acceptam refert Cardinalis Baronius *ad ann. Christi 58. num. 125.* & quidem sub hoc schemate, *quod Christus Magister post eam illusionem Petro benedixerit, & infamiam in honorem, illusionem in gloriam converterit, & posuerit super caput ejus coronam, non ex lapidibus pretiosis, sed lapide & petra fidei ejus fulgescentem super aurum & topazium & lapides pretiosos.* Fatetur autem Baronius ignorari, unde id acceperit Germanus, credendum tamen esse, ex majorum traditione id edoctum fuisse. At enim recentior & seculi octavi scriptor est Germanus ille, & præterea Græcus, h. e. fabulorum architectus. Nec satis ipsa cohæ-

ret

ret relatio. Quomodo enim benedici ei potuit à Salvatore Christo, tum temporis, cum missus ille esset, non versante amplius in terris? Sed & reliqui omnes, qui tonsuræ ritum & characterem Petro adscribunt, vel recentiores sunt, vel fidei sublestæ, & parum sibi constantes. Uti vero Romani, & cum illis facientes Ecclesiæ occidentales, a Petro tonsuræ suæ modum se accepisse gloriabantur: ita è diverso suum, qui & ipse diversus plane erat, Apostolo Paulo adscribebant orientales. Uterque tam superstitiose observabatur ab utrisque gentibus, ut ordinari non posset in Ecclesiis occidentalibus, qui in orientalibus tonsuram accepisset, nisi post aliquod temporis spatium, quo & crescere iterum coma, & tonderi deinceps Romanorum more posset. Exemplum refert Beda *libr. 4. hist. c. 1.* Theodori Tharso Ciliciæ nati, Ecclesiis Britannicis seculo septimo destinati ArchiEpiscopi. *Qui*, inquit, *subdiaconus ordinatus, quatuor expectavit menses, donec illi coma cresceret, quo in coronam tonderi posset. Habuerat enim tonsuram more Orientalium sancti Pauli Apostoli.* Si verum est, ab Apostolis ipsis tondendi modum institutum fuisse, mirari merito licet, cur diversi eum esse voluerint illi ad eundem finem & effectum, præsertim cum in tali actione fundamentum totius hierarchiæ, si diis placet, posuerint. Sed desino tandem in origines maxime obscuras inquirere prolixius, aut etiam caussas ejus rei moventes examinare. Videri poterunt Jacobus Usserius ArchiEpiscopus Armachanus *in Britan. Eccles. antiqu. pag. 921. seq.* Joh. Bapt. Casal. *de Vet. Christian. ritib. cap. 49.* Sixt Senens. *biblioth. lib. 5. annot. 244.* Ex jure Canonico noviore promptissima characteris istius ratio movens mihi videtur esse ista, ut per certam aliquam notam data quasi tessera constare posset de illis, qui cives & membra essent regentia Reip. Ecclesiasticæ. Quia enim avulsa est à Pontificibus Romanis Resp. illa à Rep. civili, ita ut nihil omnino juris huic in illam competat amplius, uti quidem enormem istam exemtionem tuentur hactenus, factum hinc est, ut tonsura ista, quæ humilitatis & modestiæ indicium olim esse debuit, degeneraverit in signum eminentiæ, & tale quidem, quod longe præstare faciat minimum Diaconum Regibus ac Principibus, uti nugatur Card. Baronius *ad ann.*

lamina (592) susceperint, quintodecimo ætatis anno (593)

57. num. 31. Quia igitur hac ratione respublica est in republica, status in statu, civitas in civitate, character iste per tonsuram impressus, alterius reipublicæ cives discernere cœpit, quos antea potestati civili subjectos esse debere, & Apostolus docet *Rom. XIII, 1.* & ad eum Johannes Chrysostomus. Atque ita characteris talis impressio tam necessaria habita fuit aliquando, ut anathema diceretur ille, qui ex Clericis comam relaxaverit *c. si quis 4. X. de vita & honest. cler.* Unde & judex secularis, si ut Laicus quis captus fuerit, & is inveniatur tonsuratus, retinere eum in carcere nequit, sed ablegare debet ad judicem Ecclesiasticum. Acac. Anton. de Ripoll. *var. resolut. cap. 1. num. 517.* Anton. Gomez. *resolut. tom. 3. c. 10. n. 3.* T.

Superstitio circa vestimenta & cucullos Monachorum.

(592) I. Qui cæteris sanctiores videri volebant, atque in his præcipue, qui monasticam vitæ rationem amplexi erant, vestium genus proprium ac sordibus & vilitate ipsa notabile affectabant, quod merito improbarunt sancti Patres. Johannes Cassianus *Monast. instit. lib. 1. c. 3. Quapropter cilnam vestem velut circumspectam à cunctis atque notabilem, & quæ ex hoc ipso non solum nulla spiritui posset emolumenta conferre, sed etiam elationis concipere vanitatem, omnimodo refutarunt.* Et Beda *in vit. Cuthberti c. 16. Vestimentis utebatur communibus, ita temperanter agens, ut horum neque munditiis, neque sordibus esset notabilis.* Quanta vero superstitio est, veste monastica Satanæ impetum amoliri & peccata tegere velle? sic enim hodie in investitura monachorum dicunt: *Benedicat Dominus huic vesti, ut sit firma armatura contra impetus Satanæ, & ut tegere possit peccata tua coram facie DEI.* Quanta superstitio est, ex veste sanctitatem petere? id enim plurimis summis etiam Viris, in Papatu solenne est, ut cadavera sua in habitu monachali sepeliri faciant. Et quidni faciant, siquidem in libro conformitatum Bartholomæi Pisani, qui anno 1389. in generali Minorum concilio approbatus & Mediolani, per Gothardum Ponticum

ticum anno 1510. excusus cum hac inscriptione, *liber aureus pag. 78.* ista leguntur: *Omnes salvantur, qui moriuntur in ordine & sub regula B. Francisci. Franciscus enim rogavit DEUM & impetravit a DEO, ut nullus in habitu* (cucullo Franciscano) *possit male mori, idque explicatius ponit Bernardinus in r sario; Eadem gratia descendit super eum, qui habitum religionis assumit & super eum, qui baptizatur. Induitio cuculli dat illi plenariam remissionem peccatorum a pœna & a culpa.* Quanta denique superstitio est; magna pecuniæ summa ejusmodi exuvias monachorum coëmere? ita enim Magdeburgi 300. floren. emptum cucullum monasticum refert D. Saccus, *Dominic. 23. Trinit.* Optime statuit Concilium Gangrense *can. 12.* allegato à Gratiano *c. 16. dist. 30. Si quis virorum putaverit sancto proposito, i. e. continentiæ convenire, ut pallio utatur, tanquam ex eo justitiam habiturus & reprehendat vel judicet alios, qui cum reverentia birris utuntur & alia veste communi, quæ in usu est; anathema sit.* Et quia hic de cucullo monastico dicere cœpimus, digna sunt, quæ hic legantur, verba Alphonsi de Castro *ex lib. 1. adv. hæres c. 9. Non possum,* inquit, *non stomachari in eos, qui ut institutum suum laudent, non verentur coram populo jactare, & dicere, eum, qui semel habitum illius ordinis susceperit, non posse in fide errare, nonne aperta est hæc blasphemia, cum per hoc magis videatur tribuere habitui, quàm fidei, aut gratiæ DEI? estne forte potentior habitus iste, quàm fides ipsa aut gratia DEI? Abstineant ergo, & tales nænias poetis cantandas relinquant, & populo meliora prædicent. Testor DEUM, non mentior, nam præsente me in concione publica ad populum prædicans in die, quo agitur solennitas sancti, qui ordinem instituerat, dixit, fraternitatem suam & societatem laudibus extollere volens, eum qui semel habitum illius religionis induerit, non posse esse hæreticum, & ab aliis pluribus accepi, se eadem verba audivisse ab hominibus ejusdem Ordinis, cum ea de re populo sermo fieret. Ego quidem dum audirem, abominatus sum hominis audaciam, & impudentiam & exsecratus sum &c.* Z.

De velamine sacrarum virginum ejus origine & superstitione;

II. Miror, Zieglerum cum de velamine sacrarum virginum hic agere debuisset, de vestibus monachorum magis fuisse sollicitum. Ergo defectus hic supplendus est ex Hospiniano *lib. 3. c. 13.* ubi refutat fabulas, quasi Matthæus Apostolus amplius quam ducentas virgines consecraverit, & quasi Paulus Teclam virginem per multos annos secum circumduxerit, & tandem sacro velo consecraverit, tradita ipsi potestate docendi, baptizandi, & virgines voto perpetui cœlibatus velandi & consecrandi. Tertullianus librum scripsit *de velandis virginibus*, ex quo titulo nonnulli colligunt, ejus tempore virgines sacras dedicatas & velatas esse. Verum longissime errant, & magnam hoc ipso inscitiam suam produnt, ac declarant, se librum illum ne inspexisse quidem. Certum enim est, librum hunc Tertulliani nihil minus spectare, quam virgines ab Episcopis consecratas, quod isti ineptissime putant. Sed hoc est libri ejus argumentum. Virgines Carthaginensium veniebant in templo aperto capite. Id factum cum à quibusdam reprehenderetur ex Pauli verbis ad Corinthios, Carthaginenses responderunt, locum illum Pauli tantum de nuptis mulieribus, non de virginibus intelligendum esse. Tertullianus itaque probat, verba illa Pauli pertinere ad omnes, & tam virgines quam nuptas in coetu sacro velari oportere, sicuti etiam testatur Beatus Rhenanus *in suis ad hunc librum annotationibus*: quibus hæc porro adjicit; *Observandum* inquit, *eas virgines, quæ velatæ in Ecclesiam ventitabant, virgines DEI à Tertulliano dici, illas vero quæ foris quidem, hoc est in vicis propter Ethnicos velabantur, cæterum in ipso cœtu Christianorum sive Ecclesia nudato stabant capite, virgines hominum appellari, juxta illud Geneseos. filii DEI & filiæ hominum. Atque haud scio an illæ priores fuerint consecratæ aut professionem fecerint, cujus rei nulla prorsus hic sit mentio. Posterior autem ætas, nempe D. Ambrosii, sacratas virgines habuit, & velatas ab Episcopo* &c. Idem Rhenanus *in dictis annotationibus* indicat, Ambrosii & Hieronymi demum ætate sacratas virgines & velatas ab Episcopo habere cœpisse. Unde etiam Ambrosius *Libro I. de virginibus ad Marcellinum* refert, de Placentino sacrandas virgines, item de Bononiensi & Mauritania, Me-

diolanum venire, ut ibi scilicet ab Ambrosio ejus urbis Episcopo velentur. Hoc autem institutum suum velandi sacras virgines quod in Mediolanensi Ecclesia tunc ut novum & peregrinum reprehendebatur, conatur Ambrosius ex fabula Teclæ, tanquam traditionem Apostolicam probare & tueri. Reliquum est, ut dicamus, quæ fuerit ratio hoc tempore velandi & consecrandi Virgines istas. In Carthaginiensi igitur Synodo IV. quæ habita est juxta Prosperum anno 401. vel juxta Marianum Scotum 418. sancitum fuit *cap. 11. ut sanctimonialis virgo cum ad consecrationem suo Episcopo offeratur, in talibus vestibus producatur, quibus semper usura sit professioni & sanctimoniæ aptis: dist. 23. cap. 24.* Deinde adducebatur ad Altare, solenni conventu accensisque candelis: cui tum sacerdos ante veli impositionem dicebat: *Aspice filia & intuere & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, ut concupiscat Rex decorem tuum.* Ad quæ verba simul tegebatur velo, tanquam castitatis & verecundiæ testimonio, & omnis populus acclamabat *amen.* Optatus Milevitanus *lib. 2. ad Parmenianum* indicat, virginibus mitras impositas fuisse: videtur autem per *Mitras* nihil aliud intelligere quam velum. Precatiuncula tum super virginem velatam dicebatur ex institutione Ambrosii *de virginis institutione cap. 7.* Accurrebant denique ad velatam certatim Matronæ religiosæ & Nobiles, oscula ejus petentes. Sunt hæc desumta ex libro Ambrosii *ad virginem lapsam:* qui tamen Ambrosii non videtur esse. Potius est declamatio quædam, quæ eadem propemodum tota extat apud Hieronymum sub titulo *epistolæ ad matrem & filiam.* Neque hoc latuit Erasmum, qui sagax admodum fuit in iis fucis & fraudibus deprehendendis. Ex Alcimo Avito apparet, pluribus in locis Moniales Chrismate quoque inunctas fuisse. Apparet autem non diu post Constantini tempora superstitionem invaluisse, ut in velo illo virginum sacrarum multum castitatis collocaretur. Nam in decreto quod Pio I. à Gratiano, rectius autem ab aliis Gelasio I. adscribitur, præcipitur, *ut illud non nisi in Epiphania, in Sabbatho Paschæ & Apostolorum natalibus imponatur.* Cumque addat *nisi forsitan, sicut de Baptismo dictum est, gravi languore correptis, ne sine*

 hoc

(593) moneri debent & inquiri, utrum in ipso habitu permanere cupiant: si permansuros se professi fuerint, vel professionem a se prius factam ratam habuerint,

---

hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur: quisque videt, Pontificem illam impositionem veli superstitiosi, etiam Baptismo æquasse, deque eo ita loqui, ac si quam jacturam salutis faceret, si sine illo ex hac vita migraret virgo. Cumque Innocentius I. virginibus velatis pœnitentiam omnem deneget, si matrimonium contrahant: nondum autem velatis eandem concedat, licet idem fecerint, intelligitur iterum, quantum velo dedicatarum virginum tunc temporis tribuerint. Nam utrinque promissio intercedebat de virginitate servanda, sive datum sive non datum fuisset velum; & tamen discrimen tantum fecerunt. T.

Juniores ad votum continentiæ inepti. (593) I. Quia inter vota monastica Pontificii referunt votum perpetuæ continentiæ, negari nequit, pueros quindecennes minus adhuc habiles esse ad ejusmodi votum concipiendum. In tali voto enim requiritur multorum annorum experientia, ut voturo constet, an etiam donum continentiæ, quod perpaucis contingit, sortitus sit, ne temerario ausu laqueum sibi injiciat, & continuis ustionum flammis se exponat. Et proinde Concilium Romanum sub Sylvestro *can. 10.* prohibet velari sanctimoniales ante annum 72. Concilium Cæsar-Augustanum *can. ult.* & Agathense *can. 13.* sanctimoniales ante annum 40. velari vetant. Concilium Carthaginense III. *can. 4.* & Africanum IV. quod citatur *can. placuit 20. q. 1.* constituunt annum 25. Sic vota juniorum improbant Ferus *in Matth. c. XIX.* & Cassander *in consultat. art. 23.* Z.

Imo etiam ad reliqua vota monastica. II. Id quidem verosimile est & latius probat Hospinianus *lib. 3. c. 1. p. 60 seq.* per nimias laudes cœlibatus & virginitatis a Patribus priorum seculorum post Christum natum monachatum non parum fuisse promotum. Sed tamen hæc non est sola causa promotionis, & adeo circa juniores non solum notandum est, quod inepti

sint

rint, ulterius pœnitendi locum non habebunt, (594) si vero ad secularem habitum reverti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur. (595). Qua etiam ratione constitutum est, ne quis invitus ordinari debeat.

Si impubes præter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus, possunt parentes intra annum reclamare, secus si sit pubes.

§. 3. Quod si (*c*) impubes (596) præter parentum voluntatem tonsuram accepit monachalem, parentes- (*c*) *c. 2. ext de regular.*

sint ad votum castitatis, sed etiam inepti sunt ad vota paupertatis & obedientiæ; Uti enim paucis contingit donum continentiæ; ita etiam paucis contingit donum abdicationis omnium bonorum, & vivendi in communione, inprimis, cum communio ex vulgari dicto JCtorum sit mater litium. Imo pauci etiam habent donum obedientiæ, inprimis cœcæ monachalis ac plus quam servilis. Quidquod & adulti & in virili ætate constituti ad ista tria vota non sunt apti, per ea, quæ notabuntur ad §. 4. T. *Imo & adulti.*

(594) Dicam infra ad §. *Is igitur 13.* Z. *Remissio.*

(595) Sed profecto non minus coacta erunt servitia ejus, qui, postquam in ætate minore professus fuit, dono continentiæ instructus non est. Z. *Objectio.*

ad §. 3.

(596) Recte quidem hoc, quod parentes revocare possint & irritum reddere factum ab impubere filio commissum; sed minus recte, quod eis id liceat tantum intra annum, cum etiam post annum plenam arbitrii libertatem non accipiat filius, sed adhuc tum parentum potestati subjectus sit, eo quod justum & deliberatum animi judicium, quale requiritur in voto, nondum habeat. Z. *Alia objectio.*

rentes id factum irritare valent: sed si intra annum ad proprium Episcopum, (597) vel alium competentem

Episcoporum potestas antiqua in monasteria qua occasione postea attrita fuerit.

(597) Quotcunque exædificata fuere monasteria, subjecta ea esse voluit antiquitas directioni & Regimini Episcopi in illa diœcesi. Concil. Calchedonense *c. 4.* Arelatense V. *c. 2.* Vernense *c. 3.* Hinc adeo factum, ut sine literis Episcopi commendatitiis non licuerit vel monachis vel monialibus claustris suis egredi, gravesque sustinnerint pœnas, qui secus fecissent, etiamsi Romam iter facere voluerint. Imo & ipsis Abbatibus prohibitum erat; sine permissione Episcopi iter suscipere, aut longius à monasterio suo abire. De monialibus sine licentia Episcopi monasterio suo egressis illustre extat exemplum apud Gregorium Turonensem *lib. 9. Histor. c. 39. seq.* Sed & visitandi potestatem in monasteriis habebant Episcopi multis conciliorum decretis confirmatam. Quin & removere ab officio potuit Episcopus Abbatem criminosum, non tamen nisi cum consilio suorum compresbyterorum & reliquornm Abbatum. Quæ singula latius probat Zieglerus *de Episcop. lib. 3. c. 24.* §. *4. ad* §. *9.* ubi tandem sic concludit §. *10.* Tanta olim fuit in monasteriis Episcoporum potestas. Sed multum attenuata deinceps ea & attrita, alicubi etiam prorsus extincta fuit per exemtiones monasteriorum & privilegia illis concessa. Quæ ipsa tamen ab initio tam gravem Episcopalis autoritatis jacturam inferre non videbantur, quod & leviora ea essent, & Episcopalem jurisdictionem integram & illæsam relinquerent, & ex ipsorum etiam Episcoporum vel culpa vel spontanea concessione causam haberent. Non enim uniusmodi ea semper fuerunt, sed ex tenuibus initiis orta primum, latius deinceps cum adolescerent, fimbrias suas extenderunt, donec in ejusmodi nervum eruperunt tandem, ut omne prorsus Episcoporum regimen respuerent, & se autoritate sedis Romanæ in plenam libertatem vindicarent. *Prima* & præcipua immunitatis primævæ causa, ni fallor, fuit Episcoporum avaritia; qui cum, uti in alia, quæ Ecclesiarum propria fuerunt,

tem judicem non reclamaverint, revocare amplius non poterunt. Si vero in grandiori ætate adoleſcentes ſervire Deo elegerint, non eſt poteſtas parentibus prohibendi. (598)

Pro-

runt, ita etiam monaſteriorum bona jus ſibi ab antiquis canonibus conceſſum haberent, haud veriti ſunt iis abuti, & in ſuos ſuorumque uſus prodigaliter vertere, monachis vero ſuis parcius admetiri portiones quotidianas & monaſteria ipſa ſuis defraudare facultatibus. *Altera* cauſa erat Epiſcoporum in præficiendis Abbatibus parum conſiderata, & præſumtuoſa atque prærupta temeritas, dum inhabiles ſæpe & nec moribus, nec ſcientia præſtantes peregrinos, quandoque & rei monaſticæ prorſus ignaros in Abbates promoverent, quorum Manliana imperia & importunas atque amaras voces ferre vix poterant monachi, quique adeo turbas ſæpe excitabant, & canonica præcepta ad arbitrium ſuum atque libidinem eludebant. In his ſcilicet duobus conſiſtebant primæ illæ immunitates, quibus monaſteria gaudebant, ut referrentur vel ad liberam Abbatis & Abbatiſſæ electionem, quæ conventui ſive congregationi tota permittebatur, vel ad liberam facultatum monaſticarum & oblationum adminiſtrationem, qua interdicebantur Epiſcopi, ut quæ haberet, bona retineret Monaſterium, ſalva in cæteris omnibus Epiſcoporum jurisdictione & jure competente &c. T.

Antiquitas ſuperſtitionis de votis liberorum invitis parentibus.

(598) Ita etiam Juſtinianus *in l. 56. C. de Epiſc. & Cler. & Novell. 123. c. 41.* ut neſciam, utrum defendi poſſit, quod aſſerit Cujacius, integram eſſe patri vindicationem filii, qui inconſulto patre devovit ſe monaſterio. *in paratit. Cod. de emanc. libb.* ubi ſimul per monachiſmum non ſolvi patriam poteſtatem, contendit, quem ſequitur Rittershuſius *ad Novell. part. 1. c. 6. n. 46.* diſſentientibus licet pleriſque omnibus. Quicquid ſit, antiqua admodum hæc eſt ſuperſtitio, qua monaſtica vita filiali præfertur ſubjectioni, cum tamen verbo divino ſevere hæc præcepta ſit, illa præcepta non ſit. Et pie ad-

Professio est duplex, tacita & expressa, & potest fieri etiam ante annum.

§. 4.

admodum per Concilium Gangrense *can. 16.* anathematis fulmine filii percutiuntur, qui prætextu religionis parentes deserunt, iisque debitum honorem non reddunt. Z.

Disputatio Hospiniani circa hanc quæstionem contra Canonistas.

II. Tetigit etiam hunc errorem, quod liberi invitis parentibus possint monasterium ingredi, si pubertatis annos adimpleverint Hospinianus *lib. 3. c. 13. errore 5. p. 167. seq.* atque prolixe adversus Bellarminum*, eundem tam ex dictis scripturæ S. *Deuter. c. 33. Ps. 45. Matth. 10. Lucæ 9.* quam ex decretis Conciliorum, *Toletani 10. c. ult. Synodi Tiburiensis c. 24.* & Clementis 3. Papæ, ac ex doctrinis Patrum, Chrysostomi, Theophilacti, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii M. ac Bernhardi defendere conantem, fusius disputat. Potissimæ & maxime notabiles responsiones sunt istæ: Verbum DEI has exceptiones Jesuiticas (de annis pubertatis) nescire, sed simpliciter dicere, liberos quamdiu in domo patris fuerint, sub patris potestate esse, adeoque etiam illi licere vota liberorum infringere: Textus scripturæ sacræ non agere de vita monastica, nec inde ad vitam monasticam posse deduci rationabiliter argumentum; Patrum autoritatem non esse omni exceptione majorem, vel etiam torqueri à Bellarmino contra regulas bonæ interpretationis ad quæstionem præsentem; in specie quod Hieronymum attinet, eum Paulam contra divinam & humanam legem laudare in ejus Epitaphio, quod licet fratre, cognatis, & liberis eam prosequentibus, ipsa tamen facile hos omnes neglexerit; Ipsum Hieronymum in Epistola ad Nepotianum fateri, quod in Epistola ad Heliodorum (quem allegaverat Bellarminus) calentibus adhuc Rhetorum studiis pro juvenili ætatis ratione, scholastico flore luserit, atque eam esse causam, quod hyperbolis ac reliquis id genus ornamentis plurimis in ea utatur: Gravissime quoque monere Erasmum, Hieronymum in dicta Epistola verba Christi nonnihil ad suum institutum torsisse; denique de Bernhardo

non

§. 4. Propria professione monachus efficitur quis aut expresse, aut tacite. Expresse, ut si quis post annum

non mirum esse, quod in favorem monachatus scripserit, cum ipse monachus maximis illius seculi tenebris fuerit oppressus. Petrus Ærodius JCtus & Quæsitor Andegavensis filium habuerat, qui à Jesuitis persuasus ipsorum ordini invito Patre se dederat, atque à patre aufugerat. Pater factum Regi denunciaverat, & Jesuitas Collegii Claramontani suspectos vel de occultatione filii, vel de conscientia ubi lateret, fecerat. Decretum fuit anno 1586. mense Majo a Senatu ex Laicis & Ecclesiasticis conscripto, Ærodio dari inquisitionem plagii; interea Senatum prohibere, ne quid in præjudicium fiat, neve illum adolescentem Jesuitæ societati admisceant suæ, futurum alioqui fraudi. Cum vero hoc decretum parum prodesset patri, filio interim in latitatione continuante, edidit Ærodius elegantem libellum *de patrio jure*, eum in finem conscriptum, ut si forte filius ubicunque latens, ejus exemplar nancisceretur, perspicue cognosceret, doctrinam Canonistarum, quod filii recte faciant monasticam vel Jesuiticam vitam invitis parentibus suscipiendo, dictamini rectæ rationis, scripturæ veteris & novi fœderis, moribus gentium, Ethnicorum, Judæorum & ipsorum Christianorum primorum esse adversam, atque ratiunculas pro sententia juris Canonici allatas esse stramineas & nullius momenti. Meretur integer libellus exiguæ quantitatis, sed elegantissime scriptus, ut totus cum attentione perlegatur, nihil enim ad hanc quæstionem pertinens intactum reliquit. Et ut salivam moveamus Lectori, aliquot saltem loca exinde excerpemus. *Christus*, inquit, (*p.654.* editionis Genev. 1677. ubi tractatulus hic libris rerum judicatarum Ærodii annexus est,) *postquam cœpit ad populum agere, & ante omnia animadvertit, Scribas & Pharisæos errare in præcepto, quo de agimus: atque id ipsum retorquere in parentes, hoc colore, quod pro debita pietate, aliquid aliud exercerent, agerent, quod æque pium & sanctum*

Alia similis Petri Ærodii adversus Jesuitas filium ejus occultantes.

ctum esse existimabant: Quare (inquit) *transgredimini mandata DEI ob traditionem vestram? Dixit enim Dominus: Honora patrem tuum & matrem tuam, atque iterum. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos contra: Quicunque dixit patri aut matri: Munus quod ex me est, proderit tibi: ne necesse ei sit amplius honorare patrem suum, aut matrem suam. Hypocritæ, DEum colitis in vanum, qui præcepta hominum præceptis Domini antefertis. Cur hoc Christus tam severe? an, quia Pharisæi his muneribus, ac thesauro sacro, (quem Corban appellabant) perdite abutebantur? oblationes quæ Templo destinabantur, sibi atque adeo libidini applicabant, non DEO? minime. Notasset enim duntaxat luxuriam & abusum. Sed reprehendit Sacerdotes, quod, facta comparatione præceptorum, sua alioqui bona, Divinis anteferrent: & quod occasione pecuniæ quomodocunque sacræ, sacra Domestica, leges pietatis, & (qua nulla est antiquior) obligationem naturalem violarent, contemnerent.* In formatione ipsius status controversiæ vide quam cautus sit. *Agamus itaque* (inquit *p. 649.*) *de votis: non si ea valeant ipso jure. Nam id pie habemus pro constanti. Neque etiam, si vita Religiosorum, imo si Ecclesiasticorum omnium purior beatiorque est vita & conversatione Laicorum. Nam neque id reddimus controversum. Romanos non imitamur, qui Magistratum Pontifici anteponebant: sed vel Judæos, qui Levitas: vel majores nostros, qui Druidas Magistratui: imo etiam Chrysostomum, qui vel Principi Monachum anteponit. Quin id agemus* (inquam) *an in votis celebrandis liberum sit arbitrium liberorum. Denique uno verbo an filius possit vitam Ecclesiasticam profiteri, inscio aut dissentiente patre, hoc est, si, quemadmodum in reliquis sacramentis, quæ rata ac perfecta sint, quædam insunt legitima ac solemnia: sic in sacramento Ordinis necessaria sit exhibitio, & oblatio patris. Ita nos de ea re quidem, ut est mediocris Jurisconsulti, secretiora vestra aut scire aut capessere. Quodsi vel Theologia ipsa, vel illi tui sollicitatores aliquid habent magis absconditum, quo possint mihi abunde satisfacere: fac intelligam*

primo

primo quoque die, ut quod ad me attinet, definitioni eorum acquiescam: tu contra desines latitare. Et quam pulchra sunt, quæ habet *p. 656. seq.* quibus objectionem primariam Canonistarum tollit, profutura etiam ad illustrationem eorum, quæ supra ad titulum de jure personarum de fastu distinctionis hominum in Clericos & Laicos notata sunt. *Verum* ait, *adducitur ut opinor tibi in contrarium, quod cum quidam de discipulis petiisset a Domino, ut prius quam eum sequeretur, permitteret ire, ac sepelire patrem: IEsus ait illi, SEQUERE ME, ET SINE MORTUOS SEPELIRE MORTUOS SUOS: atque inde sic disputant. Sepultura res religiosa & sacra est, maxime si patri fiat. At Christus nihilominus vult magis vacari sibi, quam sepulturæ. Præterea Laici pro mortuis habentur. Nam esse voluptatibus hujus seculi sic involutos, ut qui inde non possint enatare, merito pro submersis & extinctis habeantur. Hinc VIDUA VIVENS IN DELICTIS, MORTUA EST. Clerici contra proprie vivunt. Nam pars sunt & portiuncula DEI viventis. Itaque vere eum abstinere a mortuis, qui, ut sit assecla Domini, hoc est (ut existimat) Jesuita, dimisit patrem suum & matrem suam. Argute: sed solutio in promptu est. Non sequitur imprimis, ut quicquid pronuntiatum de Christo, id statim aut Clericis aut Regularibus omnibus necessario conveniat. Transmissa est doctrina, non omnimodo potestas, inquit Tertullianus Lib. de pudicitia. Et sane aliud est Christum amplecti: aliud tot hodiernos monachos, etsi non differant ab iis, quibus Dorotheus olim. Deinde defuncto patre illius disciputi, cessabat ea exacta reverentia, quam forte ille Domino obtendebat. Certum erat, eum filium amplius non esse. Postremo jubebat Dominus, non ut sepultura penitus omitteretur, sed ut procuraretur ab alio, & quocunque id fieret, PARENTARE dicebatur: propterea, quod qui ante nos decesserunt, hos omnes communi nomine aut patres aut majores appellamus.* Causa funeris publica est, *inquit Papinianus; unde & Justinianus* Novella 43. & 59. *aperte indicat* Constantinopoli sumtus funerum ex publico fieri consuevisse. *Cur igitur id discipulum*

lum retardasset, quod per extraneum poterat obire? Sed tamen magna inter eos differentia est, qui impie, aut qui sine fraude a liberis relinqui possunt. Proderit ista explicatio adversus ea omnia argumenta, quibus te profecto circumscripsere. Si mortui sunt parentes, hoc est, si Judæi sunt, si Idololatræ, si pagani, si infideles, filius ex adverso, si Christianus est, si Catholicus: velisque pater hunc secum una sepelire, id est imperare ei idololatriam: DIMITTE HUNC PATREM, ET SEQUERE ME *inquit Dominus;* HUNC MORTUI MORTUUM SEPELIANT. *Sic illa accipi ac intelligi oportet, vel ex Ambrosio, cum ait: Non revocatur ab officio patris filius: sed fidelis a perfidi communione secernitur: vel ex Augustino libro singulari observationum in Matthæum: & Lib. I. ad Marcellianum de Baptismo puerorum. Poterisne igitur cuiquam persuadere, solos Jesuitas vitam amplissimam vivere? nos miserrimos Christianos, quia Laici, mortuis ac sepultis imputari? Hieronymus ad Furiam longe aliter sentit:* Vivit *(inquit,)* quicunque credit in Christum. *Et Tertullianus libro de Carne Christi, non propterea collocat Marcionem inter mortuos, quod non esset monachus aut Heremita: sed quia, cum hæreticus esset, non vere ac proprie erat Christianus. Atqui nos homuncioli patres, fideles etiam sumus: filii DEI etiam appellamur, etiam domestici, etiam fratres, etiam cohæredes Christi, etiam consortes spiritus sancti. Sancti sunt omnes, quotquot cum vita rectam fidem habent. Licet signa non faciant, licet dæmones non ejiciant, sancti sunt, inquit Hieronymus, homilia 59.* Et paulo post. *Fateor, magis amari debere DEum quam parentes. Id est, quod dicitur à Salomone,* ORDINATE IN ME CHARITATEM, *inquit Origenes: Quod ab Ambrosio in Lucam: Si officium parentibus exhibendum est: quanto magis autori parentum, cui gratiam etiam pro parentibus tuis debet? sed nego propterea sequi; Ergo beatius est Franciscanium esse aut Jesuitam, quam patrem diligere & colere. Religio Christiana præcipue in fide consistit; in illo aut illo ordine non consistit. Quinimo hos ordines multæ Synodi*

nodi non approbarunt. Et quamvis professio Ecclesiastica sit Laicali perfectior: non ideo etiam sequitur, filio, ne non sit potius Presbyter quam Laicus, non cavendam esse eo casu contumaciam, inobedientiam, impietatem in parentes. DEus nec tibi nec mihi præcipit, ut simus Sacerdotes. Ut me honores tibi præcipit omnino. Me violasti sciens? contraxisti crimen, maledictionem, anathema: Sed esse Jesuitam res est indifferens. Potes esse Christianus, & viam Christi, hoc est, viam vitæ ingredi: nec tamen esse Jesuita. Non est igitur prætermittendum, quod est necessitatis, ut fiat, quod est voluntatis. Denique de jure antiquo Francico. *Carolus M. multa constituit de Ecclesia, idque (ut refert Ansegisus) adhibitis Episcopis, Proceribusque omnibus. In his hæc continentur Libr. V. cap. XCV. De pueris vero sine voluntate parentum ut tonsurentur, vel puellæ velentur, modis omnibus inhibitum est: & qui hoc facere tentaverint, mulctam quæ in capitulis legis mundanæ a nobis constitutis continetur, persolvere cogantur. Mulcta illa est in Lege Salica tit. de iis qui pueros vel puellas occiderint, vel totunderint. Ubi ante omnia annotandum est, æque accipi, si quis occiderit liberos nostros, aut si parentibus invitis copulaverit Monasterio. Nonne est enim interficere, sic agere in eos, ut jam parentibus pro extraneis habeantur? non sint consanguinei? non heredes? sit extincta propagatio? sit adempta consuetudo? sit tanquam morte interdicta præsentia? Mihi antea videbatur, sic avelli a suis, contineri solummodo Fabia lege. At magnus hic Imperator hoc attribuit etiam Corneliæ. Ergo quæ reprehensio, quæ accusatio est, tam sanctos, tam beatos non solum Christo esse hypocritas: Ecclesiæ anathema: plagiarios, legibus: Bernardo lupos: verum etiam Imperatori, homicidas? Cavete ne hæc crimina vos eo adducant aliquando, ut propter simile quoddam parricidium ejiciamini hinc turpiter &c.* T.

annum probationis (599) habitum suscipiens monachalem, regulis monasterii obstringi se velle profitetur. (600) Si tamen ante tempus probationis regulariter præ-

Objectio. (599) Sed profecto ad id, ut certus quis esse possit de continentiæ dono sibi concesso, non sufficit annus unus, nec item alter, nisi longa quis jam ante experientia suas edoctus fuerit & probaverit vires. Z.

Moralitas Votorum Monasticorum. (600) I. Profiteri dicitur, ut monachus, qui hæc tria vota præstat: votum castitatis, sive continentiæ perpetuæ, votum paupertatis & votum obedientiæ, Didac. Spino a Caceres *in specul. testam. in gloss. 12. princ. n. 1. 2.* At omnia ista vota tum contra Scripturam sunt à Pontificibus inventa, tum impossibilia, quia de materia impossibili, quæ in manu hominis & liberi arbitrii non sunt, tum denique damnabilia, quia supestitiosa, in illa scil. Papali fide, quæ superstitione, idololatria multis aliis scatet vitiis. Z.

II. De impietate & invaliditate votorum Monasticorum vide etiam, quæ post Lutheri tractatum de votis monasticis judicent ipsæ confessiones publicæ Ecclesiarum Evangelicarum: August. Confessio. *sub rubr. de vot. Monast.* Ejus Apolog. *sub ead. rubr. Artic. Smalc. p. 3. art. 14.* Et si dicendum quod res est, in eo videtur latere magnum arcanum Papismi Politici, quod præcepta de votis Legis Mosaicæ, quæ solum Israelitas respiciebant, (& adeo vel ad legem forensem, vel ad ceremonialem referri debent, non ad legem moralem,) ad statum Christianismi applicaverint, cum tamen sub Christianismo totus cultus Leviticus, adeoque & vota, tanquam pars cultus Levitici, debuissent expirare, utpote umbræ saltem rerum futurarum. At Clerus Pontificius, uti semper in favorabilibus & lucrosis legem Mosaicam particularem sive ceremonialem, sive forensem, rursus in praxin introduxit, ita & doctrinam de votis eorumque obligatione ad viridem & quotidianam observantiam restituit, quia fere ad ipsos solos, tanquam ad Ecclesiam representativam & eorum crea-

Arcanum Politicum sub votis latens.

turas

præfinitum (*d*) is qui converti desiderat, (601) habitum recipit, & professionem emittit. Abbate per se vel per alium professionem recipiente, regulari observan-

(*d*) c. *ad Apostolicam extr. eod. tit.*

turas redundavit lucrum ex votorum præstatione percipiendum. Atque id eo majori cum successu fieri poterat, quod Sacerdotes Ethnici ex identitate rationis similiter suis persuasissent voti obligationem externam *l. 2. ff. de pollicit.* adeoque cum religio Ethnica aliquot adhuc secula post Christum natum duraret, priusquam tota expelleretur, exempla Ethnicorum occasionem dabant Episcopis Christianis, persuadendi Regibus, ut Principes Christiani ista, scilicet, pietate non debeant vinci ab Ethnicis. Adde quod & Judæi Clero Pontificio jam præiverint in irrationabili explicatione legis Mosaicæ de votis, dum v. g. docuerat, juramentum de re præcepta omittenda, non obligare, at obligare votum, ex pulchra illa ratione, quod votum rem illam, quæ antea præcepta erat, eo ipso, quod DEus jusserit vota esse servanda, faciat illicitam, at jurans sibi ipsi rei præceptæ usum interdicat &c. vid. Seldenus *de J. N. & G. sec. discipl. Hebr. l. 7. c. 2. p. 835.* T.

(601) I. Convertendi vocabulum hic late accipitur, & denotat omnem illum, qui monasticam vitam profiteri intendit. Alias discernuntur ab Canonistis Monachi & conversi, quod Monachi in choro per Ecclesiasticos ordines divinis officiis serviant, conversi Ecclesiasticis ordinibus non insigniantur, nec in choro deserviant, sed ad differentiam monachorum sive religiosorum laici & fratres Laici dicantur. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. c. 43. n. 3.* Alii tamen, inter quos P. Laymannus *theol. moral. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 4.* distinguunt inter fratres Laicos, conversos & oblatos sive donatos, *Illos* vocant, qui communem cum aliis religiosis regulam profitentur, eosque vere religiosos esse. *Conversos* dicunt, qui mutato seculari habitu & assumpto regulari, quamvis distincto à cæterorum religiosorum habitu, alicui Ecclesiæ vel Religioni se devoverunt, emisso voto simplici saltem continentiæ, interdum etiam obedientiæ &

Conversi qui. Differentia monachorum & Conversorum, item Fratrum Laicorum, conversorum & oblatorum.

tur. Quod si servus (603) per triennium in monasterio commoratus postea monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficitur.

Ordinatus ignorante domino si fiat monachus, fit liber, alias dominus potest intra annum recipere servum.

§. 6. Quinimo (*f*) si prius ignorante domino ad sacra ministeria ordinatus, monachus fieri elegerit, jugum servitutis evadet: (604) alias intra unius anni spacium domino & servilem fortunam probare, & servum suum recipere licebit.

(*f*) *can. si servus. ubi gl. dist. 54.*

Prædicator, Minores, & Mendicantes, non possunt profiteri ante lapsum anni & recipientes professionem puniuntur.

§. 7. Quod (*g*) tamen de facultate recipiendi ante annum professionis dicitur, non est perpetuum. Prædicatores enim & Minores, (605) aliique mendican-

(*g*) *c. constitutionum eod. tit. in 6.*

ad §. 5.

(603) Votum est actus hominis, cujus ipse habet facultatem. *Ratio.* Liber esse debet homo, qui votum suscipit. Quia autem servi liberam ejusmodi voluntatem non habent, non possunt sine consensu eorum, quibus obedientiam debent, votum suscipere. Z.

ad §. 6.

(604) Plus igitur potest monachismus, quam ordo, cum tamen per hunc plus conferatur Ecclesiæ, quam per illum. *Objectio.* Conf. quæ dixi ad tit. 25. §. ratione subjectionis 2. Z.

ad §. 7.

(605) De his ordinibus eorumque origine vid. Jacob. Usser. *de Christianor. Eccles. success. & stat. c. 9. n. 9 s. qq.* Z. *Remissio.*

II. Adde prolixius de illis agentem Hospinianum *de orig. Mo-*

cantium (606) ordines annum probationis elapsum, quenquam ad sui ordinis professionem, vel seculi renun-

Monach. libr. 6. & quæ inde excerpsimus *supra n. 588. nota 2.* Conf. Paulum Sarpium *de benef.* §. *42. & 53.* & infra §. *16. h. t.* T.

Querela contra mendicantes. (606) Ordines mendicantium vere & proprie quatuor sunt, videlicet Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, quibus per specialia privilegia annumerantur adhuc alii, de quibus Augustin. Barbos. *de jur. Eccles. l. 1. c. 41. n. 208. seqq.* Quantas autem orbi Christiano illi dent molestias, vid. querelam civitatum in Comitiis Spirensibus apud Sleidan. *lib. VI.* Eleganter eos describit Polydorus Virgil. *de invent. rer. l. 7. Porro*, inquit, *hodie viget omnis generis fraudulentiorum hominum secta, qui simul industriæ, simul laboris fugientes; quo plus sanctitatis præ se ferunt, hoc intrinsecus dissolutiores ipsos deæ sacerdotes naviter æmulantur, quippe qui per insidiosam pietatem, tanquam divorum omnium ministratores, dolis apprime instructi, hic pro templi ædificatione, alter pro vestimentis coemendis, alius pro alendis pauperibus, alius pro redemptione captivorum, nonnulli pro educandis expositiis, circumeuntes castella, pagos, villas ab hoc credulo rustico blandule poscunt, & cupidissime accipiunt ovem, lanam, agnum, hædum, ab illo gallinam & ova, ab alio porcellum vel pernas, ab alio caseum & linum, ab alio superstitiose attonito tritici sestarium aut cadum vini, vel olei lecythum. Ad hæc, aut sanctorum reliquias, vel apostolicas tabellas, seu quorundam antistitum chirographa vetustate assiduoque usu passim obliterata, è pyxide depromunt, illaque magna cum veneratione offerentibus osculanda porrigunt, promittentes pro datis munusculis vitam cunctis cælestem. Sic ejusmodi rusticanis donis onusti prædam vendunt, vel argenti laminam conflant, atque mox domum redeunt, gaudentes, quod simplicis rusticæ plebis corda ac pias mulierculatum mentes illuserint graviter.* Cæterum mendican-

nunciationem faciendam, recipere non possunt. Quod si forte contra fecerint, & is qui sic receptus fuerit, eorundem ordini minime alligabitur, & receptores à receptione ad professionem quorumlibet suspensi, tam excommunicationi, quam aliis pœnis, quæ hujusmodi regularibus pro culpis infligi solent, gravioribus subjiciendi erunt.

Delatio habitus tacitam ostendit professionem & unusquisque debet se confirmare cum habitu quem gerit.

§. 8. Tacite profitetur quis, (607) cum idoneis conjecturis apparet, (h) quod perpetuo vult domino in religione servire, & vitam ducere monachalem: ut puta, habitum post annum retinendo, ubi is novitiis & professis communis & indistinctus est, (608) vel professorum habitum suscipiendo, (609) ubi is distinctus habe-

(h) *c. statuimus extr. eod. tit.*

---

dicantes proprie Monachi non sunt, eo quod assidue inter homines versentur, cum tamen monachi nomen proprie competat illis, qui vitæ comtemplativæ dediti sunt. Valens. *h. t. §. 1. n. 3.* Z.

ad §. 8.

(607) De tacita hac professione actum in Concilio Tridentino, & constitutum, ut superior religiosus anno probationis finito teneretur aut novitium dimittere, aut admittere ad profitendum. A qua tamen constitutione excepti sunt Jesuitæ. Vid. Petr. Suav. *in hist. Conc. Trid l. 8. pag. 895.* Z. *Novum jus de professione tacita.*

(608) Vult tamen hoc casu Gregorius IX. Pontifex, ut bene dicantur vestes professorum, ut ita per benedictionem novitiorum habitus à professorum habitu discernatur, *c. statuimus 23. X. h. t.* Z. *Differentia inter habitum profess. & novit.*

(609) Atqui monachum non habitus, sed professio facit, *c.* *Objectio.* por-

habetur. Vnde & Toletano concilio inductum est, ut clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachos, & non sunt, corrigantur, & veri monachi fiant.

Ponit differentiam inter expressam & tacitam professionem.

§. 9. Utrum autem quis expresse professus fuerit, an tacite interdum multum interest. Expressa enim professio, etiam seculari habitu non mutato, illi religioni (610) præcise obligat, quam quis professus fuerit. Tacite (*i*) vero facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantum datur, susceptionem, non illi specialiter, cujus est susceptus habitus, sed generaliter religioni recipientem obligat, dum tamen legitimæ sit ætatis, ac sciens triduo in ejus habitus delatione perseveret.

(*i*) *d. c. non solum §. facile. de regul. in 6.*

Beneficium non vacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi.

§. 10. Et si contigerit cum quis religionem ingreditur, beneficium retinere, (*k*) intra probationis annum non erit alicui conferendum: sed interim per alia assignata sibi congrua de proventibus portione, beneficio inserviendum erit. Si tamen ingressi ad id accedat assensus, aut quod vitam mutare voluerit, liqui-

(*k*) *c. beneficium eod. tit. in 6.*

porrectum 13. X. h. t. Sed respondet Papa, nisi per annum eum gestaverint, aut post annalem usum habitus novitiorum, habitum professorum susceperint *cap. ex parte 22. X. h. t.* Z.

ad §. 9.

Religio quid? (610) Religionem κατ᾽ ἐξοχὴν dixere Pontificii certam Monachorum sectam, aut ordinem. Z.

(611)

quido appareat, aut legitimam professionem emiserit, beneficium alteri libere conferri poterit. (611)

Qui

ad §. 10.

(611) I. Non igitur potest religiosus retinere beneficium. Quid ita? quia scil. præstitit votum paupertatis. Quasi vero, qui beneficium habet, bonorum fructuumque fiat dominus, quem non esse, ne dubitatum quidem inter veteres, dicit Comitolus Jesuita *Resp. mor. lib. 1. q. 70.* ubi novam & periculosam vocat sententiam Dominici Soto & sequacium, dominium adstruentium. Posito tamen & hoc, disquirunt Canonistæ, de religioso ad aliquod beneficium promoto, quale jus ei competat, & communiter respondent, talem professum, tametsi non fiat dominus fructuum, posse tamen de illis æque disponere, ac beneficiarium secularem, h. e. congruam sustentationem sibi applicare, superflua autem teneri ad pios usus expendere. Ita Christoph. Haunoldus Jesuita *disp. de contract. art. 6. n. 75.* Stante hoc, non videntur incompatibila, votum paupertatis vovere, & retinere beneficium. Eodem modo putant Pontificii, posse Dominicanos affectare locum honorariorem ante Franciscanos, non obstante, quod renuncient omnibus bonis externis & sic etiam honoribus & præeminentiis. Non enim renunciare eos honori, qui ob virtutem debetur, sed tantum illi, qui ad exteriorem ostentationem & apparatum defertur. Martin ab Azpilcuet. Navarr. *tom. 1. conclus. 5. n. 47.* At profecto magis ad bona, quibus renunciatur, pertinet honor ille, qui ob virtutem debetur, cum alter, qui ostentationi inservit, non debeatur, nec ergo in bonis sit. Z. *Cur religiosus non possit retinere beneficium. An beneficiarius sit dominus fructuum.*

II. Tractat eandem quæstionem Sarpius *de Beneficiis* §. 52. *p. 348. seq.* simul narrans occasionem ejusdem. Scilicet Patres Ecclesiæ qui scripserunt antequam bona Ecclesiastica in quatuor portiones dividerentur, unanimiter dixerunt, bona Ecclesiastica esse pauperum, clericos esse saltem administratores & dispensatores eorum inter pauperes; unde Clericos *Occasio quæstionis ultimæ ex Sarpio cum ejus decisione.*

 qui

Qui vitam regularem vovit, monasterium ingredi debet, non obstante quod fuerit prælaturam consecutus.

§. II.

qui iis ad alios fines quam quorum gratia instituta erant, utebantur, non solum raptores, sed & sacrilegos vocarunt. Non vero omnes Clerici administrabant illa bona, quamvis omnes per ea nutriebantur, æque ac viduæ, pauperes & aliæ personæ miserabiles, sed cura bonorum ad exemplum Apostolici instituti spectabat ad Diaconos, Subdiaconos, vel alios Ecclesiæ Oeconomos, rationem reddentes vel Episcopis, vel alicubi etiam Presbyterio. Hæc olim. Post beneficia vero instituta Episcopi, Presbyteri & reliquus Clerus poterant, ut videtur; de fructibus & reditibus beneficiorum tanquam de bonis propriis pro lubitu disponere. Nihilominus tamen scriptores sacri communi quasi consensu docent, quod Clerici non possint plus consumere de reditibus suorum beneficiorum, quam quantum requiritur ad eorum sustentationem, & quod obstricti sint, ut reliqua impendant in opera charitatis. Nec absque ratione, cum divisio non possit tollere rei essentiam, & si bona quædam indivisa ad aliquid dandum vel faciendum sunt obligata, eadem manet obligatio post divisionem in singulis partibus. Inter patres qvi scripserunt post divisionem bonorum Ecclesiasticorum S. Gregorius qui paulo post seculum ab illa divisione vivebat, & S. Bernardus prope octo seculis recentior, maxime invehuntur in eos, qui male utuntur reditibus beneficiorum, tanquam in male fidei detentores rerum communium, & homicidas pauperum, quorum debebant esse nutritores. Unanimiter ita scripserunt Dd. usque ad annum 1250. ubi incipiebant doctrinas multo subtilius tractare. Quemadmodum enim verum esse credebatur, quod Patres dixerunt, omnes Clericos qui male impendunt superflua, quibus ad sustentationem non habent opus, graviter peccare, ita quæstio fuit instituta, an beneficiarii, qui non impendunt id superflui ad pios usus, ejusmodi saltem peccatum commit-

§. II. Is quoque, (kk) qui votum de ingressu religionis compos mentis emisit, ut monachus fiat, cogen-

(kk) cap. porrectum h. t.

mittant, cujus rei sint Domini rebus suis abutentes, an potius etiam sint obligati ad restitutionem, ut fures & raptores bonorum alienorum. Si Clerici sunt Domini redituum horum, uti usufructuarii sunt Domini fructuum, peccant utique male eadem administrando, sed nemini nocent, neque adeo sunt obligati ad restituendum, quia rebus suis male usi sunt; at si saltem sunt administratores aut dispensatores, vel usuarii, h. e. si saltem possunt ex illis reditibus pro se ipsis impendere ea, quæ ad suam sustentationem sunt necessaria, non solum ipsi sunt obligati ad restitutionem ejus summæ, quam male impenderunt, sed & ille, qui ex titulo lucrativo v. g. donationis vel legati ea accepit, ad restituendum obligatus est, quasi qui bona illa à male fidei possessoribus acceperit. Hic casus conscientiæ intra 350. annos (ab anno 1250. computandos, unde constat, Sarpium scripsisse initio Seculi 17.) nondum decidi potuit, cum pro utraque sententia pugnent Casuistæ, & hic deprehendatur opinio communis contra communem. Novissime (ita pergit Sarpius) ista controversia acriter disputata fuit inter Canonistam & Casuistam clarissimum, Martinum Navarrum & Franciscum Sarmientum, quorum ille defendit posteriorem sententiam, beneficiarios non esse dominos fructuum, sed saltem dispensatores. (Utriusque argumenta notante Houssaio retulit Garcias in tractatu *de beneficiis parte 2. c. 1.*) Mediam opinionem defendit Cardinalis Cajetanus, quod nempe illi qui beneficia minora teneant, vix sufficientia ad propriam sustentationem, horum redituum domini sint, aliud vero esse dicendum de Abbatibus & Episcopis beneficia opulenta tenentibus, quibus continentur etiam quotæ Ecclesiæ & pauperum, hos enim obligatos esse ad eleemosynas & opera charitatis ex regulis justitiæ, sub pœna restitutionis, tam intuitu ipsorummet, quam intuitu eorum, qui bona illa ab istis acceperunt. Quin & eo extendit hanc obligationem ad resti-

ſtituendam,ut aſſerat, illos etiam qui ab ipſo Pontifice bona Eccleſiaſtica acceperint, ut ditentur,& exaltentur & magnificentur, obſtrictos eſſe ad reſtitutionem, cum iſta donatio Pontificis pietate & neceſſitate vacua non diſtributio ſit,ſed diſſipatio. (Quod adverſus Nepotiſmum notandum eſſe bene obſervat Houſſaius, & adverſus doctrinam Canoniſtarum, docentium, Papam dare poſſe beneficia ad nutum,& quod in hoc materia ſtet pro ratione voluntas Papæ.) Ipſe Sarpius arbitratur, quod omnia dubia in hac materia obvenientia absque ſubtilitatibus reſolvi poſſint. Etenim quod initio ad reditus ſpectet, qui ſive ex teſtamento, ſive ex alia fundatione originaria deſtinati ſint & conſecrati ad opera charitatis, putat, quod abuſus eorum redituum, ſi videlicet quis ſibi ea appropriare & ad uſus profanos applicare velit, absque hæſitatione ſit referendus ad uſurpationem rerum alienarum. Quodſi igitur beneficiarius ejusmodi non exequatur voluntatem fundatorum, ſed iſtos reditus ſibimet attribuat,aut etiam aliis tradat, non poſſe illum ſub quocunque prætextu, neque per quamcunque bullam juſtificari, quominus in eodem gradu obligationis ſit conſtitutus, quo tenentur executores teſtamentorum,qui pro ſe ipſis retinuerunt, quæ teſtatores juſſerunt aliis concedi. Ex altera parte ex regulis juſtitiæ obligari eum, cui ſervitia præſtantur, ut ſolvat mercedem operariis, hos vero pro lubitu eam impendere poſſe; at vero dubio omni deſtitui, quod Cantores, Organiſtæ & alii officiales Eccleſiæ ſint domini ſalariorum, quæ loco mercedis ipſis deſtinata ſunt. Similiter dicendum eſſe, quod Presbyteri & alii Clerici debeant mercedem ab Eccleſia pro operis Eccleſiaſticis accipere, & quod hæc ſalaria ſint in ipſorum dominio. Porro ſi beneficium aliquod ſit inſtitutum ſub obligatione ad officia certa præſtanda,ut ſint plerique canonicatus, & præbendæ Theologicales & Manſionariæ (Manſionarius explicante Onuphrio dictus eſt cuſtos & conſervator ædium Eccleſiaſticarum, templorum & altarium, item familiaris & domeſticus,à manſione:) & ſimilia beneficia, nihil abſurdi ſubeſſe, ſi quis dicat, ea eſſe mercedes pro ſervitiis. Inſtitutionem beneficiorum ſic antiquam eſſe, ut recordari nequeamus, utrum ab initio conjuncta fuerint cum obligatione, an

gendus erit. (612) Usque adeo enim DEO voti ligat emissio, ut etiam si quis post votum prælaturam fuerit consecutus, (613) Domino tamen promissa reddere sit compellendus.

Per

minus. Sed hominem tenera conscientia præditum de intentione fundatorum vix dubitare, si consideret quantitatem redituum, & officium quod Ecclesiæ præstat. Quodsi enim illa huic proportionata sit, facile persuasum esse, quod beneficium teneat loco mercedis. Quodsi vero reditus sint maxime abundantes, non posse esse eum ita simplicem, ut firmiter credat, eam bonorum abundantiam ipsi concessam esse, ut pro lubitu eam dissipet, & quod beneficio illi tempore primæ institutionis non adhæserit obligatio aliqua, cum nequaquam vero sit simile, eam bonorum copiam destinatam fuisse ad sustentationem unius hominis. Igitur controversiam illam difficulter solvi posse, si in universum ea consideretur, sed facillime posse definiri, si quis eam ad casus magis speciales & particulares applicet, & ipsam conscientiam eorum, qui eam per ignorantiam affectatam non suppresserint, facillime tollere omnia dubia, cum DEus illos non relinquat in incertitudine, qui volunt observare præcepta ejus. T.

ad §. 11.

(612) At si vota ipsa monastica impia sunt & irrita, etiam votum de ejusmodi votis nuncupandis impium erit & irritum. Mutari ergo istud & rescindi optimo jure potest. Canones enim ipsi docent, in omni voto jus superioris excipi, ergo multo minus hæc vota monastica contra mandata & ordinationem DEI concepta valere possunt aut debent. Quod si mutari ea nonpossent, neque Romanis Pontificibus dispensare circa ea liceret, cum non liceat homini obligationem, quæ simpliciter est juris divini, rescindere. Z. *Objectio.* *Alia objectio.*

(613) Atque hic erat olim monasteriorum scopus & finis, ut ex iis haberi possint viri ad Ecclesiastica officia idonei & sufficientes, qui finis pessime interversus est. Z.

ad

Per votum solenne derogatur simplici.

(l) can. penult. eod. tit. in 6.

§. 12. Illud quæri potest, si quis post votum (*l*) de certa religione intranda emissum, aliam religionem etiam laxiorem ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidemne possit, voto non obstante priore, licite remanere: in qua specie, cum per secundum solenne votum (614) priori simplici derogari potuerit, responsum est,

ad §. 12.

Insufficientia distinctionis inter votum simplex & solenne.

(614) I. Vid. quæ notavi infr. *lib. 2. tit. 12. §. item voti solen. nis. 4.* Sane distinctio hæc, posita voti validitate, conscientiam tutam reddere nequit. Utrum enim solenniter an simpliciter votum conceptum fuerit, utrobique votum nuncupatum fuit DEO, & ex hac nuncupatione oritur obligatio, ita ut vovens actum semel quomodocunque promissum sine peccato intermittere haud possit. Scilicet ad votum DEO nuncupandum sufficit promissio interna. Externa autem professio, quæ verbis fit aut signis, non est de essentia voti, utilis tamen ea est tum ad ipsius voventis excitationem, tum ad contestandum alios, ut non solum propter timorem DEI, sed etiam propter reverentiam hominum à fractione voti desistat, ut loquitur Thomas *2. 2. q. 88. art. 1.* Cur igitur votum professione firmatum fortius esse debeat voto simplici, causæ nihil apparet. Z.

Similis sententia Erasmi.

II. Pertinet huc elegans locus ex Erasmo in ἰχθυοφαγία *p. m. 474. LA. Quid si quis vovisset, visere Hierosolymam, nec id posset, nisi certo vitæ dispendio? non ibit? an morietur? SA. Morietur nisi voti relaxationem impetravit à Pontifice Romano. LA. Cur alterum votum relaxatur, alterum minime? SA. Quia alterum solenne, alterum privatum. LA. Quid est solemne? SA. Quod solet fieri. LA. Annon igitur solenne & alterum, quod quotidie fit? SA. Fit, sed privatim. LA. Proinde monachus, si privatim apud Abbatem profiteretur, non esset votum solenne? SA. Nugaris,*

eſt,poſſe monachum in ea religione, in qua profeſſus eſt,remanere: eidem tamen pro voto non completo, pœnitentiam imponendam. Eſt autem in propoſito votum ſimplex, quod non eſt aliqua profeſſione munitum. Solenne vero eſt, quod quis per profeſſionem tacitam vel expreſſam comprobavit.

Semel factus monachus, cogitur remanere in monaſterio.

§. 13. Is igitur,(*ll*) qui legitima in ætate conſtitutus, habitum ſemel induit ſponte, religioſum propoſitum ultro ſuſceptum deſerere non poterit,(615) ſed pro- (*ll*) *ca.b.ſ. in 6.*

---

garis. Ideo facilius relaxatur votum privatum, quia minore offendiculo ſolvitur, & is, qui facit,hoc animo facit,ut ſi commodum ſit, mutet ſententiam. LA. Hoc igitur animo vovent, qui privatim profitentur perpetuam caſtimoniam. SA. Deberent. LA. Perpetuum igitur & non perpetuum &c. T.

ad §. 13.

(615) I. Monachi olim monaſterio non fuerunt adeo alligati, quin licuerit eis ſtationem mutare, & vel functionem aliquam Eccleſiaſticam capeſſere, vel aliquam profeſſionem ſuſcipere & inſtituere. Ita enim Dracontio qui Epiſcopatum Alexandriæ metu contrahendi matrimonii,à quo abſtinere ſecum decreverat, fugiebat, reſcribebat Athanaſius *in Ep. Multi quoque ex Epiſcopis matrimonia non inierunt; Monachi contra parentes liberorum facti ſunt; quemadmodum viciſſim Epiſcopos liberorum patres, & monachos generis poteſtatem quæſiviſſe animadvertes, & clericos bibiſſe & monachos jejunaſſe,* ἔξεστι γὰρ καὶ οὕτως, καὶ ἐκείνως οὐ κεκώλυται, *i.e. ſic enim licet,nec illo modo prohibetur.* Quibus verbis utrumvis licitum neutrum interdictum fuiſſe teſtatur. Idem patet ex Chryſoſtomo, qui *lib. 3. adverſus vituperatores vitæ monaſticæ* ſic *Impietas quod Monachi non poſſint mutare ſtatum.*

sic inter cætera loquitur; *Nonne agricolas videtis, ut etiam, cum satis properant laborum fructus carpere, acerbos tamen eos nunquam metere sustineant. Ergo ne nos quidem intempestive liberos nostros ab deserti commoratione revocemus, verum studii cœlestis disciplinam in eis solidari permittamus, altisque radicibus arbusta firmari: & sive decem annos sive etiam viginti nutriendi illi sint in Monasterio, non perturbemur, non mærore ullo afficiamur. Quanto enim amplius fuerint in schola virtutis exercitati, tanto ampliores vires adipiscentur.* Hæc ille. Ex quibus simul patet, quam proficua Ecclesiæ & Reip. eo tempore fuerit res monastica, quæ si in eodem statu permansisset, vix esset, quod reprehendere hodie liceret. Verum successu temporis præter alia βδελύγματα accessit etiam vinculum vel potius laqueus trium votorum, quo Monachi vitæ Monasticæ sic adstringuntur, ut postquam semel ingressi fuerint, nulli liceat citra reatum perjurii ei renunciare, aut statu monastico relicto aliam professionem capessere. Cujus quidem captivitatis autor perhibetur fuisse Benedictus, Monachorum Italicorum proavus, de quo sic scribit Polydorus Virgilius *l. 7. c. 2. Benedictus, à quo Ordo monasticus tribus votis adstrictus fuit, quique primus ea vota introduxit, vestitumque religiosum, cum novo vitæ modo, sparsos & solivagos ad id tempus monachos in unum contraxit cœnobium, mores & vitam tribus munitam votis, quæ prius non fuerant, quam Basilius cum certa vivendi formula constituisset in oriente, instituit.* Et nescio sane, utrum superstitiosum magis, an onerosum sit decretum Papæ, quod legitur *c. placuit 16. q. 1.* his verbis: *Placuit communi nostro concilio, ut nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat, neque pœnitentiam dare, neque filium de baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad Ecclesiam secularem transire, neque aliis qualibuscunque negotiis sese implicare. Sit claustro suo contentus: quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Sedeat itaque solitarius & taceat, quia mundo mortuus est, DEO autem vivit. Agnoscat nomen suum, μόνος enim græ-*

ce,

proprio Abbati obediens,(616)in castitate in proprio deget monasterio. (617)

Mo-

ce, Latine est unus. ἄχ☉ graece, latine est tristitia & dolor sive mentis ægritudo, unde dicitur monachus i. e. unus tristis. Sedeat ergo tristis & officio suo vacet. Vide quæso mihi insaniam. Opera pietatis & charitatis, veluti sunt, absolvere à peccatis, baptizare, ægrotos visitare, pie defunctos sepelire, Ecclesiæ sua officia præstare & miserum hominem ad angulum, ad ultroneam paupertatem, ad cœlibatum, ad tristitiam, ad speculationes, ad horas canonicas, h. est, ad boatus Baaliticos damnant. Z.

II. Adde Hospinianum de monachis *libro 3. cap. 13. errore 11. & 15. & libro 4. cap. 28. errore 6.* ubi simul docet, jam ante Benedicti regulam & vota tria ab ipso instituta obtinuisse votum continentiæ & interdictum fuisse Monachis, ne ad seculum redirent. T. *Illustratio dictorum ex Hospiniano.*

(616) Obedientia illa reprehendenda minime esset, nisi cœcam eam facerent, & plane brutam. Quod igitur de ea nuncupatur votum, non periculosum tantum est, sed indiscretum etiam & plane damnabile. Fac enim, prælatum hæresi infici, aut apostasia, & talia quoque, quæ hæresin sapiunt, subditis præcipere, utique si subditus nullo facto examine obtemperare, aut nisi obediat, puniri debeat, ex cœca hac obedientia quanta enasci possint mala, nemo non videt. Z. *Absurditas cæca obedientia.*

(617) I. Consueverunt tamen Monachi quandoque nimium quantum exspaciari, rebus alienis sese immiscere, & nihil minus quam regulam observare. Eapropter non immerito jam dudum Ludovicus Vives *in lib. 7. Augustini de Civ. Dei c. 26.* de corruptione status monastici & de hypocrisi, luxu, & πολυπραγμοσύνῃ monachorum conquestus; *hos demum,* ait, *religiosos, si diis placet, nominant, quod cucullo sint amicti: quasi vero nos simus irreligiosi & non omnes una capiat catholica religio, quicunque mystica sumus abluti aqua.* Eo faciunt, quæ salse sed vere scribit Erasmus *in encomio Moriæ,* nec enim pigebit hic ea legere, quan- *Corruptio status Monachici hodierni*

 quam

Monachus non potest aliquid proprium habere, nec contra hoc potest Papa dispensare.

§. 14.

quam prolixiora sint, quod ideam status monastici hodierni graphice depingant. *Ad horum felicitatem*, inquit, *proxime accedunt ii, qui se vulgo religiosos ac monachos appellant, utroque falsissimo cognomine, cum & bona pars istorum longissime absit à religione & nulli magis omnibus locis sunt obvii. Iis non video, quid possit esse miserius, nisi ego* (Moria) *multis modis succurrerem. Etenim cum hoc hominum genus omnes sic execrentur, ut fortuitum etiam occursum ominosum esse persuasum sit, tamen ipsi sibi magnifice blandiuntur. Primum summam existimant pietatem, si usque adeo nihil attigerint literarum, ut ne legere quidem possint. Deinde cum psalmos suos, numeratos quidem illos, ac non intellectos asininis vocibus in templis derudunt, tum vero se putant divorum aures multa voluptate demulcere. Et sunt ex his nonnulli, qui sordes ad mendicitatem magno vendunt, proque foribus magno mugitu panem efflagitant, imo in nullis diversoriis, vehiculis, navibus, non obturbant, non mediocri profecto reliquorum mendicorum jactura. Atque ad eum modum homines suavissimi sordibus, inscitia, rusticitate, impudentia, Apostolos ut ajunt, nobis referunt. Quid autem jucundius, quam quod omnia faciunt ex præscripto, quasi mathematicis utentes rationibus, quas præterire piaculum sit. Quot nodos habeat calceus, quo colore singula, vestis quot discriminibus variegenda, qua materia, quotque culmis latum cingulum, qua specie & quot modiorum capax cuculla, quot digitis latum capillitium, quot dormiendum horas. Atque hæc quidem æqualitas in tanta corporum & ingeniorum varietate, quam sit inæqualis, quis non perspicit? Et tamen his nugis non alios modo præ se nauci faciunt, verum invicem alii alios contemnunt, atque homines Apostolicam charitatem professi, ob aliter cinctam vestem, ob colorem paulo fu-*

§. 14. Sed (m) nec aliquid proprium possidere debet: & si quid habet totum in continenti resignabit. (618)

(m) *cap. cum ad monasterium extr. de statu monachor.*

---

fusciorem, omnia miris tragœdiis miscent. Ex his videas quosdam adeo rigide religiosos, ut summa veste non nisi cilicina utantur, intima Milesia, alios contra, qui superne linei sint, intime lanei. Rursum alios, qui pecuniæ contactum ceu aconitum horreant, nec a vino interim nec a mulierum contactu temperantes. Denique mirum omnibus studium, ne quid in ratione vitæ conveniat. Nec illud studio est, ut Christo similes sint, sed, ut inter se dissimiles. Porro magna felicitatis pars est in cognomentis, dum hi funigeros appellari se gaudent, & inter hos alii Coletas, alii minores, alii minimos, alii bullistas, rursum hi Benedictinos, illi Bernardinos, hi Brigidenses, illi Augustinenses, hi Guilhelmitas, illi Jacobitas, quasi vero parum sit, dici Christianos. Horum magna pars in tantum suis nititur ceremoniis, & hominum traditiunculis, ut putet unum cœlum parum dignum esse tantis meritis præmium, haud cogitantes futurum, ut Christus contemptis his omnibus suum illud sit exacturus præceptum, nempe charitatis. Alius ostentabit aqualiculum omni piscium genere distentum, alius psalmorum centum effundet modios, alius jejuniorum myriadas annumerabit, & toties unico prandio pene disruptam imputabit alvum, alius tantum ceremoniarum acervum proferet, quantus vix septem onerariis navibus vehi possit, alius gloriabitur sexaginta annos nunquam attactam pecuniam, nisi digitis duplici chirotheca munitis, alius cucullam ingeret adeo sordidam & crassam, ut nullus nauta suo dignetur corpore. Commemorabit alius se plusquam undecim lustris spongiæ vitam egisse semper eidem affixum loco, alius raucam assiduo cantu vocem adducet, alius lethargum solitudine contractum, alius linguam jugi silentio torpentem &c. Z.

Illustratio dictorum.

II. Quæ Zieglerus hic de nimia exſpaciatione Monachorum dixit, iis jungenda ſunt, modo notata *annot. 606. in fine* de mendicantibus aſſidue extra monaſterium inter alios homines verſantibus. Monachos jam in prioribus ſeculis cœpiſſe ſe immiſcere ſecularibus negotiis, ſed hunc nævum tamen ſucceſſu temporis magis magisque auctum eſſe, docet Hoſpinianus *Lib. 3. cap. 13. errore 18. p. 187.* Neſcio ubi legerim elegantem jocum alicujus Monachi, nævum hunc ſui ordinis probe cognoſcentis. Cum enim Laicus quispiam ipſi occineret vulgatum verſiculum: *Quicquid agit mundus, monachus vult eſſe ſecundus*, is graviter conqueſtus eſt, de mendacio ab autore hujus verſiculi commiſſo. Cum vero Laicus prolixe adduceret multa exempla monachorum ſecularibus negotiis ſe immiſcentium, reſpondit, id eſſe extra oleas vagari, quippe hæc omnia ſe non negare. Inſtante Laico, cur ergo tantas querelas moviſſet adverſus autorem verſiculi, quaſi monachos maxima injuria affecerit, reſpondit: Annon maxima injuria in ordinem Monachorum, annon maximum mendacium eſt, quod iſte nebulo dixerit, monachum in talibus ubique velle eſſe ſecundum, cum tamen quotidiana experientia teſtetur, quod velit eſſe primus. Nævi monachorum quidem falſe deſcripti ſunt & ſatyrice ab Eraſmo, ſed cavere debemus, ne propterea iraſcamur Monachis tanquam hominibus improbis, ſed ut caveamus errores, per quos Monachiſmus apud Pontificios eſt introductus, ſi eos quandoque etiam inter noſtrates videamus verbis & operibus commendari. Uti apud nos dantur, qui bona fide ſe ipſos primitus decipientes aliis poſtea imponunt, ita apud Pontificios multos Monachos deprehendes, ſerio perſuaſos, vita Monachica ſerviri DEO. Ipſe Eraſmus in colloquiis etiam adducit, quæ faciunt ad excuſationem monachorum, aut certe verba magis temperant in factum, ut in colloquio militis & Carthuſiani, in erudita puella ſeu virgine nuptias averſante, & paſſim. Vide potiſſimum ejusdem Eraſmi Epiſtolam *de Colloquiorum utilitate* ſubjunctam editioni colloquiorum Belgicæ anno 1664. cum notis Schrevelii. Adde Pufendorffium *de Monarchia Papali* §. 18. *& ibi notas noſtras.* T

ad

(618) Nam abdicatio proprietatis adeo eſt annexa regulæ

ad §. 14.

(618) I. Superſtitioſæ hujus & supererogatoriæ paupertatis hiſtoriam erudite contexuit Chemnitius *in Loc. Theol. loc. de paupertat.* Et profecto falluntur, qui præiviſſe exemplo ſuo Salvatorem, & oſtiatim mendicaſſe contendunt. Vid. Richard. Montacut. *de orig. Eccleſ. part. 1. ad ann. Chriſti XII. n. 18. ſeq.* Peculiare vero hic habent Fratres Minores, quippe qui bonorum omnium poſſeſſionem & proprietatem tum communiter tum ſingulariter abdicant, cum in aliis ordinibus non niſi ſinguli dominio, quod interim toti ſodalitio ſervatur integrum, renunciare ſoleant. Quæ res tantas deinde in Eccleſia Pontificia turbas dedit, ut non inter ſe tantum ſummi colliderentur Pontifices, Nicolaus ſcilicet III. & Johannes XXII. dum plane adverſas ediderunt decretales, ſed plurimi etiam, inter fratres minores, quod ſententiæ ſuæ tenaciores eſſent, comburerentur. Cum enim urgerentur Minores, quod nemo, qui ſe vivum velit, uſum rerum ſuſtentandæ vitæ neceſſariarum abdicare poſſit, harum autem pleræque & maxime neceſſariæ ipſo uſu conſumantur, & propterea ſine dominio & jure proprietatis ad uſum licite transferri nequeant, & hinc concluderetur, aut omni uſu ſegregato moriendum eſſe, aut res ad uſum illicite & injuſte adhibendas, nempe quarum utendarum nullum jus ſit, aut denique regulam violari oportere; expropriationem igitur illam laqueum conſcientiis injicere, & proinde illicitam, inobſervabilem, & diſcriminoſam eſſe; illi vero uſum rerum neceſſariarum à jure utendi & huic connexa proprietate & dominio ſeparabilem conſtituerent, judicem ſe interpoſuit Nicolaus tertius, & pro fratribus Minoribus pronunciavit, *c. exiit qui ſeminat 3. de V. S. in 6.* At contra Johannes XXII. ſimplicem uſum facti in rebus uſu conſumptibilibus ſc. ad victum neceſſariis à proprietate & dominio ſeparari poſſe negat, *Extravag. 4. & 5.* & ſententiam Nicolai atque Fratrum Minorum erroneam & hæreticam declarat, Cum-

Superſtitio circa votum paupertatis. Controverſia de paupertate à Minoritis mota.

fex possit licentiam indulgere. (619) Et si proprietas apud quenquam inventa fuerit in morte, is est Christiana sepultura privandus, & sepultus exhumandus: prout etiam B. Gregorius se fecisse narrat.

Potest monachus transire solum in arctiorem religionem: & si dubitetur, an sit arctior, in quam monachus vult migrare, statur judicio Abbatis.

§. 15. Sed nec temere monachus de monasterio (n) in monasterium migrare permittendus est, nisi monasterium, ad quod transitum facere cupit, districtius existat. (620) Quo (o) casu nullo obstante privilegio, prælatus monacho sine difficultate debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum im-

(n) c. Joannes extr. eod. tit.
(o) cap. licet quibusdam extr. eod. tit.

II. Controversiæ istius à Fratribus Minoribus motæ historiam prolixius narrat Hospinianus *l. 6. c. 16. p. 454. seq.* Quæ ex Zosimo in fine notæ præcedentis adduxit Zieglerus, quod votum paupertatis Monachale omnes pene Laicos ad inopiam redegerit, videlicet maxima divitiarum parte in monasteria collata, idem etiam dicendum videtur de voto castitatis & obedientiæ. Nam loco continentiæ in monasteriis dominantur libidines maxime obscenæ, & loco obedientiæ dominatur in monasteriis imperium plus quam despoticum in conscientias Laicorum, uti Papa titulo quidem servi servorum abutens, factus est Dominus dominantium. T. *Illustr. tit dictorum.*

(619) Quid igitur est, quod Pontifex statuit in Concilio Tridentino *sess. 25. c. 3.* de quo vid. Petr. Suav. *histor. l. 8. p. 894.* Sed & Philippus Decius *cons. 530. n. 17.* asserit, posse Pontificem proprium quid permittere Monacho ex causa, saltem dispensando, ex plenitudine potestatis. Conf. Jac. Menoch. *de arb. jud. quæst. c. 504. n. 13.* Sed istam Papæ dispensationem plane insuper habent Galli, uti- *Objectio.*

impedire divinitus inspiratum. Quod si forte probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordinem arctiorem transire, an ad laxiorem, ex charitate, an ex temeritate, superioris est judicium requirendum, ne forte angelus Sathanæ (621) in lucis Angelum se transformet.

Me-

uti videre est ap. Joh. Papon. *l. 1. tit. 8. arest. 6.* & Pet. de Marca *de concord. sacerd. & imp. l. 3. cap. 15. num. 4.* Z.

ad §. 15.

Contra meritum votorum monasticorum. (620) Vota monastica perfectionem homini Christiano dare, eamque majorem, quam quæ ex sola observatione præceptorum oriatur, commune est dogma Pontificiorum. Quo igitur adstricta magis est regula, quam profitentur, eo perfectiores se fieri putant præsumptuosi Monachi. Et hinc igitur non obstare votum certæ primitus religioni addictum, si perfectior fieri possit, per aliud posterius. Sed enim blasphemia est & injuria in perfectissimum Christi meritum & satisfactionem, statuere, opera nostra etiam divinitus præcepta, nedum ea, quæ omni mandato divino destituuntur, ut sunt vota monastica, esse meritoria justificationis & vitæ æternæ, esseque satisfactoria pro peccatis. Quin & saniores Pontificii meritum votorum monasticorum negant, ut videre est apud Georg. Cassandrum *in consult. art. 25.* ubi citat Conradum Clingium *in Loc. com. c. 118.* qui scribat: *Cavendum esse, ne ponatur justitia, i. e. salus, in hujusmodi observationibus, i. e. ne quis putet, se promereri justitiam & remissionem peccatorum & gratiam, hujusmodi servandis ritibus: Nam justificationem & gratiam impetrari per fidem in Christum; Igitur monachum servata sua regula, si sentiat, se propterea justitiam coram DEO consequi, errare, juxta illud Christi Matth. 15. frustra me colunt mandatis hominum.* Z.

Vita Monastica larva Satanæ. (621) Nihil hoc novi. Tota vita monastica est Larva Satanæ. Z.

ad

Mendicantes solum in ordinem Carthusiensium migrare possunt.

§. 16. Mendicantibus (*p*) vero (622) approbatis, qui prætextu arctioris ducendæ vitæ ad monasterium confugiunt, etiamsi auctoritate Apostolica fuerint muniti, Clemens quintus, sacro approbante Concilio, interdixit, ne vocem aut locum in capitulo talis monasterii haberent, neve ad prioratus administrationes, aut quæcunque officia assumi possent. Sed novissime (*q*) Martinus quartus omnino vetuit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine Carthusiensium, (623) sine speciali sedis Apostolicæ con-

(*p*) *cl. 1. eod. tit. de regular.*

(*q*) *extr. 1. communi de reg.*

ad §. 16.

(622) Uti multa mendicantibus concessa fuerunt privilegia, ita coercita quoque & in angustiorem statum sæpissime redacta fuit eorum regula. Quia enim mendicantes sunt, viam ambitiosæ cupiditatis (uti loquitur Martinus IV. *extrav. comm. 1. de regular.*) præcludi eis oportuit. Z.

De ambitione mendicantium.

(623) Hic enim ordo omnium est maxime adstrictus. De quo, quando cœperit & quæ ejus conditiones vid. Barbosa *de jur. Ecclesiasticorum. l 1. c. 41. n. 182.* Annæ. Robert. *rer. judicatar. lib. 2. c. 2. p. 328. seq.* Z.

Ordo Carthus.

II Adde Hospinianum *lib. 5. c. 7. p. 309.* ubi notabilia valde sunt, quæ *p. 311.* de quæstione adnotavit, cur in Carthusiensi ordine nulla ut in reliquis ordinibus miracula fiant, Bonifacius, inquit, Ferrarius, (qui vixit circa annos 1410.) de Valencia, natione Cathalanus, ordinis Carthusiens. scripsit tractatum, cur in ordine Carthusiensi pauci canonizati sint, & miracula nulla publica fiant, ad Boni-

Cur apud Carthusianos nulla fiant miracula.

concessione transire, tam recipientibus quam receptis, ipso facto excommunicationis pœnam incursuris.

Abbates debent perquirere fugitivos, & monachi non possunt præesse Ecclesiis parochialibus: licet secus sit in regularibus.

(r) *c. fin. extr. eod. tit.*

§. 17. Fugitivos (r) vero debent Abbates sollicite perquirere, & ut ad monasterium & frugem melioris vitæ revertantur, opportunis remediis providere, nec ordinarios qui eorum suppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque monachi per villas (s) & oppida non debent discurrere, nec per quascunque parochiales Ecclesias disponi: (624) quod in regu-

(s) *can. 2. extr. de stat. monach.*

nifacium ejusdem ordinis Lib. I. Gesneri Bibliotheca. Librum non vidi, nec scio an extet. Ego vero puto, quod nulla miracula in hoc ordine fiant, inde esse, ne propter miraculorum ad eos concursum, quies & solitudo, cui se totos addixerunt, disturbetur. Hocque ex eo colligo, quod Antonius refert *tit. 15. cap. 27.* §. 2. Circa annum Domini 1175. quendam Carthusiæ Monachum mortuum miracula multa ad sepulchrum edidisse, vt maxima multitudo hominum, quotidie eo confluxerit: cum autem Prior eius loci videret, quietem Monachorum turbari, seu, ut Antonius loquitur, dissolvi ex concursu, & multa simul scelera ab iis, qui eo concurrerent, perpetrari accessisse ad tumulum defuncti, eique præcepisse in virtute sanctæ obedientiæ, ut sicut in vita sibi obedierit, ita & nunc faciat, ac nullum de cetero miraculum edat, quod & factum sit. Hæc se legisse Antonius discit in Chronico hujus ordinis. Si vero de miraculis Sancti alicujus nihil constat, non canonizatur etiam. Hactenus Hospinianus. T.

ad §. 17.

(624) Sed quid scribit Hieronymus in Epist. ad Rusticum Mona-

regularibus, cum regulæ inferviant laxiori, fpecialiter cautum non invenitur. Ideoque (*t*) illis cum minori difficultate parochialibus Ecclefiis præeffe permittitur. (*t*) *c. quod Dei de ftatu monach. extr.*

Quomodo & qualis fit eligendus in Abbatem.

§. 18. Ut autem inviolabiliter monaftica difciplina cuftodiatur, de congregatione monachorum Abbas eligendus eft, (625) (*u*) quem ordo vitæ & meritum (*u*) *can. Abbatem cum duobus seq. 18. q. 2.*

nachum: Ita *age & vive in monafterio, ut Clericus effe merearis.* Omnino enim hoc ab inftituto veterum monachorum deviat, quod Ecclefiis parochialibus hodie præfici nolint. Z.

ad §. 18.

(625) Abbates aliquando erant (& etiamnum quandoque funt) principes, & primæ autoritatis viri, quibus pro fuis erga Reges officiis monafteria opulentiffima, poffeffionesque Ecclefiis dicatæ addicebantur. Ipfi Decanos inter Monachos conftituebant, qui fratrum curam haberent, abbatum nomina, reditus, poffeffiones, villas, cætera in fe transferebant. Clarum id ex Aimone, five quisquis eft, qui librum quintum adjecit. Unde & Suidgerus, *Abbates*, inquit, *in antiquis hiftoriis non funt monachi vel religiofi, fed Barones, magnatesque feculares, quibus abbatias vel monafteria princeps dat ad tempus vel quoad vixerint.* Z. *Abbates olim feculares.*

II. De Abbatibus Laicis & fecularibus confer etiam fupra *not. 279. ad tit. 19. §. 11. p. 252.* De Abbatibus canonicorum vide *not. 437. n. II. ad tit. 26. §. 2. p. 399.* Hiftoriam exemptionis monafteriorum & Abbatum à poteftate Epifcoporum fummatim expofuit jam fupra *d. not. 279. p. 251. feq.* Fufiorem narrationem fecundum plures circumftantias ex Zieglero de Epifcopis jam cœpimus referre *ad §. 3. not. 597.* reliqua de augmentis illius exemtionis & de querelis fre- *Exemtiones monachorum*

tum magis popoſcerit ordinari, ut uni tantum præſit monaſterio, qui cautus ſit in regimine, humilis, & diſcretus, & cui monachi cum omni obedientia & devotione ſubjaceant.

Non profeſſus non poteſt eligi in Abbatem, ſed bene in Epiſcopum.

(x) can. cum in magiſtrum ext. de elect.

§. 19. Et propterea cum in magiſtrum (x) aſſumi non debeat, qui formam diſcipuli non aſſumpſit, nec ſit præficiendus, qui ſubeſſe non novit: Religioſus,

---

quentibus Epiſcoporum adverſus illas exemtiones vide apud eundem *de Epiſc. lib. 3. cap. 24. §. 20. ſeq. ad finem capitis.* Arcanum Papale ſub iſta exemtione latens paucis verbis exhibet Sarpius de beneficiis §. *50. p. 56.* Cum Epiſcopi, inquit, oneri eſſent monaſteriis, nimiam poteſtatem in ea affectantes, Abbates & Monachi, ut ſe huic ſubjectioni eximerent, non meliori modo ſe id conſequi poſſe arbitrati ſunt, quam ſi Papam adirent, & ab eo exemtionem à Juriſdictione Epiſcopali peterent, ac ut in ſuam protectionem immediatam eos acciperet. Papæ lubentiſſime id fecerunt, partim, ut hoc pacto in urbibus alienis & territorio ad ſe non pertinente acquirerent ſubditos immediatos, partim ut ita eorum autoritas in Epiſcopos maxime creſceret. Ut taceam, valde intereſſe ſedis Apoſtolicæ, ut talia corpora univerſitatum, qualia tum erant ordines Monachici, quæ videlicet ſola bonis literis operam dabant, unice dependerent à Sede Apoſtolica. Igitur parvo temporis ſpatio omnia monaſteria reliqua eximebantur a juriſdictione Epiſcoporum ſuorum, & ita ſeparata ab Epiſcopatibus corpora conſtituebant. Hactenus Sarpius. Huc etiam pertinet meditatio Puſendorffii *de Monarch. Pap. §. 18. p. 114.* Monachos eſſe militem Prætorianum Papæ, quorum ope non ſolum Laicos, ſed etiam Epiſcopos & reliquum Clerum domet. T.

Arcanum politicum ibi latens.

ad.

ſus, qui regularem ordinem ante non fuerit expreſſe (626) profeſſus, (y) in Abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quanquam ad Epiſcopalem dignitatem, talis in ſecularibus vel regularibus Eccleſiis eligi minime prohibeatur. (627)

(y) can. nullus religioſus. de elect. in 6.

Viſitatores creandi, & quid agere debeant.

§. 20. Viſitatores quoque (628) in capitulo creandi ſunt ſecundum formam generalis Concilii, (*) qui viſitationis officium exequantur, & omnia, quæ Viennenſi concilio (z) conſtituta ſunt, fideliter obſervari faciant, & de ſtatu monaſteriorum, & obſervantiis regularibus diligenter inquirant: & tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus corrigant & reforment, quæ viderint corrigenda, & omnia ſecundum Honorianæ conſtitutionis tenorem proſequantur.

(*) c. in ſingulis & c. ſeq. de ſtat. monach.

(z) clem. 1. eod. tit.

Non debet quis invenire, vel fundare novam religionem.

§. 21.

ad §. 19.

(626) Ad hoc ut quis poſſit eligere Abbatem, ſufficit tacita profeſſio, ut vero poſſit eligi, neceſſario requiritur expreſſa. A. Barboſa *de jur. Eccleſ. l. 1. c. 17. n. 27.* Sed neque tacitam neque expreſſam noſtræ probant Eccleſiæ. Z. *Obſervatio.*

(627) At ſupra plene contrarium ſtatuit Autor *tit. 7. §. ſed neque 2. & §. ult.* Z. *Objectio.*

ad §. 20.

(628) Qui interdum ſunt Abbates, ſi fuerint capita ſuorum ordinum, interdum Epiſcopi. Vid. Barboſa *de jur. Eccleſ. lib. 1. c. 14. n. 16. 17. ubi n. 50.* exponit modum viſitandi. Z. *viſitatores qui.*

(zz) *c. fin. extr. de religio. dom.*

§. 21. Novissime (zz) sciendum est, generali Concilio semel atque iterum cautum esse, ne quis in posterum novam religionem inveniat: (629) sed quod quicun-

Querela de multitudine monasteriorum.

(629) I. Est hoc ex constitutione Innocentii III. Sed quam male observata illa sit, res ipsa loquitur. Nam post Innocentium III. qui vixit circa annum Domini 1198. multi novi monachorum ordines sunt inventi. Incommoda vero ex tanta ordinum multitudine resultantia enucleate describit Pet. de Alliaco Cardinalis Cameracensis *l. de reform. Eccl.* quando ait: *Videtur, quod tanta religiosorum numerositas & varietas non expediat, quæ inducit ad varietatem morum & quandoque ad contrarietatem & repugnantiam observationum, & sæpe ad singularitatem & ad superbiam & vanam extollentiam unius status super alium.* Hoc ne gratis dixisse videatur Petrus de Alliaco, ex multis unicum nunc adduco Antonium Florentinum, qui, cum esset Dominicanus, *in Summ. Theol. part. 4. tit. 2. c. 4. §. ult.* non dubitat, Franciscanos, utut iniquissima perpessos, hoc insuper mordaci sale conspergere: *Franciscani ad confirmationem suæ doctrinæ adhuc non habent ostendere unum parvum miraculum, nisi fumum & cineres, cum combusti fuerint aliqui ex iis. Nostri autem* (nempe Dominicani) *qui tenuerunt illam determinationem Johannis XXII.* (de qua antea diximus) *ut verissimam usque ad præsens scil. annum 1450. claruerunt variis miraculis multis in locis.* Sed & de multitudine monasteriorum & immensa divitiarum accumulatione graviter suo tempore conqueritur Johannes Petrus de Ferrariis *in practic. tit 50. gloss. 9. n. 4. & seqq. Nam scire debes,* inquit *tu ignare Laice, quod imperium aliquando habuit utrumque gladium, temporalem scil. & spiritualem, adeo, quod tunc Imperatores conferebant omnia beneficia Ecclesiastica per universum orbem, & amplius eligebant Papam. . . Unde eo tempore quo studebant Imperatores

cunque ad religionem converti voluerit, unam de probatis

res ampliare fidem Christianam, quæ tunc modica erat & in parvo statu oportuit conferre multa privilegia Ecclesiis, & his, qui se ad fidem catholicam convertebant. -- Inter quæ privilegia fuit istud, quod bona ingredientium monasteria applicarentur ipsis monasteriis. Propter quod privilegium multiplicata & fundata sunt monasteria infinita per universum orbem, olim caussa devotionis, licet hodie caussa rapinæ & avaritiæ, in tantum, quod destruxerunt hodie mundum, & annihilaverunt statum imperii & omnium Laicorum. Possunt ergo merito dici talia loca facta vel fienda, retia contexta ad capienda Laicorum bona. Surgat ergo bonus Imperator; dicant omnes: Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Z.

II. Prohibitio Innocentii III. ne quis in posterum novam religionem inveniat (quæ extat *d. c. fin. X. de relig. dom.*) non facta fuit anno 1198, quo tempore floruisse Innocentium dicit Zieglerus, sed anno 1215. in Concilio videlicet generali Lateranensi. Hospin. *de Monach. lib. ult. c. ult. circa finem p. 549.* Unde Dominicani & Franciscani, quorum illi Anno 1205. (Hospin. *VI. 4. p. 389.*) hi anno 1209. vel 11. (Idem *VI. 8. p. 403.*) orti sunt, non debent referri ad ordines contra prohibitionem Innocentii ortos. Quanta vero copia novorum ordinum post illam decretalem Innocentii orta sit, docebit Hospinianus *lib. 6. à cap. 18. ad cap. 69.* recensens per singula secula singulos ordines novos, cum quibus si quis jungat ex *libro 4. cap. 26. & 27.* de origine & caussa multitudinis monasteriorum & de monasteriis tempore secundæ classis institutis, item *lib. 5. p. 27.* quod catalogum exhibet monasteriorum tertiæ classis, facile concipiet, querelas de multitudine monasteriorum & monachorum nequaquam fundamento destitui. Jam suo tempore Abbas Trithemius testatus est, extitisse circiter 15. millia monasteriorum ordinis Bene-

Plura de multitudine monasteriorum & ejus caussis.

batis assumat. Similiter etiam de iis qui religiosam de-

Benedictini, nullo respectu habito ad conventus minores. Vide Sarpium *de beneficiis* §. 8. *p.* 38. Quodsi computandus esset, inquit Zieglerus *de Episc. l.* 3. *c.* 24. §. 3. ingens per totum terrarum orbem monasteriorum numerus, tum & immensa ipsorum monachorum multitudo, facile patescet, haud exiguam partem mundi habitabilis ab illis occupari, & provincias aliquas vix sufficere tot gregibus alendis. In monasterio Cluniacensi ultra trecentos Monachos aliquando habitasse docet Andreas Quercetanus *ad Biblioth. Cluniac pag.* 14. in Gemeticensi, quod in diœcesi Rothomagensi extitit, nongentos fuisse scribit Thomas Walsingham & Guilielmus Gemeticensis. Et memini, nostro hoc seculo jactitasse aliquando Cappucinorum Generalem, subesse sibi ultra viginti duo millia monachorum. Neque negligenda sunt etiam quæ idem Zieglerus *ibid.* §. 2. observavit, multitudinem illam monasteriorum & multiplicitatem regularum in causa fuisse, ut inter ipsos monachos diversarum sectarum non sine scandalo acerba penitus & infesta nata fuerint vitia. *Videtur*, inquit Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis *lib. de reform. Eccles. quod tanta religiosorum numerositas & varietas non expediat, quæ inducit ad varietatem morum & quandoque ad contrarietatem & repugnantiam observationum, & sæpe ad singularitatem & ad superbiam & vanam extollentiam unius status super alium*. Prolixam de ea monachorum discordia ad Bernardum Clarevallis Abbatem scripsit epistolam Petrus Abbas Cluniacensis *lib.* 4. *epist.* 17. ex qua sequentia maxime verba notatu digna existimo: *Nam ut pene assidue cerno, & omnibus ipsis quoque negligenter intuentibus advertere perfacile est, niger, ut sic dicam, monachus album fortuito occurrentem obliquo sidere respicit: albus nigrum vix media oculi parte, & quando se ingerit, contuetur. Vidi plurimos,*

domum de novo fundare voluerint, cautum est, ut regulam & institutionem de probatis assumant.

---

mos, nec recordor, quoties, de nigrorum numero, occurrentem quempiam album quasi monstrum videntes, & velut si chimera vel centaurus vel portentum aliquod peregrinum oculis ingereretur, voce vel gestu corporis se stupere signantes. Vidi e converso loquaces prius & multa passim occurrentia ad invicem conferentes albos, nigro quolibet adveniente subito obmutuisse, & velut ab hostibus hostium secreta rimantibus, silentii sibi remedio præcavisse. Intuitus sum utriusque generis hominum linguas tacentes, oculos manus pedesque loquentes: & quod voce, ne proderentur, indicare nolebant, gestuum suffragio clarius inclamasse. Vocem mutam, membra loquacia & perverso naturæ ordine lapidibus clamosos, homines hominibus taciturnos &c. Nec vero in gestus tantum prorupit ista difformitas, sed ipsam etiam vivendi rationem pessime corrupit, & prorsus degeneravit tandem atque in diversa omnia commutata est monasteriorum facies. *Cum a priscis temporibus*, verba sunt Jacobi a Vitriaco *hist. occid. cap. 13. in partibus occidentis duæ tantum fuissent regularium diversitates, monachi scil. nigri, sancti Benedicti regulam profitentes, & Canonici albi secundum regulam B. Augustini viventes, postquam peccatis exigentibus primo modica negligentes paululum cadere cœperunt, tandem ad tantam dissolutionem plurium regularium conventus devenerunt, quod viri timorati & prudentes sub alio habitu & aliis institutis Domino militaturi ab ipsis recesserunt, sicut scriptum est: fugite de medio Babylonis &c.* T.

FINIS
NOTARUM
AD LIBRUM I.

APPENDIX

Ad notam 41. num. II. p. 24.

DUm distinctionem hominum in Clericos & Laicos dixi esse primum gradum Papatus, non ea fuit intentio, acsi velim tollere prærogativam Doctorum Ecclesiæ præ auditoribus, & illos his subjicere aut exponere horum contemtui. Absit. Sentio potius hoc intuitu cum Gisberto Voetio, ejusque adeo locum, quamvis prolixiorem ex *Politicæ Ecclesf. Part. II. Lib. I. Tract. I. c. 1. p. 2. seq.* integrum hic addo.

I. *Quæst. An distinctio laicorum & clericorum, seu laicatus & clericatus, sit proba & scripturaria? Resp.*

1. *Concl.* Si rem ipsam consideres: distinguit scriptura inter populum collective, & privatos quosque fideles in illo populo, distributive consideratos; & inter antecessores sive collegialiter, sive singulos in illo collegio aut extra collegium, seorsim consideratos. *Actor* 20. *v.* 28. ubi dicit, Ephesinos presbyteros seu episcopos, quos ad se evocaverat, (non populum, aut aliquos ex populo) esse constitutos ad pascendam *Ecclesiam* & *gregem*, hoc est, populum Ecclesiæ Ephesinæ. *Philipp.* 1. *v.* 1. distinguitur populus Ecclesiæ Philippensis (quem *sanctos* appellat) ab Episcopis & Diaconis. 1. *Petr.* 5. *v.* 1. 2. distinguuntur presbyteri pascentes & exemplaria gregis, ab ovibus, & grege Domini qui pascuntur. *Apocal.* 1. & 2. distinguuntur Ecclesiæ, a stellis in manu Christi, & angelis istarum ecclesiarum. *Hebr.* 13. 17. distinguuntur fideles subjecti & obedientes, a præpositis, quibus obedire debebant. Et qui hanc distinctionem negaret, videretur cum hæresi & factione Corah, Dathan, &c. symbolizare, dicente; *Quia omnis congregatio, ipsi sancti sunt, & in medio eorum est Dominus,* &c. Numer. 16. v. 3. Argumentis ergo illis, quibus infra *lib.* 2. probatur necessitas, potestas, &c. ministerii, una probatur distinctio antecessorum a populo ecclesiastico, & privatis quibusque in illo populo fidelibus.

2. *Concl.* Si terminos *clerici* & *laici* consideres, quibus distinctio illa antecessorum seu pastorum, a populo seu grege exprimitur,

con-

controversia aliqua Pontificiis hic mota fuit. *Bellarminus lib. 1.* de membris ecclesiæ militantis *cap. 1.* hanc distinctionem & utrumque ejus membrum ex scriptura & patribus probare conatur. Nostri; *Lutherus, Calvinus*, Antagonistæ Bellarmini *Daneus* & *Amesius*, aliique eam rejiciunt; ex sensu scil. Pontificiorum acceptam, & prout illi describunt clericum & laicum, per suas cujusque distinctas affectiones seu proprietates. Similiter hic faciunt, ac cum ex nominibus altaris, sacerdotis, Papæ, monachi, meriti, &c. apud antiquos quosdam scriptores occurrentibus, Papisticum sacrificium & sacerdotem missaticum; & Papam, monachum, meritum Papisticum in forma, probare conentur. Quod ad scripturæ dicta, ab illo citata *Jerem.* 12. *v.* 13. *Numer.* 16. *v.* 3. *Resp.* 1. In textu Hebræo vox nulla occurrit, quæ respondeat Gr. κλῆρος: *discant* hoc ex versionibus *Pagnini* & *Ariæ Montani.* Nec vulgata translatio eos juvare potest: quamvis habeat vocem *hæreditatis*: quia hæreditas illa dicitur de bonis externis & possessionibus Judæorum, quæ ipsis non proderant. Videant commentar. *Corn. a Lapide*; aut saltem semel modo textum inspiciant. In loco *Numer.* vox *cleri* in versionibus Gr. aut vulg. non comparet. *Resp.* 2. Dato etiam, non concesso, locis ab illo cit. & vocem & rem haberi, (uti nullo modo habentur) non tamen distinctio ipsorum inde probari posset, nec membra distinctionis opposita ἀντιδιῃρημένα. Siquidem populus a pastoribus distinctus dicitur κλῆρος *1. Petr.* 5. *v.* 3. Breviter probandum esset, solos pastores cum exclusione populi, in scriptura dici κλῆρον. Quod hactenus non factum.

Concl. 3. Quamvis autem ob ἀκυρολογίαν, & terminorum istorum usum, nolimus contendere, modo sensum utentium norimus sanum esse: præstaret tamen abstinere ab illis ἀγράφοις, ambiguis, & male sonantibus terminis; ne aliqua specie cum errore Papali symbolizare videamur. Si sanus noster sensus; etiam sanas voces sensui nostro exprimendo adhibeamus. Sunt autem voces non unæ, quibus antecessores & populus, distincte in scripturis designantur. *Illi* dicuntur, ἡγούμενοι, προεστᾶται, *presbyteri, inspectores* seu *Episcopi, ministri*, &c. *Iste, ecclesia, grex, domus Dei*, &c. & distributim singuli

ſinguli *fideles, ſancti*, &c. Tertullianus in Apolog. cap. 49. *Præſident probati quique ſeniores.* Quod ad nos, uti a vocibus *ſacerdotis, ſacrificii, meriti*, &c. ſic etiam a vocibus *clerici* & *laici* abſtinemus : juxta regulam, *vox ſit uſitata, propria, diſtincta, perſpicua.* Interim diffiteri nolumus, quin omnes, ut in patribus leguntur, ſint exponibiles : ut loquar cum ſcholaſticorum parvis logicalibus. Sed quid opus eſt fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora, & absque ſpecie aut occaſione mali. Ubi exſtirpatum eſt abominandum miſſæ ſacrificium, non opus eſt cœnam Domini appellare *miſſam*, paſtorem eccleſiæ *ſacerdotem*, menſam *altare.* Ubi obtinet juſtificatio & juris vitæ acquiſito per gratiam Dei & meritum Chriſti ſide apprehenſum; non opus eſt, vocem *meriti noſtri* adhuc tinnire? Nec putemus, nos hac abundanti cautela noſtra, nimium ἀκριβολογεῖν. cogitemus Deum voce *Bahal* (quæ *maritum* & *Dominum* ſignificat antehac neutra, & ſcripturæ uſitata *Jeſa. 54. v. 5.* nolle amplius compellari ; quod ea communi uſu *idolis* jam appropriata eſſet. *Hoſeæ 2. v. 18.* Et quis hodie in Republica Regem aut Principem appellaret *tyrannum*, & politicam poteſtatem aut politiam, *tyrannidem?*

Hæc ita diſtincte monere volui, *tum*, ut Papiſtas non judicet aut pronunciet Reformatos in Anglia, qui jam inde a ſtabilita ſub Regno Elizabethæ reformatione, terminos illos cleri ſeu *clerici* & *laici* uſurparunt : *tum* ut oſtendam, noſtros in Gallia, Belgio, &c. ab iisdem conſulto & non ſine ratione abſtinere. Præſertim cum apud noſtrates contemtum quendam ſapere videatur appellatio *laici* Leecken oppoſita appellationi *ſpiritualis* Belgice, Geeſtelijcken : ita ut non alium, quam idiotam, ignorantem, carnalem, mundanum, cœca & carbonaria fide, clericis ſeu ſpiritualibus ſubjectum, atque iis inferiorem ; uti corpus anima, terra cœlo, caro ſpiritu, humana divinis. Quo faciebant allegoricæ illæ interpretationes *Job. 1. v. 13.* & aſinæ paſcebantur juxta illas. Et *Pſal. 8. v. 7.* de Papæ ſubjectis ovibus, & bobus, & pecoribus campi, hoc eſt, laicis.

(o)